BIBLIOTECA PÚBLICA DE TARRAGONA




(c) 2006 Ministerio de Cultura

# De calamitatibus temporum ſeu contra peccatorum monſtra Aureum Baptiſtę Mantuani Poema famili ariter ac ſuccincte declaratum.




Venundant Ioannes Paruus in Leone Argenteo vici ſancti Iacobi Et Ioannes Confluentinus ad vicũ Cytharæ A Laſne Raye.

BIBLIOTECA PUBLICA DE TARRAGONA

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Iodocus Badius Aſceſius F. Ioanni Briſeloto Scholaſtico regio: Sacrę theologiæ baccalario olim iam formato: & ad ſummam eius auctoritatem: quam licētiam uocant: e proximo contendenti: Salutem.

SI in operibus nuncupandis meritorū & officii delectus habendus eſt: ęquiſſima ratione: præſtantium uirorum optime: lucubratiunculas noſtras in diſertiſſimi ac religioſiſſimi uatis Baptiſtæ Mātuani cō carmelitę tui aureum: quod de calamitatibus ſui temporis edidit poema: tuo dextimo nomini & nūcupo & dico. Quippe cum in eo uitiorum execrabilium teterrima monſtra: quæ nimirum calamitatē ac cladem ubiubi regnant inducunt maximam: pergraphice perq; diſerte proſcribantur: & contra eorum uenena peſtiferaq; contagia prę ſentia ac ſalutaria propinentur antidota: non potui tuę profeſſioni: tuoq; ſtudio & cādidis moribus rem magis accōmodam magiſq; quadrantē excogitaſſe Is enī pręcipuus es: qui diuini uerbi framea & harpe ita ſcelerum monſtra e parrhiſiorū pectoribus exagitas: ut propediē ſperemus aurea illa ſæcula duce aſtrea ad nos reuerſura. Quocirca ut omnibus bonis ſumma ueneratione dignus: ita noſtris lucubrationibus mihi q̄ digniſſimus comprobaris. Scio etenī ſcio uirorum præſtantiſſime quo te carmelus tuus iampridē deſtinet: uirtus tua uehat: gratia comitetur: merita ducāt & noſtra (chriſtianorum dico omnium) commoditas trahat. Sed uereor in os laudare: uereor eloqui quod ſentio & quod iāpridem auguro. Verum ſcio quibus gradibus (nēpe ſapiēti eloquio: humana comitate: manifeſta uirtute: ac incōparabili uitæ candore) Burellus noſter: per carmeli religionē: theologiæ lauream: regis auditionem: & epiſcopatus apicē: recta iamdudum in cælos conſcendat. Nec ignoro quo ſtudio: deo: natura: aſtris: mortalibuſq; ſuf

(c) 2006 Ministerio de Cultura

fragantibus clariſſima eius ueſtigia inſequeris. Explora tumq; eſt ( quod ſæpe numero & uideo & audio ) ut in ſeueris tuis declamationibus iacentes populorum aĩos in deum erigas: ſegnes accendas incenſoſq; inflammes. Macte noua uirtute pugil: ſic itur ĩ aſtra. Sic uenit ex merito gloria priſca patrum. Proinde cum carmelitano decori atq; ornaméto ampliſſimo totiuſq; uitę ſpecimini domino Laurentio Burello Siſtariceñ. præſuli: fautori noſtro pręcipuo Parthenices Marianæ q̃uis tenuẽ exilemq; explanationem noſtram dicauerimus: idcirco ꝙ carmeli pręſidis & decoris chriſtiparę inquam uirginis Mariæ uitam: cuius nulla pars ſanctitatis laude uacat: heroicis carminibus conſequitur: æquum ac rationi cõſonum duximus huius operis elucidationem propter profeſſionis (ut dixi) conſonantiam: tuæ dexteritati nũcupare. Suſcipe igitur qua acceptiſſima mũera ſoles frõte: hãc opellam noſtram: noſq;: ut facis ama & Vale Ex officina noſtra litteraria pridie calendas decembris. Anno. MCCCCXCIX.

¶Rerũ & vocũ in cõmentariis an notatu dignarũ index.

## A

ACcedere Fol.Cxlviii.
Achilles Folio.li.
Adulteriũ fo.lxv.
Aeacus folio.lxx.
Aemus mons folio.lxxxviii.
Aeneas folio.xli.
Alcides fol.xli.
Alcinous folio. xxxiii.
Allophilus folio.xix.
Alœidę folio.xix.
Altum & profundũ fol.ii.
Amazon folio.lxxviii.
Ammon iuppiter fol.xciii.
Ancon folio.cvii.
Amphiareus fol.xxvi.
Antheus fo.lvii.
Antenor fol.xli.
Aphrodite venus fol.lxv.
Arma folio.iii.
Aſſyrii folio.lxxii.
Auaricia folio.liii.
Auertor folio.Cxv.

## B

BOnonia folio.xli.
Boſphoros fo.xxv.
Buſiris folio.xix.

## C

CAcus Folio.Cxxxii.
Cayſter folio.xciii.
Calamitas fol.ii.
Calathi folio.lxxiii.
Calais & zetus folio.cxvi.
Camillus folio.xxiii.
Caphareus fol.cxviii.
Caper fol.cxlix.
Carpathos folio.lvii.
Caria fol.lxxxix.
Carres Folio eodem.
Caſtalia:fons fol.iii.
Cato vterq; fol.lxxxi.
Charybdis folio.viii.
Centauri fol. lxxiii.
Chiron folio. lxxiii.
Chimera folio.cxviii.
Cyane folio.lxi.
Cybele folio.xcv.
Chaonię volucres folio.xciiii.
Cerberus folio.lvii.
Cicur & Cicurare folio.cxv.
Cicerones vnde dicti fol.xxxv.
Cydnus fo. lxxxviii.
Cimmerii folio. cxiii.
Cynthus folio.iii.
Cypria venus fo.lxv.
Cyrphis folio.iii.
Cyrrha folio eodem.
Clades folio.ii.
Clitumnus folio.xciiii.
Cogito folio.ii.
Cogor & cogo Ibidem.
Colophon folio.xxxvi.
Colus folio.lxxiii.
Corax folio.cvii.
Coritus folio.vi.
Coronę diuerſę fol.lxxxii.
Creontes folio. xlii.
Cupido fol.lxvi. & .lxvii.
Curtius folio. xxvi.

## D

DAphne folio.iii.
Dartho folio.xli.
Decius pater & filius Folio lxxxii.
Delos folio.iii.
Delphi folio eodem.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Delubra Ibidem.
Deprendere & reſcire fol.lii.
Deos facere ſm hermetẽ fo.xciii.
Deuotio folio.lxxxii.
Dyctinna folio.xciii.
Dido folio.li.
Diocles folio.xxiiii.
Diocletianus folio eodem.
Dionyſius ſiracuſanus folio.lii.
Diua folio.iii.
Dirce folio eodem.
Draconigenę folio.xli.
Dryades & oreades fo.lxxv.

E

EAcus: quære Aeacus
Emus: vide Aemus
Eneas: vide Aeneas
Enophorum: quęre Oenophorũ
Emilia via folio.xviii.
Epheſus folio.xciii.
Epheſine dianę templũ Ibidem.
Erebus folio.ii.
Erycina venus fo.lxv.&.xciii.
Eryx folio.xciii.
Erymanthis fol.cxviii.
Et cõiunctio folio.ii.
Exercitus mille millium virorum Folio xviii.
Exercitus participiũ fol.lxix.
Eximius folio.xciiii.
Eurotas folio.iii.

F

FAbii folio.xxxv.
Fabiꝰ ouicľa fo.lxxxii
Flamina via fol.xviii.
Florentia ſyllana folio.xli.
Fœdus folio.xx.
Furię infernales folio.ii.
Fugatum & fugiẽs folio eodem.

G

GEriones fol.cxxxii.
Giezi folio.l.
Gnoſus folio.xciii.
Gradiuus folio.vii.
Grineum nemus folio.xxi.

H

HArpyię fol.xliiii.
Hannibal folio.xvii.
Hector folio.li.
Hecube folio.xli.
Helle folio eodem.
Hermes folio.xciii.
Heri folio.xv.
Heſternum folio eodem.
Hyalus folio.lxxiii.
Heſternum folio.xv.
Hic folio.ii.
Homerus folio.xxxvi.
Homeromaſtyx folio eodem.
Horontes folio.xc.

I

IDololatria fol.xciii.
Ille Ipſe Iſte folio.ii.
Intactũ pecꝰ fol.xciiii.
Inceſtus folio.lxv.
Iocus & cupido folio eodem.
Iſthmus folio.lxxxviii.

¶De littera k non ſunt.

L

LAmpetie fol.cxxxii.
Lamia folio.lxiii.
Laſchenes folio.li.
Laurus folio.xciii.
Lectum pecus folio.xciii.
Leminius folio.lii.
Lentuli folio.xxxv.
Leonides folio.xviii.
Leucas folio.vii.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Libri numę cur cremati ſint poſtq̃ inuenti fuerant folio.lxxxi.
Liburtinę naues folio.vi.
Liuor folio.xxxi.
Locrus folio.cvii.
Locrides folio.vi.
Lotos folio eodem.

M

MAla folio.ii.
Malea fol.cxviii.
Mantua folio.xli.
Manto nympha folio.xlii.
Marſi folio.xxxi.
Medea folio.xli.
Meduſa folio.cxvi.
Melampus folio.xxxi.
Minotaurus folio.lvii.
Minos & ęacus folio.lxx.
Myrmidones folio.lxxiii.
Myrmione folio eodem.
Myrmix Ibidem.
Morpheus folio.xlviii.
Muri lignei folio.xviii.

N

NArſes folio.Cxi.
Naſamon folio.lii.
Nauis pria fo.lxxviii.
Naues liburnę folio.vi.
Neapolis folio.ciiii.
Neiphalas helle folio.xli.
Nemus grineũ folio.xxi.
Niſus rex folio.lxvi.
Nominatiui latini ex græcis obliquis formati folio.xlv.
Nomina gentilia folio eodẽ
Nomina patria Ibidem.
Numa pompilius folio.lxxxi.
Numę libri cur poſtq̃ inuenti erãt fuerant combuſti fol.eodẽ.

O

OBex folio.lxvi.
Obſidionalis corona Folio lxxxii.
Ocnus folio.xlii.
Oeſtrum folio.xxxvi.
Oenophorum folio.lv.
Olympus folio.lxxxiiii.
Oreſtes folio.xli.
Oreades folio.lxxv.
Ortygia folio.xciiii.
Oſiris folio.xxxiiii.
Othomanus folio.xxv.

P

PAmphylia fo. lxxxix.
Panõpheus fo.xxxiii.
Pantagia fol.xxxvii.
Parnaſus folio.iii.
Parotis folio.xv.
Parthenope folio.cv.
Peluſium folio.xxxiii.
Pelopõneſſus folio. lxxxviii.
Peninſula folio eodem.
Perſeus folio.cxvi.
Phaeton folio.xviii.
Phlegię folio eodem.
Philargyria fol.xliiii.
Phryxus folio.xli.
Phocis folio.iii.
Phthiriaſis folio.lxix.
Picenum folio.cvii.
Pigmalion folio.li.
Pyrrhus folio.lii.
Pyrgoteles folio.lx.
Piſones folio.xxxv.
Polidorus folio.li.
Polymneſtor folio eodem.
Pompeius magn⁹ folio.lxxxii.
Pręſul folio.lxxxi.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Pridie folio.xv.
Pridianum folio eodem.
Priamus folio.xli.
Profundum & altũ fol.ii.
Promontoriũ fol.vii.
Protheus folio.lvii.
Prœtides folio.lxvi.
Psylli populi folio.xxxi.
Ptolemeus cyprius folio.lii.

Q

Quintus fului⁹ fo.lii.
Quint⁹ fabi⁹ fo.lxxxii.
Quint⁹ luctati⁹ Ibidẽ.
Quintus rutilian⁹ folio eodem.

R

Rhadamãtus fol.lxx.
Rhãnusia fo.xciiii.
Rhamnys fo.eodẽ.
Rescire & deprendere folio.lii.
Rhodos folio.iii.
Rutilianus fol.lxxxii.

S

Salamis folio.xlii.
Salmoneus fol.xviii.
Salii fol.lxxxi.
Sardinia folio.lxvii.
Sardoa herba Ibidem.
Sardanapalus folio.lxxii.
Sarcasmos folio.lxxiii.
Scylla fol.viii.&.lxvi.
Scipionis exiliũ fol.xxxiii.
Seres folio.lxxiii.
Sylla folio.xl.
Silenus folio.lv.
Solium folio.lxxiii.
Stentor folio.xxxvii.
Stupra folio.lxv.
Sub ꝑpositio folio.lii.

T

Taenarus fol.xxiii. &.xcvii.
Tantalus fol.li.
Tarentum folio.cv.
Tarsus folio.lxxxix.
Taurus folio.lvii.
Tempestas folio.ii.
Theseus folio.cxvi.
Teucer folio.xli.
Thyas folio.xciiii.
Thymbrea folio.iii.
Tybur folio.cvii.
Thiresias folio.xli.
Tytius folio.l.
Titimallus folio.lxvii.
Torquatus folio.lxxxi.
Triquetra folio.vii.
Triptolemus folio.xxxiii.

V

Vello folio.xxv.
Ven⁹ cypria fo.lxv.
Veneris genesis Ibidẽ
Venus erycina Ibidẽ & fo.xciii.
Venus ridens fol.lxv.
Via emilia folio.xviii.
Via flauia Ibidem.
Virtus folio.lxxvi.
Vlyxes folio.lxxxiii.
Vertex folio.viii.

X

Xerxes folio.viii.
Xerxis fuga fo.lxxii.

Z

Zetus folio.cxvi.
Zoilus folio.xxxv.
Zoroastes folio.cxliii.

¶ Finis tabulę.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

## Sequentis operis prenotamenta.

Iodoci Badii Aſcenſii in ſequens opus prænotationes.

UT morē quē inſtituim⁹ obſeruem⁹: pauca huic opi accōmoda prenotabim⁹ q̄ videlicet Serui⁹ in explanādis auctorib⁹ cōſiderāda docet. Poetæ tn̄ vitā ex pthenice mariana diſces.

Titul⁹ opis. ℭTitulus opis eſt. F. Baptiſtæ Mantuani de calamitatib⁹ ſuorū tēporū opus. quā inſcriptionē (ſi recte ſentio) maluit opi ſuo īdere poeta: q̄ ψυχομαχιαν. i. pſychomachian: hoc eſt aīorū cū vitiis pugnā: ne prudētianū titulū occupaſſe culpetur: & q̄ ſatyrā ne acerbitate tituli lectorē deterreat: neue cādori ſuo titulū liuoris īponat. Nā ſatyrici mordacitate vehemēti: vitioſos carpūt: poeta aūt nō vitioſos ſʒ vitia ꝓſcribit auſcultat⁹ videlʒ diuo auguſtino q in peccatore duo decernit: hominē videlʒ amādū & peccatū deteſtādū. Neq̧ vero ſolū vitia execratur: ſed etiā ſalubrē adhibet medelā quod ſatyre a latinis nobis p̄ſcriptæ lex nō oīno dānat: nā horatius in epiſtolis (quod ſecūdū ſatyrarū op⁹ vocāt) virtutes docet: vt in ſermonib⁹ vitia dānat.

Calamitas Calamitatis aūt appellationē donatus ſup illud eunuchi Sed ecca ipſa egredit̄ noſtri fundi calamitas: docet a calamis ſeu culmis deduci dicens. Proprie calamitatē ruſtici grandinē dicūt: ꝙ cōminuat calamū hoc eſt culmū ac ſegetē. Quo modo Terēti⁹ recte vſus eſt referens ad fundum cuius eſt calamitatem pati: nec inepte auctor noſter reſpiciens ad virtutum ſegetem: quæ ingruentibus vitiis calamitatem non modicam patitur. At ſicut agrorum calamitatem dira fames & famis mala ſequuntur: ita virtutum calamitatem miseranda animorum lues & conſternatio: quomodo autem hūc titulum poeta in primo verſiculo exponat illic videbimus.

Intentio ℭIntentio vero ſi non fallor eſt: vt iuxta priſcum carmelitarum inſtitutum opus boni operarii in vinea chriſti exhibeat. id eſt vt expulſis e mētibus noſtris vitiis virtutis ſementē inſerat: atq̧ ita compleamus quod dicitur. Declina a malo & fac bonum. Simulq̧ vt animo ſuo morem gerat. Cum enim habeat egregiam ad heroicum carmen. i. ad reges & prelia venam: nec forte ſue profeſſioni congruere iudicaret hominum prælia deſcribere: vitiorū pugnā inſtruit: non tacens tamen turcorū inſultū

Qualitas carminis ℭQualitas autem carminis Eſt hexametra quidē: ſed nūc heroice: nunc ſatyrice: nūc doctrinali nō diſſimilis: pro rerum videlicet ac verborum decoro: Vnde quia neq̧ plane ſatyram nec heroas deſcribit. ſed nunc vitia carpit quod ſatyrici carminis eſt: nunc belli tumultū & heroum noe videlicet & abrahe virtutes quod heroici eſt: medium quodāmodo carminis ſtilum obſeruat.

ℭNumerus librorum hic quoq̧ ternarius eſt: ſed libri nō recte prius diſtincti a nobis congruentius diuiſi ſunt.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

F. Baptiſtę Mātuani Carmelitę theologi ad Reuerendū i chriſto patrē ac dñm. D. Oliueriū Carafā Sabineñ. ep̄m & cardinalē Neapolitanū de ſuorū tp̄m Calamitatibus liber ĩcipit.

COGIMVR iſtius mala tempeſtatis: & alto
Egreſſas erebo furias turpiqꝫ fugatam
Virtutem exilio & uarias percurrere clades
Ob ſcelera immiſſas terris: artemqꝫ docere
Quę premat ętherei flagrantem principis iram.
Summe deum decimus regnum cui terminat orbis
Cui rerum natura ſubeſt: cui militat ardens
Aſtrorum cęliqꝫ iubar: qui ſolus habenas
Fortunę fatiqꝫ tenes: ſua uictus apollo
Poſtibus arma tuis offert plectrumqꝫ lyramqꝫ:
Quicquid habet delos: quicquid cadmeia dirce
Quicquid ineſt delphis tibi dat cynthumqꝫ Rhodōqꝫ
Omnis odoratę ſeruit tibi gloria Daphnes:
Eſt tuus Eurotas. Helicon tuus: ardua Cirrhę
Saxa tenes: tua nunc hederis thymbraqꝫ uirenti
Ornantur delubra: tui per pinguia paſcunt
Phocidis arua greges: & dulcia flumina potant
Dii ueteres fugere: nouis altaria lucent
Ignibus: & nobis tua numina ſola ſuperſunt.
Et quoniam pulſo ſolus potes omnia phœbo:
Huc ades: & fragilem duc ad tua littora cymbam.



(c) 2006 Mihisterio de Cultura
DE TARRAGON

COgimur iſtius mala tempeſtatis &c. Opus hoc quod de cala
mitatibus ſuorũ tẽporũ auctor inſcripſit: ſanctæ ac ſalubris
eruditiõis pleniſſimũ eſt: vſq3 adeo vt poeta cũ alibi alios hic
ſeſe ſupaſſe cenſeatur: de cuius qualitate atq3 ſcribentis intentione iã late
Proponit Inuocat differuimus. In hac aũt pfatione: vti in ſuperioribus proponit atq3 inuo
cat: faciens ſimul auditores ſeu lectores. beniuolos. attentos & dociles.
Proponit quidẽ ſtatĩ in principio dicẽs ſe cogi ad calamitatẽ ſui tẽporis
perſcribendã: cũ toto vitiorũ grege. Inuocat aũt ibi Sũme deũ &c. vbi
grandiuſcula iſinuatione vtitur: ad ſũmi dei fauorabilẽ inſpirationẽ ꝓ
merendã. Sunt tamẽ qui preter morẽ poetarũ inuocaſſe dicãt: q̄ nodus
dignus vindice deo nõ inciderit: Sed ii nõ intelligũt aliud ethnicis: ali
ud chriſtianis inſtitutũ: nã chriſtiano ꝑtermiſſo diuino auxilio nullũ ri
te fundatur exordium. Scriptũ eſt enĩ de eo. ſine me nihil poteſtis facere
Bene ergo inuocat chriſtian⁹ ad operis boni cõſummationẽ ſciẽs quia
oẽ datũ optimũ & oẽ donũ pfectũ deſurſum eſt a patre luminũ deſcen
dens. Ipſe enĩ eſt qui operatur in nobis velle & pficere. Illi⁹ quoq3 pcepti
horatiani. Nec de⁹ interſit niſi dignus vindice nodus Inciderit: eſt & ali⁹
ſenſus: vtpote nõ inducẽdũ eſſe deũ auctorẽ facinoris quod ſine ei⁹ ſpe
ciali opa fieri poſſet. Itaq3 nõ precatur poeta vt deus hec canat: ſed vt ca
Beniuolos facit nenti adſit: ſed finẽ facio. Beneuolos vero (ſeu mauis beniuolos dicã) fa
cit multipliciter. Primũ: qa ſe cogi pdicat ne videlic3 ex animi petulãtia
aut ſatyrica dicacitate ĩ vitia ferri cẽſeat: quo ſcuto etiã ſatyrici ſuos mor
ſus defendere ſolẽt. Vñ eſt illud difficile eſt ſatyrã nõ ſcribere. Deinde qa
mala & furias virtutũ pſecutrices: ſe repræhenſurũ innuit. Tũ qa pcurſu
rũ: in quo breuitatẽ opis ꝓ imẽſo ſcelerũ numero pollicet. ſimulq3 ope
ris cõſũmationẽ. Nã pcurrere eſt celeriter ad finẽ vſq3 ptẽdere. Imitatur
aũt illud. vi. ęnei. Non mihi ſi linguę centũ ſint oraq3 centũ Ferrea vox
oẽs ſcelerũ cõprẽdere formas Omnia pœnarũ pcurrere nomina poſſẽ.
Attentos &c. Porro attẽtos facit: quia pond⁹ rei oſtẽtat Vnde ſe cogi dicit: & vtili
tatẽ: quia mala iſtius tempeſtatis. i. in qua ipe auditor ad quẽ loquit̄ vi
uit pcurrere & docere pollicet. in quo multum vtilitatis haud dubie cõ
ſiſtit. Nam mala non poſſunt euitari niſi prenoſcantur. atq3 ideo ea do
cet: vitari aũt debent: vnde optim⁹ maximus doctor ac ſaluator noſter
a ſe quotidie peti docuit: Sed libera nos a malo. Inſtantius autem vrget
quod dicit iſtius tẽpeſtatis. quod eſt perinde ac ſi dicat tuę auditor opti
me: in qua videlicet vitã degis tã fragilem. Sed multomagis ex furiarũ
eruptione: quas erebo egreſſas in ſuum cuiuſq3 caput premonet: vnde
merito trepidatio animorũ haud ſecus atq3 in bello tumultuario con
citari debeat: ad quam expeditionem tacite auditorẽ euocat. Plurimũ

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ſane attentionis habet ꝙ virtutem ꝑliantiū videlicet aut ꝑliaturorū ducem iamdudū fugatā turpi exilio pręmonet. Multo aūt maxime & beneuolentes & attentos facit: quia artē ſpondet ſe docturū qua ardēs ira dei prematur: quam quidem oēs attētiſſime diſcere debemꝰ. Deniqꝫ dociles reddit ex aperta deſcribēdorū propoſitione: & opis breuitate: quā innuit (vt dixi) in verbo percurrere. Eam aūt ad docilitatē facere atteſtatur horatiꝰ in arte poetica dicens. Quicquid ꝑcipies eſto breuis: vt cito dicta Percipiant animi dociles teneantqꝫ fideles. Omne ſuperuacuū pleno de pectore manat &c. His viſis vocabula more noſtro paucis declaremus. Cogor cōpoſitū eſt a co & agor: itaqꝫ diceretur coagor ſed duæ vocales breues contractę ſunt in vnā longā: ſicut ī tibicen qd̕ pro tibiicē dicitur: ſed in ꝑterito & ſupino integre dicit̄ coegi & coactū. Eſt ergo cogi compelli in vnum locum: vnde eſt Tityre coge pecus. Et quia quamuis rem reputantes & ſecū animo verſantes oēm vim memorādi in eam iterū iterumqꝫ cōpellūt: inde natū eſt cogito: qd̕ a primitiuo q̄uis videatur non abhorret. Iſte q̄tum ad elegantiā geminā vim habet Nam hic & ab eo nata ad primā perſonam reſpiciunt. Iſte ad ſecūdā. Ille ad tertiā. .i. ad abſentē tam a loquente q̄ ab eo ad quē loquitur. Item iſte contemptum & vilitatem pręfefert: vt quid petis iſtis. Ille famā & nobilitatem vt Alexander ille macedo cui magno agnomentum eſt. Plato philoſophus ille diuinus. Ipſe principatum & ſi ita dicam ſingularitatē vt Ioue miſſus ab ipſo. i. ab eo qui magnus & non ab inferiore: Rex ipſe iuſſit: hoc eſt quod dicunt in perſona propria. Hoc ergo loco vtrunqꝫ ſeruari poteſt: vt videlicet ad ſecūdam perſonam videlicet ad auditorem aut ad eum ad quem ſcribit referatur: & vt contemptum ſignificet. vt ſit iſtius. i. tam iniquę & tam peruerſę tempeſtatis. Mala enim duplicia ſunt: culpę videlicet & pœnæ & de vtriſqꝫ intelligi poteſt: nam malum culpę qd̕ peccatū eſt ſequit̄ pœna. i. pœnitētia aut dānatio qa tn̄ ſeorſuꝫ dicet & varias ꝑcurrere clades ob ſcelera īmiſſas terris: accipiat̄ hoc dictū pro malo culpæ & illud pro malo pœnæ. Tempeſtas autem licet pro ipſo tēpore vulgo accipiatur: vt ſi dicam hac tempeſtate pro hoc tempore quid geſtum eſſe: tamē proprie qualitas eſt temporis elementorum cōmotionem quæ in tempore fit ſignificans: vnde eſt tempeſtas aeris & maris: dum grandines aut procellę infeſtant. Itaqꝫ diligens poeta operis ſui titulum nobis in principio exponit. Malum enim tempeſtatis calamitas eſt: vt in declaratione tituli pręnotauimus. Et hic quodammodo expoſitiuum eſt. quaſi accipiatur pro id eſt. Nam mala iſtius tempeſtatis ſunt furię infernales: id eſt peccata mortalia quę ad inferna a quorum principe orta ſunt deducunt. Altum & profundum coincidunt re

Dociles

Cogor

Cogito

Hic

Iſte

Ille

Ipſe

Mala

Tempeſtas

Calamitas

Et

Altum



(c) 2006 Ministerio de Cultura

differũt tñ ratione. Nã altũ dicitur eo ꝙ eleuatũ & exaltatũ ſit: vt cœluꝫ
Profundũ eſt altũ: & idem dicitur profundũ quia procul a fundo: ſuperficies ergo
aeris tenebroſi in inferno: quia procul eſt a fundo: dicitur profunda: &
quia reſpectu fundi ſublimis eſt: alta. Non ergo cõtra naturã erebũ altũ
vocat. Nam (vt dicit Maro ęnei. vi.) Tartarus ipſe Bis patet in præceps
tantũ: tenditq; ſub vmbras Quãtus ad ęthereũ cœli ſuſpectus olympũ
Erebus Erebus autẽ eſt deus caliginis infernalis aut ipſa caligo vt alibi diximus
Furię Furię autẽ infernales tres a poetis ponũtur: vt in Catharinaria recitaui-
mus: ſed hic ꝓ peccatis a malignis ſpiritibus inductis ponũtur: quibus
nullus pernicioſior eſt furor aut pro bellico furore ponuntur. Nam ale
cto furia infernalis ſeptimo æenei. mittitur a Iunone ad turnũ ad excitã-
dum animũ eius in prælia: vnde de ea dicitur ibideꝫ. Luctificam alecto
dirarum a ſede ſororũ Infernisq; ciet tenebris: cui triſtia bella Iræq; inſi-
diæq; & crimina noxia cordi Odit & ipſe pater plutõ odere ſorores Tar
tareę monſtrũ (cui iuno talia fatur.) Tu potes vnanimes armare in prę-
lia fratres Atq; odiis verſare domos: tu verbera tectis Funereaſq; inferre
faces: tibi nomina mille Mille nocendi artes &c. Quia ergo de cõflictu
vitiorũ locutur⁹ eſt bene dicit furias egreſſas erebo. Diximus vim habe
Egreſſæ re ꝙ eas egreſſas dicit: quaſi iam collecta manu mundũ hunc poſſideãt
Pluſq; eſt q̃ ſi dicat excurriſſe aut euolaſſe: quia non velitationem. i. leuẽ
Turpe exi- pugnam: ſed iuſto agmine atrox ꝑliũ cõmiſſurę per hoc videntur. Tur
lium pi exilio fugatam virtutẽ dicit referendo turpitudinem ad fugantes nõ
Virtus ad fugatam: nã virtus nullam in ſe turpitudineꝫ admittit nec quicq̃ tur
Fugatum piter agit: cuius tanta eſt pulchritudo: vt nõ aliud tormentuꝫ malis im
precetur perſius q̃ virtuteꝫ vt videant intabeſcantq; relicta. Dicitur aũt
exilium ab exulo: & exulo quaſi extra ſolum eo. Virtus aũt a virib⁹ qui
bus vitiis reſiſtitur: vnde ſpecialiter pro fortitudine accipi ſolet. Hone-
ſtius item & ſignificantius dicit virtutem fugatã q̃ ſi diceret fugiſſe. Naꝫ
fugere poſſunt meticuloſi nullo inſequẽte: fugari nõ niſi coacti: ſed ho-
neſtius eſt locum quem tueri debeamus: vi q̃ ſponte deſerere. Et varias
percurrere clades: qa varię ſunt clades ideo tranſcurſo opus eſt niſi op⁹
Clades imenſum conficere velit. Clades vero deducitur a verbo κλαδαω qđ
eſt amputo frango: vnde & claſma fragmentum ſeu confractio: atq; ita
populi aut exercitus per ſtragem aut cędem aut peſtem aut inediã con-
fractio & imminutio clades appellabitur. Aut dictũ eſt per ſincopam a
calamis vt idem ſit quod calamitas: aut a cadendo: eo ꝙ calamitatẽ paſ
ſi cadant vt ſeges grandine proſtrata: ſed cado primam corripit quã cla
des producit. Verũ quia clades immiſſas terris dicit: haud dubiũ quin
pro calamitatibus accipit. Flagrantem iram: nõ quę deo nũc ardentior

(c) 2006 Ministerio de Cultura

nunc remiſſior ſit: ſed quę eſſe videtur cū iam vehementius iam lentius puniat. Sūme deū pro deorum dixit. Nō quia alii ſunt dei: ſed quia ipſe qui vnus eſt deus: ſummus eſt inter omnes cęleſtes quos deos quadam participatione vocare licet. Princeps quoqꝫ eadem ratione dicitur: quia primus rerum pater vnde patrem patratus romani prnicipē vocabāt: & herum domus patremfamilias: cum domini appellationē oderint. Nullum eſt vocabulū quin ſuum pondus ſuamqꝫ venerem habeat: ſed nimium diuagarer ſi ſingula pſequerer: hec autem tetigimus vt interpꝛtes reliquoꝝ indagandi admonitos facerem⁹. Decimus orbis terminat regnum dei. quia extra cęlum nihil eſt. Plus autem poſſidet ꝙ Iulio attribuitur a Marone primo ænei. de eo dicente. Imperiū oceano famam ꝗ terminat aſtris. Decem aūt cęlos enumerauim⁹ in carmine cōtra impudice ſcribētes. Habenas fortunæ fatiqꝫ tenes. Catholice dictum. Nā ſtoici oīa fato addicunt: Epicurei fortunę: ita vt deū curare mortalia negēt: catholici autē cū certa dei prouidentia arbitrii noſtri libertatem conſtituunt: ita vt ꝗ ex aſtrorū influētiis & rerum ſerie fiunt: dei moderātis habenis obtemperent. Apollo offert arma ſua appoſitorie plectrū & lyrā. Nam armorū appellatione veniūt omnia inſtrumenta. Tuis poſtibus .i. tholis tuis. Alludit ad arma pugilū aut gladiatoꝝ ꝗ emeriti arma ſua ad poſtē herculis figunt. Nam moris erat antiquis ſtatum mutantibus arma prioris ſtatus diis illius ſtatus cōſecrare. vnde virgines nubentes puppas veneri: pueri togā virilem ſumentes ꝑtextam & bullā laribus: Milites aut gladiatores rude donandi atqꝫ iā emeriti: ſcutū & gladium herculi couſecrabant. Apollo ergo prius habit⁹ vatum muſarumqꝫ priceps nunc victus ponit arma ſua videlicet plectruꝫ & lyrā ad poſtes dei victoris. Delos inſula eſt ęgei maris vbi apollo & diana nati dicuntur ex latona: vnde hic delius illa delia dicitur. Illic aūt vterqꝫ in ſummo honore erat. Dirce fons eſt muſis ſacer iuxta thebas cadmi patriam in thracia in quem dirce cadmi coniunx conuerſa fingitur vt in carmine cōtra impudice ſcribentes recitauimus: hinc ergo dicitur hic cadmeia dirce. Delphis præterea apollo maximope colebaī vbi oracula certiſſima dediſſe perhibetur in delphico videlicet templo. Sunt aūt delphi in phocide. Cuius ſecundum ſtrabonem lib. ix. duę clariſſimę ciuitates eminēt delphi & elatea: delphi quidem propter templum apollinis pythii: & oraculum vetuſtate inſigne Siquidem Agamēnonē ab illo reſponſum petiiſſe memorię poeta prodidit. Cynthus aūt mons deli eſt vode apollo cynthius & diana cynthia dicitur. Rhodos inſula & ciuitas vbi templum apollinis clariſſimum: & herculis ara cui cū maledictis & execrationibus ſacrificia inferebantur. Daphne in laurum cōuerſa fingitur. me

Arma

Delos

Dirce

Delphi

Phocis

Cynthus

Rhodes

Daphne



(c) 2006 Ministerio de Cultura

tamor.primo.cum phœbũ impatienter amãtẽ fugeret:qui laurũ ex eo
Laurus tẽpore coluit:vnde in buco.Phœbo ſua ſemper apud me Munera ſunt
lauri. Et libro primo metamor. de ipſo phœbo. Cui deus.at qm̃ con/
iunx mea non potes eſſe Arbor eris certe dixit mea. ſemp habebunt Te
coma:te cytharę:te noſtrę laure pharetrę Tu ducib⁹ lętis ader; cum lęta
Furoras triumphum Vox canet:& lõgas viſent capitolia pompas &c. Eurotas
fluuius eſt laconiæ qui a phœbo doctus ſuas docet lauros: vñ in buco.
Oĩa q̃ phœbo quondam meditante beatus Audiit eurotas iuſſitq; ediſ/
cere lauros.Ille canit &c.Helicõ mons phocidis muſis & apollini ſacra/
Delphi tiſſim⁹.De cyrrha & delphis ſic dicit Strabo lib. ix. Quãdoquidem del/
phici tẽpli ſplendor honore p̃cellit:ſic & loci ſitus natura ipa principa/
tũ prę ſe fert:hec enĩ ſunt phocidis partes in occaſum maxime vergẽtes
Parnaſus & ab his ſumẽdũ eſt initiũ.Dictũ eſt vt parnaſus vſq; ad occiduos pho
cidis montes locatus ſit.Eius latus in occaſum ꝓſpectans Locri & Ozo
lę poſſidet:Auſtrale vero delphi.Locus ſane petroſus ſpectaculi formã
habens.In eius cacumine templum ſurgit & oppidum In circuitu ſta/
dia vi.aut.x.complectens Supra illud Lycorica ſita eſt.Quo in loco an/
tiquitus delphi:ſupra templum conſiſtebant:hoc autem tempore cir/
Caſtaliç cum ipſum affines caſtalię fontis ſua locarunt domicilia. Ante vrbem
Cirphis autem cirphis ex auſtrali parte præiacet:rupes ſane p̃rupta:fundoſam
relinquens vallem:per quã plurimus amnis diſpergit. At ſub cirphin
Cyrrha rupem vrbs vetuſta iacet Cyrrha ad mare locata.hec Strabo Hederę fru
Thymbra tices notiſſimę ſunt nomine q̃dẽ ſed re paucis viſę.Thymbra vero vt au
ctor eſt Diaſco.herba eſt quę naſcitur in locis ſaxoſis & aſperis:folia ha⁹
bens ſimillima thymo:ſed molliora & maiora & ſtiptica & viridia : ha/
henſq; ſpicã plenã floribus:quorũ color tendit ad citrinitatẽ & viridita
tẽ.Eadem teſte Pli.lib.xviii.ſatureia nũc dicitur:vt quidã putãt a ſatyris
qui luxurioſi ſalaceſq; ſunt qm̃ eos qui ea vtuntur in venerẽ pronos red
dat.Eſtq; herba aromatica grauiter ſpirãs vnde georg.4.Et grauiter ſpi
rantis copia thymbrę. qua ager troiæ ad.x.miliaria vrbi vicinus abun/
dat:In quo cum templũ eſſet apollini dicatũ dedit cauſam vt thymbre
us vocaret̃:vt in eodẽ georg.4.Si modo quẽ p̃hibes pater eſt thymbre/
Delubrũ us apollo.Delubra vt alibi dixi templa ſunt in quibus eſſent ſimulacra
deorum delibrata.i.decorticata.nam priſca ſimulacra lignea fere erant
& rudia:ſed generaliter pro quocunq; temp'o accipitur. Cætera ex or/
dine patebũt qui talis eſt. Nos cogimur.i.vrgemur & compellimur ab
officio.ſ.religionis ad virtutem fidemq; prędicandam:ad vitia carpẽda
& ad remedia prę ſtanda inſtitutę.percurrere.i. compendioſa traditiõe
perſcribere:mala.i.crimina & incommoda:iſtius.ſ.peſſimę & turbulen

(c) 2006 Ministerio de Cultura

tiſſimę tempeſtatis. In qua videlicet bella. peſtes cędes mortes & omnia
crimina viguerunt: vt in prima parte primi libri oſtenſurus eſt. & cogi
mur percurrere furias egreſſas alto. i. profundo & denſo: erebo. i. loco te
nebrarum (Intelligit autem vt dixi aut herinnes bellicas: aut vitia: quę
ſunt animorum furię) & virtutem fugatam exilio turpi. ſ. fugantib⁹ eaꝫ
aut permittentibus eam a vitiis fugari: & cogimur percurrere varias
clades. i. calamitates immiſſas terris ob. i. propter ſcelera. i. peccata gra-
uia: & cogimur docere artem quę premat. i. ſedet & mitiget iram flagrã
tem. i. ardentem & vehementẽ: principis ętherei. i. patris cęleſtis. O ſum
me deũ. i. deorũ: hoc eſt o optime maxime deus: cui decim⁹ orbis. i. vlti
mũ cęlũ qđ empireũ dicũt terminat. i. finit: regnũ (qa extra cęlũ nihil ẽ
verũtamẽ quia ĩfinita eſt dei potẽtia poſſet & hoc extẽdere & alia creare
ſed ĩpe diues ĩ ſe neqꝫ hui⁹ neqꝫ alteri⁹ eget: verũ ante creationẽ vniuerſi
gloria eius erat vti nũc eſt infinita & nullis terminis limitata: Loquitur
ergo de regno viſibili & creato. Ordo autem textus eſt condependens
vſqꝫ ad vltimũ verſiculũ: vt ſit o ſumme deũ ades huc &c. ſed hec oĩa in-
terpoſita ſunt ꝑ quandã inſinuationẽ qua beniuolentiam a deo captat)
Cui natura rerũ ſubeſt. i. ſubiicit. & cui iubar. i. ſplẽdor aſtrorũ & cęli ar-
dens. i. coruſcans: militat. i. more militantiũ famulat̃ & obedit & qui ſo
lus tenes habenas. i. moderamen: fortunæ. i. rerũ q̃ nobis a caſu euenire
videntur: & fati. i. rerũ q̃ pręordinatione diuina aut influentia cęleſti ſal
uo libero arbitrio nr̃o efficiuntur. Apollo: qui muſarũ princeps olĩ cre
dit⁹ eſt & a vatib⁹ inuocat⁹: victus. ſ. a ſaluatore nr̃o qui idolatriã & gen
tiũ deos exegit victos: offert ſua arma. ſ. plectrũ & lyrã. i. ĩſtrumẽta q̃bus
inter muſas cũ benign⁹ eſſet verſari credebat̃ nã ſæuiens arcũ & ſagittas
deſumebat: poſtib⁹ tuis. i. tolis in templo tuo erectis: per hoc autem ſe
victũ fatetur. Ipſe ſup. apollo dat tibi quicquid delos inſula illa in qua
ipſe apollo natus & cultus eſt: habet. ſ. apollini ſacrum: & quicquid dir
ce. i. fons ille in agro thebano apollini & muſis ſacer: cadmeia. i. a cad-
mi thebarum regis coniuge aut concubina denominata: ſup habet: &
quicquid ineſt delphis. i. templo delphico: & dat tibi cynthum: ideſt
montem illũ ſibi ſacrũ: & rhodon inſulam & ciuitatẽ ſibi ſacrã oli: Om
nis gloria daphnes. i. lauri: odoratę. i. odoriferę (ſed dicit more virgilia
no ſeptimo ęnei. Vrit odoratã nocturna in lumina cedrum) ſeruit tibi:
& eurotas fluuius ille laconiæ apollini dilectus: eſt tuus: helicon mons
phocidis regionis muſis & apollini ſacerrimus: eſt tuus: tu tenes ardua
ſaxa cirrhæ. i. illius ciuitatis apollini ſacræ & inter loca petroſa conſtru-
ctę. delubra: ideſt templa tua ornantur nunc hederis & thymbra viren
ti. i. fruticibus & herbis quib⁹ delubra apollinis ornari ſolebant. greges



(c) 2006 Ministerio de Cultura

tui.i.cultores:paſcunt.i.pabulantur per pinguia arua phocidis id eſt illius regionis euboeæ quā poetæ apollinis miniſtri olim frequentabāt: & potant dulcia flumina ſcilicet fontium muſis ſacrorum:hoc eſt que3 illapſum & quā inſpirationem olim poetæ ab locis muſis & apollini ſacris expetebant:tui cultores abs te nunc obtinent.dii veteres id eſt a veteribus pro diis habiti:fugere:& altaria lucent ignibus nouis id eſt nup in honorem tuū qui non nou⁹ deus ſed a nouiſſimis cognitus es extructis aut incēſis.& ſola numina tua ſuperſunt id eſt reliqua ſunt nobis: q ſcilicet renunciantes omnes deos gentium: te ſolum verum deum confitemur & colimus:& quoniā tu ſolus potes oīa:& hoc phœbo id eſt apolline:pulſo:ades huc id eſt in auxiliu3 meum adueni: aut in adiutorium meum intende: & duc cymbam id eſt nauiculam fragilem.i.hanc modicā nauationem ſeu lucubrationem:ad tua littora id eſt ad portu3 optatum videlicet ad gloriam & honorem tuum.

Calamitatum enumeratio.

Poſtq̄ ſollicitę ſtimulos & plurima uitæ
Tędia perpeſſi:iuuenile peregimus æuum:
Ocia:& antiqui finem ſperare laboris
Fas erat:& feſſæ poſt longa pericula puppi
Littoris & mitem portus optare receſſum:
Sed pater utilibus qui temperat omnia curis
Robur & aſſidua uires firmare paleſtra
Cogitat:& nobis quibus ętheris annuit arcem
Deſidiam ſomnumq; negat:ne ſcilicet annis
Dulcibus & ſegni mens eneruata quiete
Langueat:& torpor lentos effœminet artus:
Torpor enim cœco uapor eſt e gurgite ſurgens
Somniferę lethes:nubem qui intexit opacam.
Senſibus humanis fideiq; obliuia ſanctæ.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Securas igitur ne uincat inertia mentes
Tempora continuis fœcunda laboribus adſunt.
Ecce repentino ſurgunt horrentia motu
Prę́lia. terribilem quatiens mars ferreus haſtam
Armato rigidum lateri circũligat enſem.
Stat ſonipes picto lumbos & pectora tergo
Cinctus & ęratæ frontis ſplendore ſuperbus.
Accincti gladiis pedites: quibus ærea fronti
Tegmina prætentis uibrant umbonibus haſtas:
Coritoſq́ ligant humeris: uilloſa ſagittę
Tergora: et hirſutas roſtrant haſtilia uulpes.
Perq́ foros curſant nautæ ſtipantq́ liburnas
Arma rates: Clypeis circũpendentibus altum
Tollit prora caput: roſtratas ardua puppes
Pone trahit claſſis: ſuſpenſaq́ carbaſa uentis
Criſpat: et accenſi pugiles molimine magno
In teretes malos ſilices et ferrea ſurſum
Tela uehunt: reſonant funes: animoſa iuuentus
Aerataſq́ ſudes: et curuæ cuſpidis uncos.
Aptat: et ardenti comes it bellona gradiuo.
Sicut in Actiaco grandi ſub leucade ponto
Littus ad ambraciæ. forti cum milite Cæſar
Chaonio phariam diſiecit in æquore claſſem.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Seu quando ioniis uulcania fluctibus æthna
Europę Lybiæq; duces concurrere uidit.
Scilicet Auſoniis alacer cum Regulus ibat
Nauibus excelſi ſulcans uada lata Pachyni:
Et patriis contra bellans pro legibus Hanno
Saxa relinquebat fatis lilybæa ſiniſtris.
Bellandi cupidæ coeunt in prælia gentes.
Depoſitiſq; uacant inculta ligonibus arua.
Vndiq; ſurgentem ſpargit uaga fama tumultum.
Arma procul colliſa ſonant: clangore minaci
Martia feruentes accendunt claſſica pugnas.

POſtq̃ ſollicitę &c. Enumerat ſui tẽporis calamitates: belli vi-
delicet varios tumultus: & incõmodorũ quę eos ſequuntur
copiam: Dicit autẽ primũ ſe poſt iuuentę labores & incom-
moda ſperaſſe requiẽ: ſed multo aliter eueniſſe: deo permittente malo-
rũ graſſationẽ ad bonorũ exercitiũ. ne videlicet ocio & ceſſatiõe animi
molles fiant & in vitia labeſcant quod romanis eueniſſe cõquerit: Iuue.
ſaty. vi. Nunc patimur lõgę pacis mala: ſeuior armis luxuria ĩcubuit: vi
ctũq; vlciſcitur orbẽ. Graphice aũt ad modũ deſcribit belli apparatũ &
Motus belli in italia
inſtructionẽ potiſſimũ naualis. Ea enĩ tẽpeſtate de qua hęc ſcripta ſunt
grauia bella per totã italiã fere ſuborta ſunt: quorũ Bergomẽſis chrono
graphus Sixtũ quartũ põtificẽ maximũ his verbis incuſat. Hic quędã
bella iudicio multorꝝ pręter iuſtitiã ſuſcepit & in primis Laurentiũ me-
dicem florentinũ excõmunicauit & florentinis bellũ indixit: eo q̧ flo-
rentini Raphaelẽ diaconũ cardinalẽ adoleſcentẽ comitis Hieronymi
ex ſorore violentina nepotẽ: ac franciſcum ſaluiatũ Piſanũ archiepiſco-
pũ cũ trecentis viris qui Iulianũ medicẽ Laurẽtii medicis fratrẽ in diuæ
Liberatæ templo obtrũcarant: detinuiſſent & ſuſpendiſſent: q̃ res cum
huic Sixto põtifici nũciata fuiſſet: hortãtibus Ferdinando rege & Hie-
ronymo comite: bellũ contra Laurentiũ ipm̃ medicẽ & florentinos ſuſ-
cepit: & dãna multa eiſdẽ ĩtulit. Aliud poſtea aduerſus Ferdinãdũ apu-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

liæ regem ſuſcepit: ꝗ nollet illũ herculi heſtenſi genero ſuo a venetis obſeſſo auxilio eſſe. Indeqꝫ cũ Ferdinando pace confecta: ꝓ eo cõtra venetos pugnam ſuſcepit: eo ꝗ nollent ei obtẽperare & herculi heſtẽſi ferrariẹ duci ablata reſtituere: & ꝓpterea nõ modo oẽs italiẹ potẽtat⁹ in eos concitauit: ſed eos veluti Clemẽs ſextus alias fecerat excõicauit: maledixit: interdixit: & omĩbus dignitatibus priuauit: nec quoad vixit illis abſolutionis beneficiũ impendere voluit. Dumqꝫ hẹc agerentur: febribus decubuit: & pace inter venetos & reliquos potentatus confecta & audita mox vitaꝫ exhalauit. Hæc ille. Poeta autẽ dicturus Cauſa mali caput etruſcẹ florentia gentis Auſoniẹqꝫ decus ſummi violare miniſtros Auſa patris demẽs: ſacrũqꝫ haurire cruorẽ Ipſa quoqꝫ indomiti genitrix ferraria belli Preteritas auxit clades &c. Reiicere videtur culpam in florentinos: ſummo põtifici ꝗ Bononiẹ reſideret & de grege eius eſſet in hoc cõcedens. Ferociam auteꝫ belli comparat bellis naualibus actiaco inter Octauiũ Auguſtum cum agrippa: & M. Antoniũ triũuirũ cum Cleopatra ægypti regina geſto. & libyco a M. attilio regulo contra Hannonem Carthagineñ. cõmiſſo. De hoc tamen dicit Plinius in vita M. attilii reguli ꝗ primus Romanorum ducum in aphricam claſſem traiecit: quaſſatas de amilcare naues longas tres & ſexaginta accepit. Cætera ex ordine patebunt qui talis eſt. Poſtq̃ nos perpeſſi. i. continue in hũc vſqꝫ diem paſſi: ſtimulos & plurima tẹdia vitæ ſollicitæ. i. anxiẹ & curarum ac laborum plenẹ: peregimus. i. tranſegimus & ad finẽ deduximus ẹuũ iuuenile. i. tempus iuuentẹ noſtræ: fas. i. licituꝫ erat: hoc eſt eſſe videbat̃ ſperare ocium & finem antiqui laboris: & fas erat optare puppi feſſæ. i. nauationi vitẹ noſtræ iam poſt longa pericula fatigatẹ: mitẽ. i. amœnũ & placidum receſſum littoris & portus. i. remiſſionem aut dimiſſioneꝫ a tantis laborib⁹: ſed pater ſcꝫ cœleſtis deus qui temperat. i. moderatur oĩa curis vtilibus. i. ad ſalutem cõducentib⁹ (quia virtus in infirmitate perficit̃) cogitat firmare robur & vires aſſidua paleſtra. i. exercitatiõe & negat nobis. ſ. chriſtianis: quib⁹ ãnuit. i. nutu & fauore adiudicat ſeu addicit arcem ẹtheris. i. cœli (Sic venus primo ẹnei. ad iouem. Nos tua progenies cœli quibus ãnuis arcem) negat dico deſidiam. i. pigriciã: & ſomnũ. i. oſcitationẽ & ſonnolẽtiã. ſcilicet. i. ſcire licet cur id faciat: quia ne mens ſup. noſtra lãgueat. i. torpeſcat exiſtens eneruata. i. diſſoluta & effœminata ac viribus deſtituta: dulcibus. i. delectabilibus ãnis & quieteſegni. i. ignaua. hoc eſt ignauos & tardos faciente. & ne torpor. i. pigricies effœminet. i. emolliat: artus lentos. i. laxos & tardos (Sic & Virgili⁹ Georgi. primo Pater ipſe colendi Haud facilẽ eſſe viã voluit: primuſqꝫ per arteꝫ Mouit agros curis acuens mortalia corda: Nec torpere graui

(c) 2006 Ministerio de Cultura

paſſus ſua regna veterno) Eni ꝓ quia: torpor eſt vapor ſurgēs e gurgite cœco.i.tenebroſo lethes illius paludis īfernalis: ſomniferę.i. ſomnū & obliuionē inducentis. qui.ſ.torpor intexit.i. īplicat & ingerit ſenſibus humanis: opacā.i.denſam: nubē.i.caliginē erroris & cœcitatis: & obliuia ſanctę fidei. Igitur ne inertia.i.ignauia & deſidia ſine arte & induſtria nos faciens: vincat mentes ſecuras.i.nullā curā aut ſollicitudinem habētes: adſunt nobis tēpora fœcunda continuis laboribus. Ecce quia derepente & ex improuiſo: pręlia horrētia ſurgūt.i.ſuboriūtur: motu repētino.i.ſubito & improuiſo mars.ſ.de⁹ belli: ferreus.i. duriſſimus & imitiſſim⁹: quatiens terribilē haſtā in ſignū videlicet īdignationis (vñ Iuuenalis ſaty.2.ad martē Nec galeā quaſſas: nec terrā cuſpide pulſas) circūligat lateri armato: enſem rigidū: i.durū ex calibe. Sonipes. i. equus pedibus ſonans: ſtat.i.paratus eſt (quia ſtare loco neſcit equus ferox vt exponit Seruius illud æneí.4. Stat ſonipes ac frena ferox ſpumātia mandit) cinctus lumbos.i.clunes & pectora.i. armos.i. habens lūbos & armos cinctos.i.munitos: tergo (ꝓ tergore).i.corio ex tergore bouino cocto picto.i.picturis aut auri colore inornato: & ſtat ſupbus ſplendore frontis ęratę.i.armatę & munitę armis ęreis q̄ rubiginē neſciunt (aut ęs pro quocūq; metallo poſuit) pedites accīcti gladiis: quibus.ſ.peditib⁹ ſup.ſunt fronti.i.in fronte tegmina ęrea.i. galeę aut caſſides ferreę: vibrant .i.quatiunt haſtas.i.pila ac iacula ſua in hoſtes & hoc vmbonibus.i.ſcutis incuruis: prætentis.ſ.contra impetū hoſtilem: & ligāt humeris.i.ad humeros ſuſpendunt coritos.i.arcuum thecas aut pharetras: Virg.xi. Quis tela ſagittę Coritiq; leues humeris: & lætifer arc⁹: & ſagittę roſtrāt idest roſtra hoc eſt ferra roſtrata & ſagittis pręfixa habere faciūt: tergora hirſuta: ideſt piloſa: quia pharetrę piloſę contra pluuiam ſunt: & haſtilia: id eſt iacula oblonga: roſtrant: id roſtris muniunt vulpes hirſutas.i. pelles aut caudas vulpium quæ hirſutæ ſunt: & quas haſtilibus præfigūt (Virgilius libro. viii. paſſiue dicit. Tempora nauali fulgent roſtrata corona: quaſi roſtris cincta) & nautę curſant: id eſt frequenter currunt (quod nautarum eſt) per foros: id eſt ſupremos locos nauium a ferēdo dictos: Virgilius ęnei.4. Impleſſemq; foros &c. & arma q̄ īponuntur ſtipant.i.cōdenſe īplent: rates liburnas.i.agiles qualibus liburni vti ſolēt qui ſunt populi ad dalmatiā: Cum enim dimicante auguſto in actiaco bello: liburnorum auxilio pręcipue victus fuiſſet antonius: experimento tanti certamis patuit liburnorū naues cęteris aptiores: ergo ſimilitudine & noīe vſurpato earūdē inſtar claſſem romani principes texuerūt hincq; naues ipſę appellātur liburnę qđ vegetius ſcribit: qui de cōfecturis thecarum non tacet. Priora.i.prior pars nauis tollit.i. erigit: altum

Coritus

Liburnæ naues

(c) 2006 Ministerio de Cultura

caput.i. frontem & hoc clypeis circũpendentibus: & claſſis.i.collectio manuũ ardua.i.alta:trahit.i.cõtrahit pone.i.iuxta & ꝓpe inter ſe puppes roſtratas.i.roſtris munitas:& criſpat vẽtis.i.corrugat: carbaſa.i.vela ſuſpenſa: & pugiles.i.propugnatores accenſi.i. inflãmati martio furore vehunt.i.portãt ſurſum:magno molimine:in.i.ad malos teretes. hoc eſt in vas ſuper malos ſuſpenſum:ſilices.i.dura q̃uis ſaxa: & tela ferrea:ad deturbandos hoſtes.funes.ſ.rudentes: reſonãt: & iuuentas.i.iuuenũ militum manus ſeu collectio animoſa aptat ſudes.i. vt dicunt pticas:ęratas.i.ęre munitas & ferratas:& vncos cuſpidis curuę:ad attrahẽdos ſcꝫ inimicos aut ad naues retinẽdas. & Bellona.i. dea belli it comes gradiuo.i.marti ardenti.i.excandeſcenti (Iuuenalis primã producit dicens ſaty.ii. Hæc tetigit gradiue tuos vrtica nepotes: Et Virgi.æ nei.iii. Gradiuũq; patreꝫ gethicis qui præſidet aruis. Et Stati.lib.iiii.thebaid. Gradiuus quãtas populis ſpoliauerit vrbes. Ouidiꝰ tamen metamor. vi.corripit dicens. Et genus a magno ducentẽ forte gradiuo. Et valeriꝰ flaccus lib.iiii.Inclyta amaꝫonidũ magnoq; exorta gradiuo. Et hic auctor noſter: Eſt ergo prima cõmunis) Sicut cęſar ſcꝫ Auguſtꝰ diſiecit in ęquore chaonio.i.epirotico:claſſem phariã.i.ęgyptiaꝫ cũ forti milite. (Duplex poteſt eſſe expoſitio: nam ſi fortẽ militem cũ auguſto deieciſſe intelligimus:loquitur de Agrippa:vnde Aenei.viii.Hinc Auguſtus agens italos in pręlia Cæſar Cum patribus populoq; penatibus & magnis diis.Parte alia ventis & diis agrippa ſecundis Arduus agmen agẽs &c.Si vero eũ cũ pharia claſſe deiectum intelligimus:de M.antonio loquitur).i.igitur cũ agrippa etiã deiiciente aut cũ antonio etiã deiecto: nam cũ hic comitem ſignificat:in ponto actiaco ab acte ſeu actia regione vicina denominato:ſub leucade grandi.i.inſula illa. Nam leucas inſula eſt contra ſinũ ambratiũ ſita iuxta epirum habens montem altiſſimũ:quę auguſti contra marcum Antoniũ & cleopatrã victoria memorabilis eſt: eſt etiã oppidum in acarnia parte epiri:vnde hic grandi dicit ad diffetentiam forte. Virgilius autẽ in. viii.dixit feruere leucaten:a nominatiuo leucate:nã in ꝓmontorio epiri eſt mons leucate vt inquit ibidem Seruius) ad littus ambratiæ.i.ſinus ambratii.|Seu.i.ſiue qñ ęthna vulcania.i.in qua vulcanus habet officinã ſuam & fulmina fabricat:vidit duces europę.ſ.italię: hoc eſt M.attiliũ reguluꝫ:& libyę.i.carthaginis.ſ. Hãnonem aut Amilcarem: cõcurrere in fluctibus ioniis.i.maris ionii.Scilicet tunc ſup.vidit cũ Regulus.ſ.M.attilius.alacer.i.lætus ex victoria ibat ſulcans.i. diuidens & interſecans nauibus auſoniis.i.italicis:lata vada pachyni:illius promontorii ſicilię excelſi.i.ardui:& hãno dux carthaginẽſium bellans contra.i.econtrario pro legibus patriis re

Gradiuus

Leucas

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Triquetra Promontorium

linquebat ſiniſtris.i.aduerſis: fatis.i.diis repugnantibus ſaxa lilybea.i. alterius promontorii ſicilię: tria enim ſunt in ea promontoria vnde ab eis triquetra appellatur: Promontoriū autē eſt vbi mons in mare deſinit. Ideo fatis ſiniſtris prouexit claſſem Hanno: quia paulo poſt vincebatur: Gentes cupidæ bellandi ſcilicet furore bellico percitę: coeunt.i. congrediuntur in prelia: & arua vacant exiſtentia inculta: & hoc ligonibus id eſt inſtrumentis ruſticis depoſitis. Fama vaga ſpargit tumultum id eſt cōmotionem belli ſurgentē vndiq;.i.ex omni parte italię. Arma colliſa id eſt concuſſa ſonāt procul id eſt de longe: & claſſica id eſt ſigna martia id eſt bellica: vt clangores tubarum & crepitus cornuum. accendunt clangore minaci id eſt terrifico: pugnas feruētes id eſt feruenter cōmittendas.

Q. ſi florentes iſtis in ſyrtibus annos
Egimus: & tanto iuuenes ſudauimus ęſtu:
Quid non triſte putas feret erumnoſa ſenectus?
Ipſa tremens artus: tereti q; innixa bacillo:
Hiſpida: macra: breuis: canis rugoſa capillis:
Caligans oculis: curuato in pectora tergo
Iam properat: ſequitur celeri mors pallida greſſu:
Heu fruſtra faciles curſus auram q; ſecundam
Fruſtra expectamus: Nos implacata charybdis
Proiicit in ſcyllam: ſcyllæ de uortice rauco
Nos rapiunt ſyrtes: iterum q; rotamur in hoſdem
Aequoris inſultus: ſcopuli. uada. uentus. & undę:
Semper: & aduerſis in funera currimus aſtris.
Et nihil eſt aliud cultis Adamus in hortis
Q. primi ſine fraude dies: cum libera nulli
Pectora mœrores agitant: ſyncera uoluptas

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Impolluta quies animi cum dulcibus annis
Primęuę fugiunt uitæ: mox aſper acutas
Gignit ager ſentes: & noxia ſemina profert.
Namqꝫ ubi lęta nouæ ceſſit lanuginis ætas
Sollicitæ ſubeunt curę: trepidiqꝫ pauores:
Et labor inſomnis. dubiiqꝫ per omnia caſus.

¶ Qđ ſi florentes &c. Si inquit vix hęc perferre potuimꝰ in iuuenili ęta
te: quid iam ſenio fere confectum manet? occaſione cuius ſenectutis in-
cōmoda percurrit. Nam vt inquit flaccus in arte: Multa ferunt anni ve
nientes cōmoda ſecum: multa recedentes adimūt. Et vt Virgil. in geor.
dicit Optima quæqꝫ dies miſeris mortalibus æui Prima fugit: ſubeunt
morbi triſtiſqꝫ ſenectus Et labor & durę rapit inclementia mortis. Incō
moda autē ſenectæ longe proſequitur iuuenalis ſatyra. x. Cōmoda aūt
M. Cicero. in de ſenectute. Ordo hic eſt. Qđ ſi nos egimꝰ id eſt tranſegi-
mus: annos florentes id eſt floridę: hoc eſt iuuenilis ætatis: in iſtis ſyrti-
bus id eſt periculis qualia ſunt in ſyrtibus: vbi breui mom̄eto nunc ſur-
ſum nunc deorſum ducimur: & nos iuuenes ſudauimꝰ tanto ęſtu id eſt
cum tanto ſudore pertulimus mala iuuenilis ętatis Quid triſte putas ſe
nectus erumnoſa id eſt erumnis plena de ſe: non feret id eſt afferet? qua-
ſi dicat nihil non feret: immo quodlibet triſte afferet: quia ipſa tremens
artus id eſt habens artus trementes: & innixa bacillo tereti: & hiſpida id
eſt hirſuta. macra. breuis id eſt contractos faciens rugoſa id eſt rugis ple
na: capillis canis: & caligans id eſt cecutiens oculis: & tergo curuato in
pectora id eſt habens tergum curuatum in pectora. Mors pallida id eſt
pallidos faciēs iam properat & ſequitur celeri id eſt feſtino greſſu: Heu
nos expectamus fruſtra faciles curſus & ſecundā id eſt proſperam aurā
id eſt fruſtra ſperamꝰ poſt mala iuuentę requiē ī ſenecta. quia charybdis
id eſt vorago illa maris (huius. ſ. vitę) implacata. i. implacabilis & īſatia
bilis (vnde dicit̄ tertio ęnei. Dextrū ſcylla latus: leuū implacata charyb-
dis Obſidet &c. Sunt aūt duo pericula maris quod inter italiā & ſiciliā
eſt: ſed ſcylla in italia eſt: charybdis in ſicilia: allegoricos aūt: qa mūdus
hic cōparatur mari: vult nos vrgeri variis periculis:) proiicit in ſcyllā. i.
in aliud periculū (Nā Scylla phorci & Creteidos nymphę filia fuit quā  Scylla
amabat glaucus: quē circe diligebat: ſed qm̄ in ſcyllā pronior erat: irata
circe fontē in quo illa lauabat̄ venenis infecit: in quē cū illa deſcendiſſet

DE TARRAG

(c) 2006 Ministerio de Cultura

pubetenus in varias mutata eſt formas: horrens itaq; deformitatẽ ſuam
Charybdis ſe in mare pręcipitauit. Charybdis aũt fœmina fuit voraciſſima q̃ quia
boues herculis rapuit a ioue fulminata eſt & in mare pręcipitata vbi ſer
uat naturã nam ſorbet vniuerſa. Syrtes aũt ſunt ĩ lybia vada breuia hic
aquis illic arenis oppleta) dicit ergo. ſyrtes. i. alia pericula rapiũt nos de
Vortex rauco vortice ſcyllę (Vortex dicĩt aquarũ congiratio a vertẽdo ſed vete
res pro verto vorto dicebãt) & nos rotamur. i. inuoluimur iterũ ĩ hoſ
dẽ. i. eoſdẽ iſultus ęquoris. Scopuli. i. ſaxa apparẽtia ĩ mari. vada. i. loca
quę vadari licet. i. pedibus peruia potius ꝗ̃ nauibus hoc eſt breuia & ſyr
tes & vẽtus & vndę. i. procellę. i. varię aduerſitates: ſemp ſup. ſunt ĩ hac
vita viuentibꝰ: & nos currimꝰ in funera. i. mortẽ: aſtris. i. ĩfluentiis cęle
ſtibus aduerſis. i. obuerſantibꝰ ĩſtitutis noſtris: & nihil aliud eſt adamꝰ
. i. adam (ſicut alibi ꝓ abraham abrahamꝰ dicĩt) in hortis cultis. i. in pa
radiſo: ꝗ̃ primi dies ſine fraude. i. dies puerilis inocẽtię: cũ nulli mœro
res agitant pectora libera: Voluptas ſyncera. i. integra & nullis ꝑturbatĩ
onibus admixta: & quies animi ĩpolluta. i. nulla turbatione vitiata: fu
giũt cũ dulcibus annis primęuæ vitę. Ager aſper. i. vitę ſpatiũ aſperum
gignit mox. i. ſtatĩ poſt: ſentes. i. ſpinas acutas. i. tribulos duros (Alii ſen
tes genere maſculĩo proferũt.) & ꝓfert ſemina noxia. i. vitiorũ & turba
tionũ zizaniã. Nãq; vbi. i. poſtꝗ̃ ętas lęta primę lanuginis. i. pubertatis
ceſſit. i. deceſſit: & trãſiit: curę ſollicitę. i. ſollicitos facientes ſubeũt. i. ſub
ſequũtur: & pauores trepidi: & labor ĩſõnis. i. inſomnes faciens: & caſus
dubii. i. incerti per omnia. i. omnes modos ſequentis vitę.

Bella cient italę gentes: nec barbarus hoſtis
Quęritur inſultans noſtris qui finibus inſtat.
Inter ſe certare parant: & fœdere rupto
Counertere rigens in mutua uulnera ferrum.
Quoſq; peregrini dominos concordia mundi
Fecit: in ambiguam regno de paupere litem
Compulit infauſtę genitrix diſcordia pugnę.
Hęc urbes eadem ueſania cepit Achęas:
Quom caput Emathii proles animoſa tyranni

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Extulit: aduerſus celebres lacedæmon Athenas
In lacedęmonios ibat theſea propago:
Totaq́ʒ ſubmerſis titubabat gręcia rebus.
Dumq́ʒ fauent regni cupido: dum fœdera iungunt
Cum duce fœdifrago: dum ſeſe copulat hoſti
Alter in alterius damnum commune coegit
Ferre omnes fortuna iugum: & parere Tyranno.
Nec genus Auſonium (tanta caligat herinne)
Italię ſimilem uidet impendere ruinam.
Luce caret: n eſcitq́ʒ diem: ſecumq́ʒ tenebras
Crimen agit: noctemq́ʒ animis inducit & umbram
Propterea amiſſo ſceleratę lumine mentes
Venturam non ante putant q̄ uenerit iram.
Q̄ ſi coniunctis in pręlia uiribus irent
Heſperię gentes non obluctantibus aſtris:
Non prohibente deo ſed opem uireſq́ʒ ferente
In uetus imperium poſſeſſaq́ʒ regna redirent.
Seruirentq́ʒ iterum tuſco lata ęquora tybri:
Sperchiuſq́ʒ pado: noſtris Erymanthus & othrys
Collibus: & latium trepidaret barbarus enſem.
Pręda nec eſſemus totiens nec trachius hoſtis
Per phryges & colchos captęq́ʒ per helladis oras
Duceret in celebres inſignia noſtra triumphos.



(c) 2006 Ministerio de Cultura

❡Bella ciēt &c. Cōmemorat motꝰ bellorū a q̄bus ſenectuti ſuę timet: ſi
mulq; dehortat̄ ab eis/ argumētatꝰ ab exēplo ciuitatū gręcaꝝ q̄ dū mu
tuis odiis īter ſe certarēt: ī poteſtatē tyrāni deuenerūt. q̄d italis futurū ve
ret̄ ſi inteſtina bella cōfouere ꝑgant. Itaq; vt reip. ꝑſens opꝰ cōducat: co
horat̄ italos pricipes ad cōcordiā qua res puę creſcere ſolēt: īnuēs eos ꝑ
cōcordiā etiā exteris dn̄ari poſſe: cū ꝑ diſcordiā in ſeruitutē redigātur.
turciſq; chriſtiano noī infeſtiſſimis hoſtibꝰ prędę pateāt. Vtit̄ aūt exem
plo earum ciuitatū quæ ꝑ diſcordiā & mutua odia in ſeruitutē deuene
runt: philippi (vt videt̄ innuere) macedonū regis atq; alexandri magni
patris fraude deceptę. de eo eni vulgo prędicatur ꝙ fuerat alloquio inſi
dioſus & gratiā in odio fingere nouerat: & inter cōcordes ſtruere diſcor
dias. Vnde Iuſtinꝰ lib. ix. Facta inter duas paulo ante infeſtiſſimas ciui
tates ſocietate legationibꝰ gręciā fatigant: communē hoſtem putant cō
munibus viribus ſubmouendū. Neq; eni ceſſaturū philippū ſi ꝓſpere
prima ſucceſſerit: niſi oēm gręciā domuerit More quędā ciuitates athe
nienſibus ſe iungunt: quaſdā aūt ad philippū belli metus traxit. Pręlio
cōmiſſo cum atheniēſes longe maiore militū numero p̄ſtarent aſſiduis
bellis indurata virtute macedonū vincūtur: nō tamen imemores priſti
ne glorię cecidere. Quippe aduerſis vulneribꝰ oēs loca q̄ tuēda a ducibꝰ
accepant: moriētes corpibꝰ texer̄t. Hęc dies vniuerſę gręcię & gloriam
dominationis & vetuſtiſſimā libertatē finiuit. Hec Iuſtinus. Ordo eſt.
Gētes italę ciēt. i. cōcitāt & cōmouēt bella: nec hoſtis barbarꝰ. i. paganꝰ
& externus vt turcus: q̄ritur: quia pręſto eſt: qui inſultans. i. inſultū faci
ens: inſtat noſtris. i. italicis finibus. Itali ſup. parant certare inter ſe: & cō
uertere ferrū rigēs. i. rigidū & ꝑdurū in mutua vulnera. i. mutuo inferē
da: & hoc fœdere. ſ. concordię rupto. i. violato (quoſq; duę ſunt dictio
nes: dic ergo) ꝙ pro &: diſcordia genitrix infauſtę pugnæ (vnde ī buco.
en quo diſcordia ciues perduxit miſeros) cōpulit in litē ambiguā. i. du
biā de victoria conſequēda: de paupe. i. modico regno (notū eſt hemi
ſtichiū lis eſt de paupere regno) eos ſup. quos cōcordia fecit dn̄os mun
di pegrini. i. externi. i. eos vtpote latinos qui aliquādo ꝑ cōcordiā rerū
potiti ſunt: nūcq; potirentur: ꝑ diſcordiā ꝑeunt. vn̄ dehortans ſubdit.
Hec eadē veſania cœpit. i. īuaſit: vrbes acheas. i. gręcas: cū. i. quando ꝓ
les aioſa. i. filiꝰ aioſus. ſ. philippꝰ macedo: tyrāni emathii. i. macedonici
. ſ. ꝑdicę: extulit caput ſup. ſuū: Lacedęmō ciuitas illa ſpartana ſeu laco
nica noīatiſſima: ibat aduerſus athenas celebres: & propapo theſea. i.
atheniēſis: ibat ī lacedæmonios & tota gręcia titubabat. i. nutabat & va
cillabat ac cōcutiebat̄ rebꝰ ſubuerſis. ſ. ꝑ mutuas depopulationes & īcur
ſiones: & dū fauēt cupido regni. ſ. philippo regnū affectāti: & dū iūgūt

(c) 2006 Ministerio de Cultura

fœdera.i.paciſcũtur cũ duce.ſ.philippo:fœdifrago.i.q poſtea fœd⁹ rupit:& dũ alter copulat ſeſe hoſti.i.cũ hoſte.ſ.ipſo philippo q hoſtis intrinſec⁹ erat:in dãnũ alteri⁹.i.vt alteri noceret:fortuna coegit oẽs.ſ.athenienſes ꝙ lacedęmonios ferre cõmune iugũ.i.cõmunẽ ſeruitutẽ:& coegit oẽs parere tyrãno.i.regni occupatori & incubatori.ſ.philippo: nec .i.& tamẽ nõ:& tñ gen⁹ auſoniũ.i.popul⁹ italic⁹:nõ videt.i. nõ cõſiderat(tãta..i.tã magna herine.i.furia:caligat.i.cœcutit hoc eſt tãta cœcitate capit:id aũt acclamãdo ĩterſerit)ſimilẽ ruinã ĩpẽdere.i. ĩminere italię nã crimẽ.i.pc̃tm gẽtis italę:caret luce.ſ.itellect⁹:& neſcit diẽ.i.nõ admittit prudẽtiã:& agit.i.trahit ſecũ tenebras:& ĩducit animis noctẽ & vmbrã.i.noctẽ vmbroſam.ſ.ignorãtię & ĩprouidẽtię:& ꝓpterea mẽtes ſceleratę amiſſo lumĩe.i.poſtꝗ amiſerũt lumẽ intellect⁹:putãt irã.ſ.dei nõ vẽturã ante.i.pri⁹ ꝗ venerit:ꝙ ſi gẽtes heſperię.ſ.maioris:hoc eſt italię: irẽt.i.ꝓmouerẽt in pręlia:virib⁹ cõiũctis:ĩpe rediretĩ vetus imperiũ & in regna poſſeſſa.ſ. pri⁹:cũ videlicet eſſent romani rerũ domini:& hoc aſtris.i.influentiis ſiderũ nõ obluctãtib⁹.i.renuentib⁹ & deo nõ prohibẽte:ſed ferẽte opẽ.i.auxiliũ.ſ.rerũ & vires.ſ.animorũ & corporũ. & lata æquora.i.maria:hoc eſt inſulę & regiones maritimę ſeruirẽt iterũ tybri tuſco.i.in tuſciã p romã labẽti.hoc eſt romanis cęteriſꝗ tyberis accolis:& ſperchius fluuius ille theſſalię(producitur media quia græce per ei diphtohongõ ſcribĩt)ſeruiret pado. i. fluuio illi ṗcipuo ĩ italia: hoc eſt accolę ſperchii.accolis padi.& erymãth⁹.i.mõs ille arcadię& othrys mõs theſſalię:ſeruirẽt nr̃is.i.italicis:collib⁹.i.mõticulis:(Sũt q velĩt ſcribẽdũ p x:ſed qa Virg.lib.vii.dicit othrymꝗ niualẽ:videt̃ a nõ othrys deduxiſſe)& barbar⁹ vt turc⁹:trepidaret.i.formidaret: enſẽ latiũ.i.itali cũ nec nos.ſ.latini eſſemus totiẽs pręda. ſ. barbaris q nos prędãtur. nec hoſtis thraci⁹.i.ĩpe barbar⁹ aut turc⁹ (ſeu turca. Gẽtiũ eñ nõia in a fere cõia repiunt̃.vt geta ſcytha ſarmata:& ita ſunt q turca ſcribẽdũ ṗcipiãt) duceret nr̃a.i.italica aut chriſtiana ĩſignia(quę vulgo arma vocãtur aut ſigna)ĩ triũphos celebres.i.põpoſos.p phryges ſeu phrygas & colchos & oras.i.regiones helladis.i.gręciæ captę.ſ.ab eo:hę eñ regiones olim chriſtianę nunc turcis parent.

Ciuilęs rixas & bella domeſtica noſtri
Non reges tantum atꝗ duces:ſed milite mixto
Dum picena fugax populatur littora turcus
Arma ſacerdotes diuorum altaria circum



(c) 2006 Ministerio de Cultura

Ferre preces ſoliti tollunt: paciꝗ repugnant:
Qua ſonat anguſtum ſcyllæ latratibus ęquor
Quaꝗ ſyracuſio circũdatur inſula ponto
Inſula ciclopum libyæ porrecta ſub axem
Feruet Martis opus: calabros & Iapigis urbes
In pugnam bellona uocat: rapienſꝗ ſuperbam
Aegida gorgoneos pectus circũligat angues:
Et qua nubiferi medio pro limite montes
Stant itali Gallicꝗ ſoli nouus arma tumultus
Cogit & indomito fulgentes ære cateruas.
Cauſa mali caput etruſcę Florentia gentis
Auſonięꝗ decus ſummi uiolare miniſtros
Auſa patris demens. ſacrumꝗ haurire cruorem:
Ipſa quoꝗ indomiti genitrix Ferraria belli
Pręteritas auxit clades dum ferre recuſat
Imperium uenetoꝗ negat parere leoni.
Adde ꝙ aſpectu cœli uiciata maligno
Arua negant uictum. pingues iactata per agros
Semina uel pereunt uel inanes culmus ariſtas
Erigit: & triſti meſſor ligat ordea fronte.
Si fœcunda ceres aut læti uiribus agri
Aut hominum ſtudiis uſq̄ fuit inuida grando
Pulſa per aereos magno cum murmure tractus

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Impellente noto ſtrauit:longoſq; labores
Perdidit:& nimbis cererem glacialibus hauſit:
Et padus ingentes uoluens ex alpibus undas
Inſubrum uenetumq; domos penetrauit:& omnis
Aggeribus fractis agri uaſtauit honores:
Nec ripis tantum:ſed & ipſis altior ibat
Arboribus:ſalicum per ſumma cacumina nautis
Curſus erat:fugit prothei pecus omne per agros:
Altaq; montanę petierunt ęquora nymphę.
Sicut cum bellis olim ciuilibus urbes
Arſerunt Italę:cum Cæſaris arma ſuperbi
Inuaſere lares patrios gentemq; latinam.
Mira canam & noſtris fortaſſe nepotibus olim
Non factura fidem:Benaci ſparſa per agros
Tanta locuſtarun nubes ut pinguia paſſim
Paſcua & exortas ſegetes nemorumq; decorem
Temporis exiguo tractu conſumpſerit omnem:
Nec poterat ſumptis hominum ſolertia telis
Fatales arcere feras:Caua tympana latos
Implebant crepitu campos:nec territa tanto
Dira lues ſonitu:herbarum radicibus imis
Morſibus hęrebat.uicina per oppida poſtq̃
Rumor iit:capere arma uiri:concurrere turbę



DE TARRAGONA

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Ad cõmune malum: tanq̃ nouus itala cimber
Regna premat. tandem multo uix tanta labore
Illuuies longis uix eſt conſumpta diebus.
Dura fames igitur triſtes populata colonos
Sęuit: & exhauſtis langueſcunt corpora uenis:
Vulgus inops macie affectum ſqualenſq; per urbes
Poſcit opem fruſtra: & ſenſim uitalia membra
Victa cadunt: ſiccaſq; premunt ieiunia fauces.
Nec patres natis nec nati patribus adſunt:
Tanta per humanum genus inclementia regnat.
Non libycę ſegetes non pinguibus appula campis
Horrea: non phrygiis ſuccurrunt gargara ſulcis:

❡Ciuiles rixas &c. Recitat calamitates prodigioſas quę bella ſecutę ſũt vt ſub ordine explicabimus qui talis eſt. Non tantum. i. non ſolum noſtri. i. latini reges atq; duces ſup. gerũt ciuiles rixas & bella domeſtica. i. ciuilia aut inteſtina (Subaudiendũ videtur hic verbũ quod dũ generale eſt cenſet a Seruio honeſta eclipſis vt in illo virgiliano Talia per latiũ ſubaudi: gerebantur. Hoc aũt in loco nõ videtur ȝeugma eſſe ab inferiore: quia non ꝓcedit vt dicas: nõ tantũ noſtri reges ſoliti ferre ciuiles rixas & domeſtica bella: tollũt arma ſed &c. quia tunc ĩcuſaret reges ac duces ſimultatũ ac ſeditionum ſolitaꝝ: plus enĩ eſt ſolitũ eſſe ferre ciuilia bella q̃ ea ferre: ſi tñ mauis q̃ ſubaudire verbũ: aperui modũ ordinis) ſed ſup. etiã ſacerdotes ſoliti ferre preces circũ altaria diuoꝝ. i. ſanctoꝝ: tollũt arma & repugnãt paci interea ſup. dũ turc⁹ fugax. i. cõfidẽs in fuga: ĩcurſũ enĩ in chriſtianos facit oĩaq; populat⁹ q̃ offendit aufugit: populaẽ milite mixto: ex turcis. ſ. & ꝑuerſis chriſtianis: aut cõfuſo exercitu. populaẽ littora picena q̃ ſunt poſt anconẽ & inter ariminũ. Opus martis. i. bellũ feruet ſup ab ea parte: qua anguſtũ ęquor. i. mare ſiculũ ſonat latratib⁹ ſcyllæ q̃ catulos ĩ vẽtre habere fingitur: propter colliſionẽ aquarũ inter ſaxa reſonantiũ: & qua ĩſula circũdatur põto ſyracuſio. i. mari qđ alluit

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ſyracuſas q̃ eſt vrbs ſiciliȩ notiſſima: iſula dico cyclopũ porrecta ſub axẽ libyȩ. i. qua ab italia ĩ libyã ꝓficiſcit̃: Bellona. i. dea belli: vocat calabros pp̃los illos italiȩ neapolim verſus: & vrbes. i. ciuitates (non enĩ vrbes ꝓficiſcũtur in bella) iapigis. i. per quas iapix ventus flat: hoc eſt apuliȩ: & ipſa rapiens ȩgida. i. ſcutũ palladis ſupbã. i. nobile: circũligat pectus. i. ligat circũ pectus angues gorgoneos. i. ex capillis gorgonis videlicet meduſȩ natos: & ſup. ab ea parte qua mõtes nubiferi. i. nubes ferre viſi aut ferre ſoliti videlicet alpes italiã a galliis diuidẽtes ſtãt pro medio limite ſoli itali & galli. i. italici & gallici: tumultus nouus. i. magnus: cogit. i. congregat aut congerit arma: & cateruas. i. acies fulgentes ære. i. armis: indomito. i. quibus ipſi indomiti ſȩuiũt. Florẽtia ciuitas illa notiſſima exiſtens caput gentis etruſcȩ. i. tuſcȩ: ſeu vt vulgo dicunt tuſcanȩ: & exiſtens decus auſoniȩ. i. ornamẽtũ italiȩ: habet enĩ decus prȩcipuum ... ſtens demens & auſa violare miniſtros ſummi patris. i. papȩ ſix... us recitauimus: & haurire cruorem ſacrum. i. ſacratorum: eſt ſup. ... mali. i. incommodi: quia cauſa belli eſt. & ferraria genitrix indomiti. i. ferocis belli: auxit clades prȩteritas. i. prius ortas: dum ipſa recuſat ferre imperium: & negat parere leoni veneto. i. ſancto marco per leonẽ figurato quem veneti pro inſigni habent. Adde ſup. ad mala & incõmoda belli ꝙ arua vitiata. i. corrupta maligno aſpectu. i. influẽtia cȩli: negant victũ. i. ſterilia ſunt & infœcunda: ſemina iactata per agros pingues. i. fimatos & ſuffitos fimo vel pereunt: vel culmus erigit inanes: id eſt ventoſas & in quibus granũ non eſt ariſtas. i. ſiliquas: & meſſor ligat ordea triſti fronte: quia ſentit ſegetem nihil grani habere. Si ſeges fœcunda. i. frugibus plena: fuit vſq̃: id eſt in quouis loco: aut viribus: ideſt potentia & fertilitate: agri lȩti: id eſt pinguis: aut ſtudiis: id eſt conatibus & exercitiis hominum eum colentium: grando inuida. i. inuidens incolumitati illius ſegetis: pulſa: id eſt impulſa cum magno murmure. i. turbi‑e per tractus aereos: id eſt per regionem aeris: ſtrauit: id eſt proſtrauit ...p. eam & hoc noto: id eſt vento illo humido: impellente: & perdidit: ... eſt deſtruxit longos labores ſcilicet colonorum: & hauſit: id eſt abſtu...t cererem: id eſt frumentum nimbis. i. nubibus glacialibus. i. cõcretis ...n glaciem ac grandinem. Et padus: fluuius ille italiȩ maximus: voluẽs ...i. ſecum trahens ingẽtes vndas ex alpibus. ſ. ex reſolutione niuium: penetrauit domos inſubrum (orator diceret ĩſubrium). i. eorum quos lõ...bardos appellant: & venetum pro venetorũ: per ĩſubres enim mantuanos & ferrarios in venetiarũ mare qđ adrianũ dicit̃. icidit & vaſtauit omnes honores. i. ornatus. hoc eſt fruges agri: fractis aggeribus. i. ripis diſſipatis: Nec padus ibat tantum altior ripis: ſed &: id eſt etiam ipſis



(c) 2006 Ministerio de Cultura

arboribus. Nā curſus erat nautis p ſumma cacumina.i. vertices ſeu ſummitates ſalicū: illarū arborū in locis humidis vulgo naſcentiū: oīne pecus prothei.i. omne genus aīaliū marinorū quorū protheus cuſtos fingitur fuiſſe: hoc eſt oīs piſcis padi: fugit ꝓcul per agros: & nymphę mōtanę.i. riuuli aut aquę iter mōtes labi ſoliti aut ſolitę petierūt alta ęquora (Imitatur illud horatianū primo carminū. Omne cū ꝓtheus pecus egit altos viſere montes Piſcium & ſumma genus hęſit vlmo &c.) Sicut cū vrbes italę arſerunt.i. incenſę ſunt olim bellis ciuilibus: cū arma cęſaris ſcꝫ iulii: ſuperbi.i. non patientis ſuperiorē: iuaſere lares patrios.i. romanos vbi dominiū vſurpauit: & gentem latinam: quia poſt eius mortem inundatio erat grauiſſima thybris: vt recitat Horatius dicto loco: ſed in laudem Cæſaris. Ego canam.i. carmine dicam: mira.i. res mirandas: & non factura fidem.i. non credibilia fortaſſe olim.i. tempore futuro: noſtris nepotibus.i. minorib⁹ & poſteris noſtris. Tanta nubes.i. collectio per modū nubis inſidentiū & denigrantium locuſtarum: eſt ſup. ſparſa per agros benaci.i. vicinos benaco lacui italię: vt ꝯſumpſerit paſſim.i. per ſingulos fere paſſus: pinguia paſcua & ſegetes exortas: & oēm decorem nemorum.i. frondes ac comas arborū & hoc breui tractu temporis. Nec ſolertia hominū poterat arcere.i. repellere & prohibere feras fatales.i. mortiferas aut fataliter ortas: telis.i. armis inuaſiuis ſumptis.ſ. contra eas: Tympana.i. inſtrumenta illa ſonora: caua.i. concaua implebant crepitu (hoc melius q̄ ſtrepitu: quia ſtrepitus pede fit).i. ſonoritate fracta ex colliſione: campos latos: ergo inteſe crepitabant: & eſt fœcūda breuitas vbi ex menſura vnius oſtenditur quantitas alterius: ſicut cū apud Virgilium in. vii. dicitur de equis. Stabant tercentū nitidi in prȩſepibus altis: ex altitudine prȩſepium oſtenditur magnitudo equorū: & hic per latitudinem camporū oſtenditur magnitudo crepitus p eos diffuſi. nec.i. & non: & lues dira ſcꝫ locuſtarum non territa tanto ſonitu hærebat morſibus ſeu mordicus imis radicibus herbarū. Poſtq̄ rumor iit.i. diuulgatus eſt p vicina oppida: viri capere.i. capiebant (More enī hiſtoricorū dum res narratur. venuſte verbū infinitiui modi pro imꝑfecto præterito indicatiui ponitur: quaſi per ſubauditionē huius verbi cœpi. vt. ii. ęnei. Hinc ſemper vlyxes criminibus terrere nouis & quęrere ꝯſcius arma: ſup. cœpit: aut quęrere.i. quęrebat: & terrere.i. terrebat) turbę concurrere.i. concurrebant: aut concurre cœperunt ad cōe malū tāq̄ nou⁹ cymber.i. populus ex teutonia inferiore profectus: qui bis italos fudit: ſed tertio a mario fuſus eſt. premat regna itala.i. italica. Tandē tanta illuuies.i. vermiū noxiorū peſtis: eſt vix.i. difficulter conſumpta multo labore & vix cōſumpta longis diebus. Igitur dura fames popu-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ta id eſt quę ſpoliauerat colonos triſtes: ſequit id eſt graſſata ē: & inualuit & corpora ſcilicet agricolarum langueſcunt venis exhauſtis id eſt deſiccatis. vulgus inops id eſt egenuꝫ affectum macie & ſqualens id eſt ſordidum poſcit fruſtra quia nihil dabatur: opem id eſt auxilium hoc eſt elemoſynam per vrbes: & membra vitalia id eſt alioquin viuacia: victa ſcꝫ longa inedia: cadunt ſenſim id eſt perceptibiliter: & ieiunia id eſt inedię & fames premunt fauces ſiccas id eſt ſitibundas: nec patres adſunt id eſt auxilio ſunt: natis id eſt liberis: nec liberi adſunt patribus id eſt parentibus: tanta inclementia regnat per genus humanū. Segetes libycæ id eſt ex libya aduehi ſolitę: & horrea id eſt granaria: appula id eſt appulię nō ſuccurrunt pinguibus campis id eſt per fertilitatē camporū circa quos ſita ſunt: & gargara quę ſunt in myſia loca fertiliſſima quę Virgilius fertilitatis exemplar cenſuit: & cacumina id ę mōtis phrygiæ: vnde ſubdit non ſuccurrunt ſulcis phrygiis id eſt pinguibus in phrygia fieri ſolitis.

Sed minus hinc dāni: minor hęc erūna: dolorq̨
Mitior: infœlixq̨ minus fortuna ſequetur.
Hic paucę ſat erunt lachrymę: crudelior alter
Communem ingenti pariturus ſtrage ruinam
Hoſtis adeſt: noſtręq̨ rati grauis ingruit imber.
Qua Rhodani uoluuntur aquę: qua frigida rheni
Teutonicas fert unda rates. qua perluit agros
Inſubres Venetoſq̨ Padus. qua diues ab alto
Vertice ſubiectos ſpeculatur Brixia campos
Occultum pluit ex alta deus arce uenenum:
Et qua tireſię pulcherrima filia nymphas
Colligit humenti gremio lateq̨ recedens
Littus harundinibus cingit uiridiq̨ papyro:
Quaque patens longe fluctu ſonat adria uaſto
Vltrices mors atra manus exercet & altis

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Tabe madens ſparſam cędem componit aceruis.
Qua fluit hetruſco ſurgens uetus albula fonte
Romanaſq; inuiſit opes & regna quirini.
Qua gelidis ſonat arnus aquis. qua magna potenſq;
Imperat Aemilio uicina Bononia Rheno.
Imbelles acreſq; uiros ſenium atq; iuuentam
Pallida mortifero peſtis graſſata ueneno
Sternit humi: fondamq; rotans e turribus altis
Ardentes papulas iaculatur & ulcera diris
Glandibus: & penetrat flammantibus inguina telis.

¶ Sed minus hinc dãni. Poſt bellũ & famẽ recitat tertiã ſuę tẽpeſtatis cladem videlicet duriſſimã peſtem atq; epidimiã per omnẽ fere italiã ſequientem vnde dicit: ſed minus dãni eſt ſup. aut ſequitur: hinc. i. ex hac inedia dicta & ſterilitate ac fame: hęc erũna. i. calamitas & euerſio populi ẽ minor ſup. q̃ ſequẽs. & dolor eſt mitior: & fortuna min⁹ infœlix ſequet̃ Paucę lachrymæ erũt ſat. i. ſufficient: hic. i. in hac calamitate dicta: alter hoſtis. i. altera aduerſitas: pariturus. i. productura ingenti ſtrage. i. p ingentez ſtragẽ: cõmunẽ ruinã. i. caſum: adeſt. i. pręſto eſt: & grauis imber . i. moleſta aduerſitas: ingruit. i. vehementer incidit: noſtræ rati. i. fragilivitę noſtrę in mari huius mũdi fluctuantis. Ab ea ſup. parte qua aquę Rhodani voluũtur. i. incipiũt dilabi. ſ. a montibus gebennę: & qua vnda Rheni frigida fert rates teutonicas. i. incipit ſuſtentare naues: & qua Padus fluuius italię (Sunt enĩ quattuor pręcipui fluuii in alpibus orũ non ſane diſtantẽ habentes: Padus qui ab inferis ad ſuperos prolabitur qui ſolus in italia eſt & ad mare ſuperũ quod adrianũ dicitur voluitur: Rhenus inter galliã & alemãniam ad oceanũ britãnicũ defluens: Danubius ad pãnonios & iſtros vnde nomen ſumit poſtea vergens: & Rhodanus ꝑ Lugdunẽ. galliã in mare liguſticũ tendẽs) pluit agros ĩſubres . i. lõgobardicos & venetos & qua brixia ciuitas illa italię ĩferioris ſpeculat̃ ab alto vertice cãpos ſubiectos pluit. i. ĩfluit de⁹ ex alta arce. i. ex aere corrupto aut cœlitus venenum occultũ. i. infectionez cuius latet cauſa: & ſup. etiam ab ea parte qua pulcherrima filia thyrreſię. i. illius vatis ſcz

(c) 2006 Ministerio de Cultura

manto filia thyrreſię mulier fatidica: cuius filius ocnus mantuaȝ condi
dit & a matris nomine nūcupauit. hoc eſt qua mantua colligit gremio
.i. receptaculo: humēti .i. aquoſo: nymphas .i. aquas montiū per padū
deuolutas: & qua ipſa recedens .i. extendēs ſeſe late: cingit littus ſcilicet
padi & mincii hoc ē ripas illas: harūdinib⁹ & papyro .i. iūco maiore: vi
ridi .i. vireſcente propter humorem. & qua adria .i. mare adrianum pa-
tēs longe ſonat vaſto fluctu id eſt per totum tractū inſubrium: mantua
norum: cremoneñ. ferrariorū: & venetorum: exercet mors atra manus
vltrices .i. vindicatrices ſcelerum: & ipſa madens tabe componit .i. accu
mulat altis aceruis .i. cumulis: cędem .i. ſtragem mortuoruȝ: ſparſam .i.
diſperſam & in diuerſis locis factam. Et ab ea parte: qua vetus albula .i.
thybris q prius albula dicebať: ſed a rege in eo ſubmerſo thybris poſtea
appellat⁹ eſt: fluit ſurgens fonte ethruſco: & inuiſit opes romanas & re-
gna quirini .i. romuli quia labiť p romā ex ethruria .i. per totā ethruriaȝ
& tractū romanū: & qua arnus fluui⁹ ille ex aretio iuxta piſas triphariā
diuiſus fluens ſonat aquis gelidis .i. frigidis: & qua Bononia magna &
potens vt q̄ vniuerſitatū mater diciť & opulenta eſt: exiſtens vicina rhe
no ęmilio .i. ab eo nuncupato impat .i. imperiū exercet: Eſt enim iuxta
Bononiā riuus modicus cui rheno nomen eſt: cuius meminit ſylli⁹ lib.
viii. dicēs: Paruiqȝ bononia rheni. mors pallida .i. pallidos faciēs: & pe-
ſtis graſſata .i. violentiā exercens veneno mortifero ſternit humi. viros
imbelles & acres .i. ſtrenuos & puſillanimes: & ſeniū .i. ſenes: atqȝ iuuen
tam .i. iuuenes & ipſa rotans .i. gyrans & circūuoluens priuſq̄ iaculetur
fundam iaculatur ex altis turribus papulas ardentes .i. carbones: & vlce
radiris .i. mortiferis & execrabilibus glandib⁹ .i. tumorib⁹: & penetrat
.i. pertranſit: telis flāmantibus .i. ardētibus iaculis: inguina .i. femora &
vicina femoribus membra vt coxas & pudenda.

Huic tumidum guttur uirus leuat: ille ſub alis
Fata gerit: qua longa humerus ſe in brachia curuat
Alterius patulas aures arſura parotis
Suſcitat occultum longis ſub crinibus ignem:
Attonitumqȝ caput feriens uitalia membra
Occupat: atqȝ uias mors una perambulat omnes
Extollitqȝ caput: qua curſum fatifer humor

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Siſtit:& horriferum ſenſim dureſcit in orbem.
Id crudele genus necis:hoc immane feroxq;
Supplicium:hæc ſtygio rabies egreſſa profundo
Perq; domos humiles perq; alta palatia regum
Sęuit & occultis miſeros ferit ictibus artus.
Vt quando incauti uitio paſtoris ouile
Incuſtoditum nox intempeſta recepit
Si lupus heſternę patiens ieiunia lucis
Sollicituſq; fame fuerit per limen apertum
Ad ſolas ingreſſus oues:non mitigat unum
Ingluuiem funus:ſed multa cęde madeſcit
In totum ſæuitq; gregem:ſic acre uenenum
Inſontes ſonteſq; modo proſternit eodem.
Iamq; cadaueribus deſunt loca iuncta ſacratis
Aedibus:effoſſa paſſim tellure prophanis
Conduntur tumulis:inhonoratiſq; feruntur
Funeribus:dictu horrendum:uiſuq; tremendum:
Pręda feris inhumata iacent:& tabe fluenti
Circũſtans tetro locus inceſtatur odore.
Qua triplici concluſa pado Ferraria longis
Cladibus atteritur dominorum corpora paſſim
Paſcuntur per rura canes:aquilęq; rapaces
Effodiunt duris hominum caua lumina roſtris:

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Inteſtina ferunt uolucres:& in arbore ſumma
Exta patrum ſuſpenſa diu uidere nepotes.
Membra pater uix ęgra trahens dum frigida condit
Corpora natorum clauſo nondum ore ſepulchri
Labitur ipſe ſuper ſua pignora:Crebra ſuorum
Sola domo uacua mater dum funera plorat
Cum lachrymis animam tenues exhalat in auras.
Multi ante occaſum uitę uicina ſcientes
Fata ſibi:condiq; ſuas tellure uolentes
Relliquias fodere ſolum glebiſq; ſubactis
Sacrato uiui ſe compoſuere ſepulchro.

¶Huic tumidũ.g.v.l.Proſequitur cætera peſtis mala.Ordo ẽ: virus.i.
venenũ ſeu contagio peſtifera:leuat.i.inflat:huic.i.vni mortalium gut
tur tumiduz.i.inflatum:ille gerit fata.i.vlcus mortale:ſub alis.i.axillis
qua ſup.p te humerus curuat ſe in longa brachia:& parotis.i.apoſtema Parotis
ſecus aures(ſic enim a medicis etiã latinis dicitur.græceq; ſcribitur ϖα-
ρωτισ )arſura patulas id eſt ſemper apertas & patentes aures alterius:
ſuſcitat ſub longis crinibus occultuz ignem ſcilicet epidimiæ:& feriens
caput attonitum id eſt faciens feriendo ipſuz attonitum occupat mem
bra vitalia id eſt deſcendit ad cor vbi eſt fons vitæ:atq; vna mors ſcilicet
violenta:perambulat omnes vias.i.diffundit ſe per omnia membra: &
extollit id eſt erigit caput: ĩ ea ſup.parte: qua humor fatifer id eſt letalis
ſiſtit id eſt ſtare facit curſum ſup.ſuũ:& dureſcit: id eſt induratur:ſenſim
id eſt perceptibiliter ad ſenſum:in orbem.i.glomũ: horriferũ.i.horro-
rem afferentem: id crudele genus necis:hoc immane & ferox ſuppliciũ
& hęc rabies egreſſa profundo ſtygio id eſt ex profunditate infernali ſæ
uit id eſt graſſatur per domos humiles id eſt pauperum caſas: & per al-
ta palatia regum id eſt diuitũ & præpotentum & ferit id eſt percutit oc-
cultis id eſt latentibus intrinſecus ictibus: miſeros artus ſcilicet morien
tium.vt id eſt quemadmodum quando nox intempeſta id eſt qua nul-
lius faciendi tempus eſt: recepit ouile incuſtoditum.i. apertum & non

DE TARRAGONA

(c) 2006 Ministerio de Cultura

munitū canibus aut ſepibus ab incurſu luporū: vitio.i.negligentia: pa
ſtoris incauti.i.non prę cauētis: ſi lupus patiens ieiunia lucis.i.diei: he
Heſternū ſternę.i.pridianæ (Paſſim enī heſternum pro pridiano vſurpatur: vt in
Pridianum eunucho: vt iure heſterno atrū panem vorent: Multū tamen differunt
Heri heri & pridie. Naꝫ heri ſolum dicitur de eo qui hodiernū pręceſſit: quē
Pridie ſcilicet dum id dicimus agimus: & ita dūtaxat de præterito: pridie autē
dicitur de priore die reſpectu cuiuſcūq; ſiue p̄teriti ſiue pręſentis ſiue fu-
turi: ſed quia reſpectiue ponitur efflagitat terminū: vt pridie nuptiarū
pridie eius diei &c.) & ſollicitus fame.i.propter famem vrgenteꝫ: fuerit
ingreſſus per limen apertum: ad oues ſolas.i.derelictas a paſtore: vnū
funus.i.mors vnius ouis: nō mitigat.i.placat & ſedat ingluuiem.i.vo-
racitatem eius: ſed madeſcit.i.cruētatur multa cęde.i.ſtrage: & ſæuit in
to[illegible]n gregem: ſic acre.i.vehemens: venenū.i.virus peſtiferū: proſter-
nit eodem modo.i.cōſimili interitu quātū ad mortē temporalē: inſon-
tes.i.innocentes & inculpabiles: & ſontes.i.culpabiles in quorū vindi-
ctam ea peſtis immiſſa putari pōt. Loca iūcta ſacratis ędibus.i.templis
hoc eſt cœmiteria: deſunt iam cadaueribus.i.nō ſufficiunt ad inhumā-
da corpora defunctorū: & ita cōduntur.i.ſepeliūtur tumulis ꝓphanis
.i.longe a tēplis: hoc eſt nō ſacratis: & hoc tellure effoſſa: & ferūtur.ſ.ad
ſepulcra: funeribus.i.ductu cū funalib⁹ aut funib⁹ ceratis: inhonoratis
.i.nulla pōpa: nulloq; ornatu decoratis: hoc eſt ſepeliūtur ſine pōpa fu
nebri: quā itali alias adhibere ſolent: & ipſa cadauera īhumata iacēt prę
da.i.vt p̄dentur & auferātur feris.i.a feris: quod ſup. eſt horrendū dictu
.i.vt dicatur vel dū dicit̄: & tremendū viſu.i.vt videat̄ vel ad vidēdū: &
locus circūſtans.i.aer vicinus: inceſtat̄.i.inficit̄ & corrūpitur: tabe.i.ſan
guine & pingui corrupto: fluenti.i.liquente & diſtillante ab inſepultis
& tetro.i.fœdo & terribili odore: Canes & aquilę rapaces: paſcunt̄.i.cō
edunt paſſim corpora.ſ.ſepultoruꝫ: in ea ſup. parte qua ferraria ciuitas
illa inter bononiā & venetias pulcherrima: concluſa pado triplici.i.in
tria brachia (vt dicunt) diuiſo: atterit̄ longis cladib⁹ dn̄orū.i.inhabitā-
tiū ciuiū: & aquilę rapaces: effodiūt duris roſtris caua lumina.i.oculos
quos cauāt: hoīm.ſ.inſepultorū (Id aūt coruis ꝓpriū eſt vt primū ocu
los eruāt) volucres.ſ.minores: ferūt.i.aſportāt inteſtina: derelicta.ſ.ab
aquilis (quib⁹ hoc peculiare dat̄ ꝙ p̄dam captā aliis auibus imptiūtur:
verū ſi nihil ſupereſt adhuc fameſcētib⁹: in proximā irruūt) & nepotes
.i.iuniores viderunt exta.i.extātia hoc eſt maiora inteſtina: patrū.i.ꝓ-
genitorū ſeu auorū ſuorū: ſuſpēſa diu in arbore ſumma: pater.i.vir flo-
rentis ętatis: vix trahens ęgra membra ſup. ſua: dum cōdit.i.ſepelit cor
pora natorū frigida.i.exanguia & mortua: ipſe labitur ſuper ſua pigno

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ra.i.ſuos natos: ore.i.oreficio ſeu oſtio ſepulcri nondū clauſo.i.priuſq̄ ſepulchrum ipſorū claudere poſſit. Et dum mater ſola.i.vidua & deſerta in domo vacua: plorat crebra.i.frequentia funera ſuorū ſcʒ natorum viri & neceſſarioruʒ ac familiariū: exhalat.i.efflat: animam.i.ſpiritum vitalem in auras tenues: cum lachrymis.i.inter ſingultus & lachrymas: Multi ſcientes fata vicina ſibi.i.mortem imminere ſibi: & volentes ſuas reliquias condi.i.ſepeliri tellure.i.in terra & non derelinqui auibus aut feris: fodere.i.foderunt ante occaſum vitæ.i.priuſq̄ morerentur aut occiderent: ſolum.i.terram aut humum: & glebis.i.ceſpitibus pinguibus ſubactis.i.ſurſum actis hoc eſt apertis: ipſi viui compoſuere ſe ſepulcro ſacrato.i.in terra ſacrata. Graphice admoduʒ belli mala proſequitur & miſerandam calamitatē: imitatus non nihil Virgiliū Geor.iii. Pecudū peſtes exactiſſime deſcribentem: ſeſeq̄ʒ nullius artis imperitū docet: nā phiſicam ſeu medicinam hic totam callere videtur.

Rura ſilent: uacuæq̄ʒ ſuis cultoribus urbes:
Iura fori clamoſa tacent: per compita ſurgit
Gramen: & extinctis non lucent ignibus aræ:
Nec ſolitos cantus nec odores templa ſabæos
Accipiunt. ſqualentq̄ʒ domus: muta omnia mœrent:
Qui ſuperant cladi: ſuperum quibus ira pepercit:
Coguntur miſeri ſua dulcia limina ciues
Linquere: & in mediis tentoria figere Campis.
Sicut per libycos ſolet armentarius agros
Ferre larem: ſecumq̄ʒ ſuos uectare penates.
Vidi ego per tacitos ſaltus: & inhoſpita luſtra
Mole ſub exeſa ſilicis curuoq̄ʒ ſub antro
Monticolas habitare uiros: & gramine paſci.
O ſuperi loca qui tuti ſecura tenetis
Si ſcelere offenſi noſtro tam dira mouetis

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Prȩlia ſat ueteres tam multo funere culpas
Sat longo luimuſqꝫ metu: iam parcite: ſaltem
Relliquias generis ſemenqꝫ relinquite noſtri.
Non animi tantum gentis cecidere latinę
Cum romana ferox circum capitolia gallus
Barbaricis trepidam pulſans clamoribus arcem
Diceret euerſę fruſtra ſuccurritis urbi
Romulidæ: regni & uitæ poſtrema dies hæc.
Vel poſt cannenſis lachrymas & funera pugnę:
Quando quirinales aquilas faſceſqꝫ ſuperbos
Ad tyrias iam ſe laturum crederet arces
Annibal inſultans uicto iuueniliter hoſti.
Et mox ex alto bellorum culmine pulſus
Languit aduerſis fatis & Marte ſiniſtro.
Non tanto tremuere metu præcordia graium
Xerxis in aduentu: monuit cum delphica rupes
Non muro non arce dari ſed naue: ſalutem.
Non ita moſeæ quondam miracula uirgæ.
Horruit attonito memphis turrita colono.
Ipſe quoqꝫ in ſiluis & uallibus apenini
Exilem ducens tecto ſub paupere uitam
Delitui qua templa petit romana uiator.
Et qua flamineos fugiens Claterna per agros

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Ducit ab anguſtis undoſum uallibus amnem
Arce ſub Ociami noſtris ubi dicta camęnis
Tecta Refrigerius ſublimi in colle tenebat.
Non fuit auſa magis nec clade nocentior iſta
Romuleam peſtis longo quę funere plębem
Diripuit: quando ueniens Epidaurius anguis
Ionios citra fluctus in regna quirini
Abſtulit aerium uirus: qui poſtea templa
Iuncta ioui tenuit: bifidum qua diuidit amnem
Inſula ianiculum dirimens a collibus urbis.

❡Rura ſilent. Proſequitur alia belli ĩcommoda. Ordo eſt. Rura ſilēt qa ſcilicet deſunt ruſtici: & vrbes vacuę ſuis cultoribus ſup. ſilent: iura fori ſcilicet iudicialis: clamoſa. i. quæ cum clamore dici ſolent: tacent: gramē. i. illa herba (gramē enī ſpecialiter dicit̃ ea herba q́ ex ſanguine humano: aut ſpōte ĩ pauimētis naſcit̃) ſurgit ꝑ cōpita. i. loca publica q́ plures petere ac cōuenire ſolebāt: & arę. i. altaria nō lucēt: ignibꝰ. ſ. cereorū aut lampadū extinctis: quia deſunt ſacerdotes ac populi. nec templa accipiunt cātus ſolitos: nec odores ſabęos. i. thura q́ in ſaba naſcuntur (vn̄ eſt illud in georg. Solis eſt thurea virga ſabeis) & domus. ſ. priuatę: ſqualēt. i. ſitum & lanuginem contrahūt: omnia muta mœrēt. i. triſtitiā & mœrorē prę ſe ferunt atq; ex vaſtitate inducunt: miſeri ciues cogūtur linq́re ſua dulcia limīa. i. notas domos: & figere tētoria. i. caſas ĩ morē tētorioꝝ caſtrametātiū: in mediis campis: ſicut armētariꝰ. i. cuſtos armenti ſolet ferre larem. i. ſepta ſua ac caſam: per agros libycos: & vectare ſecum ſuos penates. i. opes domeſticas: Ego vidi (quod pathos habet quia acrius afficiunt viſa q̄ audita) viros monticolas. i. colentes montes habitare ꝑ ſaltus ſcilicet ferarum: tacitos. i. vbi tacetur: vnde a ſilendo ſiluę dicunt̃: & per luſtra. i. domicilia ferarum: inhoſpita. i. vbi nulli patent hoſpitia ſub mole. i. magno globo: ſilicis. i. ſaxi duriſſimi: exeſa. ſ. vetuſtate tēporiſq; edacitate: & ſub antro curuo: & vidi eos paſci. i. veſci gramine. O ſuperi qui tuti tenetis loca ſecura (Videtur quibuſdam eſſe hypallage in epithetis: nam ſecuri dicuntur ſuperi: eo ꝙ curam nullam habent: & lo



(c) 2006 Ministerio de Cultura

ca tuta quia tuẽtur:ſed &homines protecti tuti ſunt:& ſecurũ faciens di
citur interdũ ſecurum:vnde hora.primo ſermonũ.Nãq; deos didici ſe
curũ agere ęuum).i.qui ab omni periculo &mortalitate recepti:tenetis
loca q̃ vos ſecuros reddũt:ſi vos mouetis.i.excitatis tam dira prĕlia:of
fenſi.i.quia offenſi & lęſi eſtis noſtro ſcelere:nos luimus.i.perſoluimus
ſat.i.ſatis culpas vetęres tam multo funere.i.tot mortib⁹:& ſatis longo
metu:parcite iã:& relinquite ſaltem relliquias & ſemen generis noſtri.i.
italici.Animi gentis latinæ.i.italicæ:non cecidere tantum.i.intantum
cum.i.quando gallus ferox pulſans clamoribus barbaricis circum ro
mana capitolia:& arcẽ ſcilicet tarpeiam:trepidam.i.concuſſam tremo
re:diceret:o romulidę vos ſuccurritis fruſtra vrbi euerſę.i.iãiam euertẽ
dę[illegible]ia captę:hec dies eſt poſtrema regni & vitę ſup.veſtrę.Nota eſt hi
ſtoria quomodo galli romam ceperant pręter capitolium:quam Liui⁹
lib.quinto decadis primę ad vnguem circa finem deſcribit.Verba autẽ
hec plurima ſumpta ſunt de euerſione troiæ.2.ænei.vbi dicitur.Venit
ſumma dies:& ineluctabile tempus Dardanię:fuimus troes fuit ilium:
& ingens Gloria teucrorum &c.& paulo poſt ponũtur intricatim hec
verba iuuenes fortiſſima fruſtra Pectora ſuccurritis vrbi Incenſę:quo⁊
verborum intricatio illic ſummum artificium habet:quia perturbati
animi viuam ſignificationem.ſicut hoc loco verſicul⁹ durior (non enĩ
quadrat monoſyllaba dictio fini niſi ſit animalis nomen:vt volunt)po
ſtrema dies hęc:barbariẽ nunciantis:aut grauitatem rei nũciatę indicat
Vel ſup.non tantum ceciderũt romanorũ animi:poſt lachrymas & fu
nera pugnę cannenſis.i.quæ ab hannibale facta ſunt apud cãnas vicum
apulię:vbi xl.milia romanorũ deſiderata ſũt.quãdo hãnibal q̨ dux car
thaginẽſib⁹ fuit:inſultãs iuueniliter.i.improbe & ĩmodice more iuue
nũ:hoſti victo.ſ.romano pp̄lo:crederet ſe laturũ.i.tranſuecturũ:aqui
las quirinales.i.romanas quæ videlicet quirino.i.romulo daturo vrbi
nomẽ viſę ſunt.xii.ob qđ eas romani ꝓ inſigni habẽt:& faſces ſupbos:
duodenis enĩ lictorib⁹ faſcẽ virgarũ ferẽtib⁹ romani prĩcipes more he
truſcorũ comitati ſunt:ad arces tyrias.i.vrbẽ carthagineñ.caput libyæ:
ac tyri.Et qui languit mox.i.paulo poſt:exiſtẽs pulſus ex alto culmine
bellorum:languit dico.i.aĩo intabuit fatis aduerſis & marte.i.deo belli
ſiniſtro.i.inimico:neſciuit enim vti victoria (vnde de eo ſic dicit Plini⁹
Hannibal de illuſtribus viris.Hannibal Amilcaris filius.xi.annos nat⁹ a patre aris
admotus:odium in romanos perenne iurauit.Exinde ſocius & miles
in caſtris patri fuit.Mortuo eo cauſam belli quęrens Saguntum roma
nis fœderatũ intra ſex menſes euertit.Tum alpibus patefactis in italiam
traiecit.Publium ſcipionem apud Ticinum:Semproniũ Longũ apud

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Trebiam. Flaminium apud traſimenū. Paulum & varronem apud Cā-
nas ſuperauit. Cūq; vrbē capere poſſet: in cāpaniā diuertit: cuiꝰ delitiis
elanguit. Et cum ad tertiū ab vrbe lapidem caſtra poſuiſſet: tempeſtati-
bus repulſus: primū a Fabio maximo fruſtratus: deīde a Valerio flacco
repulſus: a Graccho & Marcello fugatus: in aphricā reuocatꝰ: a ſcipio
ne ſuperatus: ad antiochum regem Syrię cōceſſit: eumq; hoſtem roma-
nis fecit: quo victo ad Pruſiam Bithinię regem conceſſit. Vnde romam
legatione repetitus: hauſto quod ſub annuli gemma habebat veneno
abſumptus eſt. Poſitꝰ apud libyſſam in archa lapidea in qua hodie quo
q; inſcriptum eſt. Hannibal hic ſitꝰ eſt. hec ille) Pręcordia graium: ideſt
gręcorum: non tremuere tanto metu in aduētu xerxis regis perſarum:
cum rupes delphica: ideſt antrum pythium delphici templi. vbi apol-
lo reſponſa dabat: id eſt ergo oraculum apollinis: monuit ſalute[illegible]on
dari. i. concedi: muro. i. per murum: non arce. i. per propugnacula: ſed
naue. i. fuga per naues facta. De xerxe autem dicit Iuſtinꝰ libro ſecundo Xerxes
ſic. Xerxes perſarum rex ſeptingenta milia de regno armauerat: & trecē- [E]xercitꝰ mil
ta milia de auxiliis: vt non immerito proditum ſit flumina ab exercitu [l]e miliū viro
eius ſiccata: gręciamq; omnem vix capere exercitum eius potuiſſe. Na- rum
ues quoq; decies centum millia numero habuiſſe dicitur. Huic tanto
agmini dux defuit. Cæterum ſi regem ſpectes diuitias non ducem lau-
des: quarum tanta copia in regno eiꝰ fuit vt cum flumina multitudine
conſumerentur: opes tamen regię ſupereſſent Ipſe autem primus in fu-
ga poſtremus in prelio ſemper viſus eſt. Initio huius belli ſciſcitantibus
delphis oracula reſponſum fuerat aut rege ſpartanorum aut vrbe caren
dum: Et iccirco cum rex Leonides in bellum proficiſceretur: ita ſuos fir Leonides
mauerat vt regem ſe parato animo ad moriendum ſcirent. Anguſtias p̄-
terea occupauerat vt cum paucis aut maiori gloria vinceret aut minore
damno reip. caderet. Et paulo poſt. Xerxes theſpias. plateas & athenas
vacuas hominibus incēdit: & quoniam ferro non poterat in homines:
in ædificia igne graſſat̃. Nāq; atheniēſes poſt pugnā marathoniā p̄mo-
nēte themiſtocle victoriā illā de pſis nō finē ſed cauſam maioris belli fo
re: ducētas naues fabricauerūt. Aduētāte igit̃ xerxe cōſulētibus delphis
oraculū: reſpōſum fuerat ſalutē muris ligneis tuerent̃. Themiſtocles na Muri lignei
uiū p̄ſidiū demonſtratū ratus: pſuadet omnibus patriā municipes eſſe
non mœnia: ciuitatemq; non in ędificiis ſed in ciuibus poſitam Melius
itaq; ſalutē nauibus q̃ vrbi cōmiſſuros. huius ſentētię etiā deū auctorē
eſſe. probato cōſilio cōiuges liberoſq; cum precioſiſſims rebus abditis
inſulis relicta vrbe demandant. Ipſi naues armati conſcendunt. exem-
plū athenienſium & alię vrbes imitatæ. Hec & alia plura illic Iuſtinus.



(c) 2006 Ministerio de Cultura

qui quomodo xerxes victus eſt ibidē docet. Memphis.i.ęgypti potiſſi
ma pars turrita.i.piramides & regias arces habens: nō ita horruit quō
dam ſcꝫ tēpore moſis ſeu moyſi: miracula virgę moſeę.i. qua moſes tot
mira quæ in exodo ad vnguem deſcribūtur geſſit: & hoc colono.i.po
pulo ęgypti: attonito.i.ſtupefacto. Ipſe.i.ego (dicit poeta) dilitui quo
qꝫ.i.etiā in ſiluis & vallibus apēnini.ſ.montis italiā ſuperiorē ab inferio
re iuxta bononiam diuidentis: ducens exilē.i.tenuem & pauperē vitā:
ſub paupere tecto.i.tegurio illic ꝯſtructo. delitui inquā in ea parte qua
viator petit templa romana.i.iuxta viam militarem: & qua claterna.i.
lacus ille fugiens.i.dilabens per agros flaminios.i.iuxta viam flaminiā

Via emilia
Via flami-
nia

a C.flaminio ſtratam (vnde Strabo lib. v. Scaurus per piſas & Lunā vſqꝫ
ſabatios viam ſtrauit æmiliā: & hinc per darthonem. Alia vero eſt emi
lia quę per flaminiam excipit. Eodem enī in conſulatu marcus lepidus
& C.flaminius collegę fuerunt. Victores autē ligurū ſtrauere: hic quidē
flaminiam e roma per tuſciam & vmbriam vſqꝫ ariminū: alter reliquā:
Porro vſqꝫ bononiam: & ex ea in aquileiā prope alpium radices ducto
per gyrum circa paludes opere) ducit amnē vndoſum.i.vndis plenum
a vallibus anguſtis: ſub arce ociami illius loci. vbi refrigerius ad quē par
thenicē marianam ſcribit: tenebat in ſublimi colle: tecta dicta.i.addicta
noſtris camœnis id eſt muſis: aut dicta.i.laudata & decātata a noſtris ca
mœnis. Peſtis nō fuit magis auſa.i.audacior nec nocentior iſta clade q̄
diripuit longo funere.i.epidimia diu durante: plebem romuleam.i.ro
manam: quādo anguis epidaurius.i.ęſculapius in ſpecie ſerpētis appa
rens: veniens in regna quirini.i.romam delatus abſtulit circa fluctus io
nios.i.maris ionii: virus aeriū.i.infectionem aeris: qui ſcilicet anguis te
nuit poſtea templa iuncta ioui.i.iouis templo qua ſup.parte: iſula quę
eſt in medio tyberis: dirimens.i.ſeparās ianiculū.i.illam partem roma

Anguis epi-
daurius
Aeſculapi⁹

nam: a collibus vrbis ſcꝫ romæ: diuidit amnem ſcꝫ thybrim bifidum.i.
in duo brachia ſeu cornua diuiſum. De æſculapii aduētu ſic dicit Plini⁹
in de viris illuſtribus. Romam ob peſtilentiā reſponſo monēte ad ęſcu
lapium epidauro accerſendū deceꝫ legatos principe Quinto Volūnio
miſerunt. Qui cum eo veniſſent & ſimulacrū ingens mirarētur: anguis
e ſedibus eius elapſus: venerabilis non horribilis per mediaꝫ vrbem cū
admiratione omniū ad nauem romanorū perrexit: & ſe in Volūnii ta
bernaculo conſpirauit (.i.in ſpiras collegit) Legati deū vehentes antiū
prouectę ſunt vbi per molliciem maris anguis proximū ęſculapii pha
num petit: & poſt paucos dies ad nauem rediit: & cū aduerſo tyberi ſub
ueheretur in proximam inſulam deſiliuit: vbi templum ei conſtitutū:
& peſtilentia mira celeritate ſedata eſt.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

## Communes calamitatum cauſę.

SEu ſuperum ſic ira uelit: ſeu noxius ardor
Aetheris aerios infuſo lumine tractus
Inficiat: ſeu ſola ferant contagia morbum:
Seu dum longa fames hominum ieiuna coegit
Ora cibis ueſci indignis eſcaq; nocenti:
Impurus per membra fluens uitalia ſanguis
Putruit. & dirum ſubiens pręcordia uirus
Inferat occulto properatam uulnere mortem
Vnde malum ſurgat non eſt dignoſcere promptum.
Ipſe tamen reor has omnis concurrere cauſas:
Et coniuratas percuſſo fœdere diuum
Aſtrorum terręq; ſimul concurrere uires:
Sicq; hominum genus haud una obſidione teneri:
Et nobis elementa necem ſuperoſq; minari.
Nec mirum quando longe grauiora meremur
Supplicia: & longe aſperiori uerbere cedi.
Quippe ubi nec ſuperum pietas: ubi nulla tonantis
A ſcelere humanas prohibet reuerentia mentes.
Et uirtus nicio urgenti dare terga coacta eſt:
Ira patris diuum fremit indignata furenſq;
Euocat ex altis erebi fornacibus atram
Progeniem: horriferę genus implacabile mortis.



BIBLIOTECA P... DE TARR...

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Et terras permittit agi phlegethontis habenis:
Plutoniſq; premi imperio. de triſtibus orci
Sedibus egreſſa ęthereas noua monſtra ſub auras
Inuadunt hominum cœtus: & inertia flatu
Pectora letifero feriunt: it frigida tabes
Ad uiuum penetrans an imos: perq; intima corda.
Imbibitum uirus poſtq̄ concluſerit omnis
Ad uirtutem aditus homines impellit & urget
Quo ſtygię iuſſere canes: quo ditis auari
Spiritus inclinat: primi qua criminis auctor
Monſtrat iter latum: placidaq; tyrannide regnat.

SEu ſuperum ſic ira uelit. Docet communes calamitatũ cauſas primo cęlitus demiſſas in ſcelerũ vltionē: ob cuius rei occaſionem: deſcribit peccatorum capitaliũ in hunc mundum eruptionē. Deīde phiſicas ſeu naturales: Naturalē aũt ordinē peſtilētię tangit Virg. ęnei. 3. dicēs ſubito cũ tabida membris. Corrupto cæli tractu: miſerandaq; venit. Arboribuſq; ſatiſq; lues: & letifer annus &c. vbi Seruius. Hic eſt ordo inquit peſtilētię vt docet Lucretius. Primo aeris corruptio eſt & aquarũ & terrarũ mox aīaliũ &c. Ordo eſt. Seu ira ſuperũ .i. cęleſtium velit ſic .i. ſiue deo ita volente in ſcelerũ vltionem: ſeu ardor noxius .i. ardens infectio ętheris .i. ętheris ſupioris aut a cælo deſcendēs inficiat tractus aerios .i. regionē aeris: lumine infuſo .i. irradiatione peſtifera īmiſſa. ſeu ſola cōtagia .i. infectiones ex cōtactu & frequētia infectorũ: ferant .i. afferant aut inferant morbũ .ſ. peſtiferũ. Seu dũ fames longa .i. diuturna coegit ora hoīm ieiuua veſci cibis indignis & eſca nocēti .i. cibo corrupto: ſanguis impurus .i. infectus ex tali cibo generatus: fluens .i. manās: per mēbra vitalia .i. per venas ad pręcordia: putruit .i. corruptus eſt: & virus dirum .i. venenum crudele talis infectionis: ſubiens .i. occulte intrans: præcordia .i. loca vicina cordi: inferat mortē properatā .i. acceleratā: occulto .i. latente vulnere: Non eſt prōptũ dignoſcere .i. diſcernere & diiudicare vñ malũ ſurgat ( Qui verſus poſſit eſſe prim⁹

(c) 2006 Ministerio de Cultura

in ordine:vt ſit Non eſt promptum dignoſcere vnde malum ſurgat:ſeu ira ſuperum &c. ſed propter ſequentia priorem ordinem poſui)tamē.i. tametſi difficile ſit dignoſcere: ipſe.i.ego reor:omnis has cauſas concurrere(ſatis notum eſt omnis in accuſatiuo plurali etiam latine dici) & vires diuum.i.cęleſtium & aſtrorum & terrę ſimul concurrere.i.cōſentire in necem hominū:coniuratas.i.conſpirantes:fœdere percuſſo.i.cōſenſu firmiter ſtabilito(Fœderis aūt pcutiēdi morē Virg.lib.xii.ęnei.ſatis indicat:videlicet fœtū ſuillū pcuti precariq; vt qui fœdus non ſeruauerit ita feriat vt fœtus ille mactabat. Vn̄ pro firmo cōcordię aut amicicię nexu:fœdus percuti aut feriri ſeu ici dicimus)& reor ſic genus hominū teneri:haud vna.i.multa obſidione:& elemēta & ſuperos minari nobis necē.Nec mirū ſup.eſt.quando.i.quādoqdē ſeu quoniā nos meremur lōge grauiora ſupplicia & cędi.i.pcuti ſeu affligi verbere.i.flagell[illegible]æ aſperiori.Quippe.i.vtpote:vbi.i.in quibus nec vlla pietas.i.relligio:ſuperum.i.erga deum & ſanctos:& vbi nulla reuerētia ronantis.i.dei patris:prohibet.i.arcet mētes humanas a ſcelere(Sic primo georg. Quippe vbi fas verſum:atq; nephas &c) Et vbi virtus coacta eſt dare terga.i. cedere vitio vrgenti:ideſt ipſam opprimenti & expellenti:ira patris diuum:id eſt diuorum hoc eſt cęleſtium exiſteus indignata:fremit:id eſt ferociam & indignationem ſuam in nos exercet: & ipſe furens.i. excandeſcēs euocat ex altis.i.ꝓfundis fornacibus erebi.i.inferni:atrā ꝓgeniē .i.mortem quę ab inferis hoc eſt per demonis perſuaſum in gen⁹ humanum inducta eſt:& pro ideſt genus implacabile(quia nulli mors impia parcit)mortis horriferę.i.horrorem afferentis: & permittit.i.ſinit terras agi habenis phlegethōtis.i.ardoris infernalis:& premi imperio plutonis.i.dei infernalis qui omnium mortem deſiderat:noua monſtra.i. inaudita aut inſolita genera mortiū:egreſſa.i.orta aut procurata de triſtibus ſedibus orci.i.inferni miſeros dānatos vrgentis: ſub auras ætherias.i.ad regionem noſtram:inuadunt cœtus.i.conuentus hominum: & feriunt:id eſt percutiunt pectora inertia:ideſt non attendentia ad cauſam mortꝭ(quod ſcel⁹ eſt)flatu.i.afflatu:letifero:id eſt mortali ſeu mortem afferente. Tabes:id eſt lenta corruptio ſanguinis:frigida:id eſt frigus hoc eſt mortem inducens:it:id eſt diffunditur penetrans animos.i. ſpiritus vitales ad viuum.i.vſq; ad fontem vitę:& virus inbibitum per intima corda poſtq̄ cōcluſerit omnes aditus.i. acceſſus ad virtutē quia homines non intendunt ad pœnitentiam fere ꝙ obſtinati ſunt:impellit & vrget homines ſupple eo.i.ad infernum:quo canes ſtygiæ.i.diræ ſeu furię infernales iuſſere ſup.deſcendere:& quo ſpiritus:id eſt inſpiratio aut angelus ditis:id eſt plutonis infernorum principis: auari:id eſt

Fœdus

cc.iiii.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

inſatiabilis: quia oīm animas deſiderat inclinat: ſup. ea qua auctor. i. inductor primi criminis. ſ. lucifer in cœlis: & ſerpens diabolicus in terris monſtrat iter latū: quia lata eſt via quę ducit ad perditionem: & regnat tyrānide. i. occupatione alieni regni: placida. i. quieta ſine repugnatione aut reſiſtentia. eorū quibus inique dn̄atur cū tamen reſiſtere valeant.

Hic iuuat immanes erebi monſtrare figuras
Tartareumq̨ genus ſub apertum ducere cœli
Lumen & occulti reſerare latentia mundi
Monſtra: ueneno ſo pauit quæ lacte megęra:
Cerbereiq̨ canis ſpumis & ſanguine lernæ.
Me precor aſſuetum mites errare per umbras
Grynei nemoris ueſtriſq̨ ſonantia rura
Cantibus & greſſus modo per fera monſtra ferentem
Intactum ſeruate deæ: furiale per agmen
Eſte pio uati comites: moreſq̨ docete
Infandos ſtygiæ gentis cœlumq̨ peroſæ.
Iam mugire ſolum cœpit: iam nubibus aer
Pallet: & infernis ſurgunt afflatibus umbræ:
Nigreſcitq̨ polus: monſtris exterrita lampas
Fert retro phœbęa gradus: auditur ab antris
Clamor: & omnigenum rabies confuſa ferarum.

¶ Hic iuuat &c. Occaſionem nactus dicit ſe velle deſcribere monſtra infernalia. i. crimina capitalia ſeu mortalia: quod etiā īſequēter facit. Ordo eſt. Iuuat. i. delectat me: hic. i. hoc loco: aut monſtrare hic īmanes. i. tetras & terribiles figuras erebi. i. ab erebo. i. tenebris infernalibus ortas ſcʒ peccatorū: & ducere ſub apertum lumen cœli. i. regionis noſtræ: genus tartareū. i. generationē infernalem: & reſerare. i. aperire & reuelare monſtra mūdi occulti. i. abditi & incogniti ſeu īuiſibilis: hoc eſt hoīs in

(c) 2006 Ministerio de Cultura

terioris ſeu aĩorum: latẽtia.i.occulta & ĩuiſibilia.q̃ megera.i.furia illa in fernalis pauit lacte venenoſo: & ſpumis canis cerberei.i.infernalis tricipitis: hoc ẽ aconito quod ex cerberi ad aurã tracti ſpuma natũ dicitur: Eſt autẽ herba venenoſa: & ſanguine lernę.i.hydrę lernee: qui venoſiſſimus fuiſſe perhibetur: ita vt eo ſagittę infectę letifere eſſent. Ego ꝑcor o deę.i.muſę (hoc aũt loco quia rem poeticã tractat poetarũ more ſermonem ad muſas vertit: cũ alibi res ſanctas peragens ad ſanctos cõuerterit verũ non niſi rem ſanctã per muſas intelligit) precor ergo vos deę.i.inuentrices rerũ nouarũ: ſeruate me itactũ. me inquã aſſuetũ errare.i.verſari per mites vmbras nemoris grinei.i.apollinei (Eſt enim apollini ſacrum: vnde eſt illud bucolicũ. His tibi grinei nemoris dicaẽ origo. Vbi Seruius Grineũ nemus in ionia eſt phœbo ſacrum: in quo de peritia diuinandi calcas mopſuſq; certarunt) & ſolitũ errare per rura ſona[illegible] veſtris.i.muſicis cantibus: & ferentem modo greſſus.i.gradientẽ modo .i.in hac materia: fera monſtra ſcʒ infernorũ: & eſte comites pio vati: ꝑ agmen furiale.i.facite vt de peccatis locuturus non peccẽ (tanta enĩ eſt peccatorũ præcipue carnaliũ illecebra atq; venenum: vt dum acerrime & apertiſſime dãnantur atq; deteſtantur deteſtantẽ atq; audientes adoriantur: quocirca non omino approbandi ſunt ſatyrici qui tam aperte vitia tacenda dãnant: nec laudandi declamatores qui tacẽda vitia aperte nominant: aut confeſſarii qui nimis aperte inquirunt: & inueſtigãdo ignaros ſcelerũ in fraudem etiã neſcientes illiciũt: bene ergo ꝑcatur poeta diuinas muſas.i.caſta ſancti ſpiritus dona: vt dũ de obſcœnis loqueẽ caſtus permaneat: qua precatione ſcelerũ turpitudinem aperte docet: vt quorũ vix ſine contagione mentio fiat) & docete infandos.i.deteſtabiles mores gẽtis ſtygię.i.ĩfernalis: & peroſę.i.perfecto odio proſequẽtis cœlum.i.cœleſtes: Solum.i.terra vnde proficiſcẽtur: cœpit.i.incipit (Eſt enim quantũ ad ſignificationẽ pręſentis temporis. tractũq; eſt ab illo tertio ęnei. Sub pedibus mugire ſolum: totuſq; moueri mõs circũ &c.) iam mugire: aer pallet iam nubibus.i. integumentis ne cogaẽ eas furias aſpicere: & vmbrę ſurgũt afflatibꝰ infernalibus.i.furiarũ infernalium aduentantium: & polus.i.cœlum aut axis cœleſtis nigreſcit: & lãpas phœbea.i.ſol: hoc eſt globus ſolis lucens (Superſtitio enim veterũ credebat planetas eſſe lampades deorũ qui eis præſunt) exterrita monſtris ſcilicet aduentãtibus: hoc ẽ peccatorũ figuris quibus nihil eſt horribilius: ſicut virtute ſm deuʒ nihil ſpecioſius: fert gradus retro.i.retrocedit ab aſpectu furiarum fugiens: clamor auditur ab antris ſcʒ infernalibus: & rabies confuſa ferarum omnigenum.i.omnigenarum: hoc eſt omnis generis ſup.auditur.

Grineum nemus

(c) 2006 Ministerio de Cultura

## Mōſtrum primum: Superbia.

EVolat horriſono rapidi phlegethontis ab amne
Ingenti alarum ſtridente ſuperbia ductu:
Sic illam dixere ſuper quia cætera ſeſe
Tollit: & extento ſocias ſupereminet ore
Omnia conuoluens: cœca de ſede baratri
Crimina nigrantem poſt ſe trahit omnia pompam.
Huius ab ardenti uiroſus anhelitus ore
Fumat: & obſcuris oriens a faucibus humor
Defluit: hippomanes: aconyta: caniſꝗ uirentem
Tęnarii ſpumam ſuperans: omnemꝗ ueneni
Mortiferam rabiem: ſtygii fex ima profundi
Se ſuperum genus eſſe putat: ueterumꝗ deorum
Semen: & a magno ſe iactat apolline natam.
Ardua frons: unoꝗ oculo ſtellata rotondi
Circuitus: medioꝗ ſedens in luminis orbe
Diſcedit ſpaciis ęqualibus undiꝗ centrum
Hoc inſigne patris phœbiꝗ ardentis imago:
Difficili uultu graditur: geſtuꝗ maligno
Innocuos miteſꝗ animos irridet. & odit
Quem uidet ęternis illuſtrem laudibus altum
Per uirtutis iter ueri conſcendere honoris
Culmen: & ad ſuperos niti cœloꝗ propinquum.

[illegible] apollinis filiã ſe dicat docetur ibi hæc eſt quã veteres &c.

It grauis & raro inceſſu ueſtigia profert
Strimoniæ de more gruis: quæ ſemina campis
Iacta legens ꝗquæ tepido ſub ſidere libræ:
Si uicina ferat greſſum per rura uiator
Tela ferens arcumue manu caput ardua tollens
Clangit: & ingenti mouet internodia paſſu:
Paulatimqꝫ uiam ſuſpenſo gutture carpit.
leg ceu Cum bellator equus domini frenatus habenis
Oſtentans pectus latum ceruice ſub alta:
Cum glomerat bibulo lentos in puluere greſſus:
Nunc hac nunc illac oculos & colla retorquens
Spectari gaudet: libycoſqꝫ æquare leones
Viribus albanoſue canes dum ſe putat auras
Colligit: & latis imitatur naribus eurum:
Non ſecus hæc rabies uentoſo inflatior utre
Cum graditur uibrans alternis motibus armos
Ardua ſublatæ circũfert lumina frontis:
Vanaqꝫ proceri miratur corporis umbram:
Et tacitis ardens curis ſublimia ſemper
Mente agitat: tumidoqꝫ ſedet ſub corde uenenum.
Contemptrix inopum: uultus elata ſeueros:
Inflatoqꝫ rotans turgentia gutture uerba:
Ferre nequit iuga: maiorem indignata paremqꝫ

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Imperia uſurpat:regniqꝫ libidine feruet.
Immanſueta:ferox:miſeris aduerſa:minaxqꝫ
Mitibus:elatis contraria:neſcia pacis:
Neſcia amicicię:rixarum & litis origo:
Dura:ingrata:duplex animo:uiolenta:rebellis.
Improba:quid pietas quid ſit clementia neſcit.
Perfida fœdifragam dubio ſub pectore mentem
Verſat:ab excelſo fugientia culmine ſemper
Saxa mouet:laudum ſemper ueſana libido.
Sollicitum pectus curis flammantibus urget:
Nec uitę ratio nec opum nec honoris:in omne
Sponte ſcelus pręceps ruit implacabile monſtrum.

EVolat hor.r.p.ab āne.Deſcribit primo loco ſuperbiā atqꝫ eiꝰ improbos mores.Ea enī fuit prima labes:ꝗ cęleſtes ſpiritꝰ ad inferna detruſit:& humanum genus ſuadēte diabolo in tranſgreſſionem illexit:cum & primus angelus & primus homo altiſſimo ſimilis eſſe effectaret:multa ſunt hic diſerte ſane dicta quorum nonnulla ſub ordine tangam qui talis eſt.Superbia euolat ab horriſono.i.horribiliter ſonante amne.i.lacu:phlegethontis:id eſt ardoris infernalis:rapidi:id eſt rapide fluentis.hoc eſt cito in peſtiferum faſtum rapientis:euolat dico ſuꝑbia ingenti ductu alarū ſtridēte.i.ſtridorē inducente ex ꝑnici volatu.Oſtēdit aūt cauſā noīs dicēs:Sup.veteres dixere.i.vocauerūt illā.ſ.peſtē aut furiā infernalē:ſic.i.noīe ſuꝑbię:ꝗa tollit.i.effert & extollit aut erigit ſeſe ſuꝑ cętera.i.cęteras res:& ſuꝑeminet ſocias.i.eminet ſupra ſocias ore extento.i.elato:& ceruice erecta:cōuoluēs.i.peſſundās oīa:ipſa trahit poſt ſe:de cæca.i.caliginoſa ſede baratri.i.voraginis infernalis:omnia crimina (appoſitorie) pompam nigrantem.i.atram & tenebroſam:anhelitus.i.aīa ſeu flatus aut ſpiritus:viroſus.i.venenoſus fumat.i.exhalatur cū fumo:ab ardēti ore huiꝰ.ſ.mōſtri videlicꝫ ſuꝑbię Suꝑbia enī naſcit̄ ex honorū & p̄latiōis cupiditate:cupiditas aūt ardor

(c) 2006 Ministerio de Cultura

quidã eſt: ardor autẽ noxius fumũ venenatum exhalat: & humor.i. vapor quidã: oriens a faucib⁹ obſcuris: defluit.i. diſtillat & deorſum labit̃ ſuperans.i. excedens in fœtore & venenoſitate: hippomanes.i. venenũ quod manat ab inguine equę furentis amore (Legendũ eſt autẽ hippomanes vt indicat verſus: & genus. Nam neutro genere etiã Virgi. protulit in georgicis dicẽs Hippomanes quod ſępe malę legere nouercę Miſcueruntq; herbas & nõ innoxia verba. Hippos autẽ equus eſt & equa) & ſuperans aconita.i. herbã illã venenoſam inter cotes vt dicunt nataꝫ: ex ſpumis cerberi canis ĩfernalis per herculẽ ab inferis ad ſuperos iuxta tęnarũ promõtoriũ Laconię: extracti: vnde hic expoſitorie dicit: q̄ ꝓ Tęnarus .i. ſpumã virentem.i. in herbã verſam canis tęnarii.ſ. cerberi ad tęnaruꝫ apparentis. (gręce ταιναρος dicitur. nõ ergo latinã ethimologiã accipit: verũ vt pleraq; alia loca ĩ ſingulari maſculinũ & in plurali neu[illegible] eſt: nec proferetur trenarus) & ſuperans omnẽ rabiem mortiferam veneni. (Ea enĩ venena corpus inficiunt: hoc mentẽ) Ima fex.i. infima putredo & ſordes profundi ſtygii.i. profunditatis ĩfernalis ſcꝫ ſuperbia ad infimũ lacũ aut (vt ſcriptura dicit) in profundũ laci: detruſa: putat ſe eſſe genus ſuperum.i. cœleſte quia om̃ibus ꝑferri vult: aut quia in cœlis nata eſt: & ſemen.i. progeniem veterum deorum: & iactat ſe natam a magno apolline.i. a lucifero: qui haud dubie: apolline.i. ſole maior fuit & ſplendidior: frons ardua: eſt ſup. illi: ſtellata.i. illuminata vno oculo rotundi circuitus (more videlicet ciclopum: vnde de polyphemo dicitur æneí. tertio. telo lumen tenebramus acuto Ingens quod torua ſolũ ſub fronte latebat Argolici clipei: aut phœbeæ lampadis inſtar. Sed quęres quare Superbię vnicum oculum det? verũ multę ſunt cauſę: aut quia ſe vnã inſpicit omniaq; in ſuã laudem vertit: quaſi id vno oculo faciat: aut quia more gorgonũ vno oculo ornatur: aut verius quia magno apolline ſe ſatã prędicat: vnde vt eius filia probetur oculũ vnũ phœbeæ lampadis inſtar habet) centrum.i. mediũ oculi ſeu pupilla ſedens.i. ſitũ aut ſita ĩ medio orbe.i. ciclo luminis.i. oculi diſcedit vndiq;.i. ab vtraq; parte: ęqualibus ſpaciis. hoc ſup. eſt inſigne & imago phœbi.i. luciferi: patris ſup. eius ardentis: olim in cœlo: nunc in inferno. ſed in cœlo lucentis in inferno cremati (verum ſiquis velit eam dici filiam apollinis id eſt ſolis & non luciferi more gentiliũ non erret: quia Circe. paſiphae. phaeton: & reliqui qui ſolis liberi fabulantur ſuperbia & ãbitione notati ſũt: vnde & ſuperbia ſe ſolis filiã iactat) Ipſa graditur vultu difficili id eſt ſuperbo & immiti & nulli cedenti: & geſtu maligno: & irridet animos innocuos & mites: & odit ſup. eum queꝫ videt illuſtrẽ id eſt ſpectatũ ęternis laudibus: conſcendere per altum iter virtutis: culmen honoris veri

DE TARRAGO

(c) 2006 Ministerio de Cultura

id eſt nõ vſurpatitii nec inaniter attributi: & queꝫ videt propinquũ cœ-
lo id eſt cœleſtibus: niti. i. tendi ad ſuperos. i. conſortium cœleſtium ad
quod per modeſtiã & cęteras virtutes conſcenditur. ſicut contra per ſu-
perbiaꝫ maligni ſpiritus ceciderunt: Ipſa ſuperbia it. i. incedit: grauis. i.
pompoſa: & profert veſtigia. i. greſſus ſuos: raro inceſſu. i. lento gradu:
more gruis aut ciconię & pauonũ quibꝰ videtur ſuperbus inceſſus: vñ
addit. de more. i. ad morẽ gruis ſtrimonię. i. thracię. Nã a ſtrimone lacu
thraciæ quẽ grues frequentant Virgilius in geor. eas ſtrimonias vocat)
quę. ſ. grus legens. i. colligens paſcendo ſemina iacta campis. i. in aruis:
ſub ſidere tepido. libræ. i. illius ſigni quod ſol ad mediũ ſeptẽbris ingre-
ditur: quo tẽpore ſatio fieri ſolet: ęquę. i. ęquinoctialis. vnde Virg. libra
die noctiſq; pares vbi fecerit horas &c. ſi viator ferat greſſuꝫ per rura vi-
[illegible] ferens manu tela vel arcũ: ipſa ardua tollens caput: clangit. i. clãgo-
rem facit: & mouet internodia. ſ. crurũ ingenti paſſu: & carpit paulatim
viam: gutture ſuſpenſo. i. ſurſum ducto. Eſt ergo ſupbia in inceſſu ſimi-
lis grui fugatę: aut tentanti fugã: Et equo in phaleris ceſpitãti vñ ſubdit
Cum equꝰ bellator. i. belliger frenatus habenis dñi: oſtentãs ſub alta. i.
erecta ceruice: pectus latum. i. toroſum: cũ. i. quãdo glomerat. i. in gyrũ
facit lentos greſſus in puluere bibulo. i. arenoſo: & ita ſicco & multũ bi-
benti: retorquens oculos & colla nũc hac nunc illac: gaudet ſpectari: &
dum putat ſe ęquare. i. ęquiparare & pręſtare viribus leones lybycos. i.
punicos qui iubati ſunt & cęteris pręſtant. & canes albanos qui etiã prę-
ſtantiſſimi ſunt ſicut moloſſi in epiro: colligit auras. i. ĩflat ſe: & imitat̃
latis naribus eurũ. i. ventum illũ caliduꝫ: Hęc rabies ſcꝫ ſuperbia: infla-
tior. i. turgididior: vtre. i. folle aut ſacco ex corio ventoſo. i. venti pleno
graditur. i. incedit: nõ ſecus. i. nõ aliter q̃ ſcꝫ equus dictus: vibrãs. i. mo-
tans armos. i. humeros alternis motibus: circũfert ardua lumina. (atq;
prius dixit illi vnũ eſſe oculum: ſed de vno oculo lumina dicere poteſt.
Nam pro oculis vix ſingulariter niſi apud poetas reperias). Id eſt ergo
oculum illum vnum in quo tota eius lumina ſunt: aut locum luminũ:
frontis ęlatę. i. erectę: & ipſa vana miratur vmbram corporis ſup. ſui ꝓ-
ceri. i. teritis & pulchri ac magni: Sunt certe vani qui ſe mirantur: ſibiq;
in inceſſu placet. Graphice ergo mores ſuperbiæ deſcribit Et ipſa ardẽs
curis tacitis. i. in pręcordiis latentibus. Vnde ænei. iiii. Latonæ tacitum
pertentant gaudia pectus. agitat. i. tractat mente. i. animo ſuo: ſemper
ſublimia. i. res magnificas: & venenum tumidum. i. quod tumidã facit
ſedet. i. fixum eſt ſub corde id eſt in pręcordiis: Ipſa contẽptrix. i. aſper-
natrix: inopum & elata vultus ſeueros id eſt habẽs vultus elatos ſeuero-
rum ſimiles: & rotans id eſt volutans gutture inflato verba turgẽtia: ne

(c) 2006 Ministerio de Cultura

quit ferre iuga id eſt ſubiugari aut parere: indignata id eſt faſtidiens maiorem: ſicut Cęſar: & parem ſicut Pompeius: Ipa vſurpat id eſt occupat iiuſte: imperia & feruet id eſt ardet libidine id eſt ambitione & cupiditate regni id eſt regnandi: exiſtens imanſueta: & ferox: & aduerſa id eſt inimica: aut auerſa miſeris: & minax id eſt minabunda & rigoroſa: mitib⁹ id eſt aduerſus mites & imbelles: contraria id eſt hoſtis elatis id eſt superbis: quia duo ſuperbi non compatiũtur ſe: neſcia pacis: neſcia amicicię: & origo rixarum & litis id eſt diſcordiæ: exiſtẽs dura & ingrata id eſt auſtera & rebellis: duplex id eſt verſipellis & fraudulenta animo: violenta rebellis & improba: neſcit quid ſit pietas id eſt clementia & humanitas ſeu benignitas: & ipſa exiſtẽs perfida verſat ſub pectore dubio id eſt ancipiti & difficulter cognoſcibili: aut dubiæ fidei: mentem fœdifragam id eſt frangentem fœdus ſi quod percuſſerit. Et ipſa mouet ſemper ſa... fugientia ab excelſo culmine id eſt a ſummo vertice: qua pœna ſuperbi & ambitioſi damnãtur apud inferos. vt Maro lib. vi. ſentire videtur dicens. Saxum ingens voluũt alii &c. & veſana id eſt male ſana aut peruerſa libido id eſt appetitio laudũ: verſat ſemper curis flãmantibus id eſt incendentibus pectus ſollicitum: Nec ratio id eſt conſideratio vitæ nec opũ nec honoris eſt ſup. ipſi: ſed ipſum mõſtrũ implacabile ruit pceps id eſt precipitanter in omne ſcelus id eſt omne peccatum.

Hæc hominum ſuprema lues: immane ferumq̃
Thraicio facinus potuit ſuadere tyranno
Aſper ut horrenda cumulans præſepia cęde
Semineces artus hominum fumantiaq̃ exta
Intulerit ſtabulis: & equis epulanda uirorum
Corpora quæ infami hoſpitio laribuſq̃ prophanis
Occultus pacem ſimulans admiſerat hoſtis.
O ſcelus: o dira inuiſæ ſpectacula fraudis
Luminibus toruis quotiens capita alta leuabant
Thraces equi grandes humano ſanguine paſti
Et capita & teretes pendere extra ora lacertos

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Cruraue confractis genibus criniſue cruentos
Vidiſſes ſanie a mento per lata fluente
Pectora. ſub grauibus contrita cadauera malis
Fractaq́ ſub duris crepitabant dentibus oſſa.
Strimonius meminit Neſtus: ſcit biſtonis unda.
Traxit Idumei genus hinc uecordia regis
Quem magus ardentis cęli noua ſigna ſecutus
Admonuit ueniſſe deum. niſi cęca ſuperbi
Pectoris ambitio mentem feciſſet opacam
Iſſet ad infantis ſancta incunabula chriſti
Depoſito faſtu: ſed mens inflata fauore
Cęſareę gentis longoq́ tyrannidis uſu
Eſt ingens meditata nefas: nec priſca parentum
Sęcula par uidere ſcelus: nec longa uidebit
Poſteritas. per rura furens galilęa ſatelles
De trepidis matrum ſinibus lactentia uulſit
Pignora: membratimq́ ſecans lata arua cruore
Imbuit innocuo: matres ululare per agros
Audiuit montana Rachel: uicinaq́ fonte
Flumina de duplici ducentia nomen & undas:
Hinc eſt orta lues: quę thracia regna uetuſq́
Gręcorum imperium uertit: Bizantia regum
Vrbs opibus conſtructa: mari prętenta: duobus

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Aegeo Euxinoq; fretis ſtipata ſedebat
Sceptra tenens:paruo qua gurgite boſphoros undam
Colligit:hanc ſcythica irrūpens Othomanus ab arcto
Inſidiis captam ferro uiolauit & igni:
Arx erat Europes:& inexpugnabile quondam
Romanę fidei uallum Machometica contra
Arma : minas aſię frenans libyęq; tumultum.

¶Hec hoīm ſupma lues &c. Recitat mala q̄ per ſuperbiā commiſſa... Primo īmanitatē diomedis biſtonii.i.thracū regis:qui equis ſuis hoſpites epulādos dedit:vt feroci aīo equos haberet : Deinde ſcelus hærodis idumei innocētū īterfectoris: Tū vrbis cōſtātinopolitanę ꝑ ſuperbiam deuictę & turcis ſubiectę. Ordo eſt. Hec ſuprema.i. peſſima aut ſumma hoc eſt maxima:lues.i.ꝑnicies hoīm:potuit ſuadere(imo ꝑſuadere) tyrāno thraicio.i.diomedi biſtonio::facinꝰ:īmane. i. crudele & inhumanū:& ferū.i.quale a feris fieri ſolet:vt videlicet:ipſe aſper.i.īmitis:cumulās.i.onerās & implēs:pręſepia.ſ.equorū ſuorū: cęde humana. i. carne hoīm ab eo cęſorum:intulerit ſtabulis.i.in ſtabula(datiuꝰ localis: ſecūdū quoſdā octauꝰ caſus:ꝗ loco accuſatiui & p̄poſitiōis nō ſemel a virgilio ponit̄. vt Inferretq; deos latio.i.ī latiū. It cęlo clamorq; virū clāgorq; tubarū.i. in cęlū aut ad cęlum. Obuertunt pelago proras.i.pelagus verſus. viridi cōpellere hibiſco.i.ad hibiſcū &c.) artus ſemineces. i. mēbra hominū ſemiuiua adhuc:& exta hoīm fumātia.i.adhuc calida & palpitantia & intulerit corꝑa viroꝝ epulāda.i.comedēda equis.i.ab equis: q̄.ſ.corpora ipſe exiſtēs hoſtis occultꝰ.i.intrīſecꝰ: & ſimulās pacē. i. beniuolētiā & amiciciā admiſerat.i.ſuſceperat hoſpitio īfami & laribus prophanis.i.ſceleratis. Is poſtea ab hercule interemptus dicitur. Cōtra hoc aūt ſcelus exclamat poeta dicēs. O ſcelus o dira ſpectacula fraudis īuiſę.i.īuidēdæ & deteſtabilis:quotiēs equi thraces exiſtētes grādes ꝗa paſti ſanguine hūano leuabāt alta capita ſup. cū luminibꝰ.i.oculis : toruis.i. ferocibꝰ:tu vidiſſes.i. quilibet videre potuiſſet capita. ſ. hoīm & lacertos teretes.ſ.hoīm pēdere extra ora equorū. ſ. & vidiſſes crura cōfractis genibꝰ.i.quorū genua erāt cōfracta anteq̄ equis apponerētur : & crinis.i.capillos hoīm cruētos & pectora ſup. pēdere extra ora equorū:& hoc ſanie.i.cōcreto & corrupto ſanguīe fluēte a mēto.ſ.equoꝝ: ꝑlata pecto



(c) 2006 Ministerio de Cultura

ra ſup.eorūdē Cadauera.ſ.hoīm crepitabāt.i.crepitum dabāt contrita ſub grauibus malis.i.mandibulis equorū fortiū: & oſſa.ſ.hoīm fracta ſub duris dentib⁹ equoꝝ crepitabāt. Neſtus.i.fluuius ſeu amnis ille ſtrimonius.i.thracius:iuxta abderā fluens:meminit.i.cōſcius aut teſtis eſt quia vidit:& vnda biſtonis illius ſtagni in biſtone regione thracie vnde diomedes ille biſtoni⁹ dict⁹ eſt:de ea regione dicit ſic ouidius. Et tuta a bello biſtonis ora fuit. Vecordia regis idumei.i.hęrodis ex idumea regione oriūdi:traxit hinc.i.de ſuperbia:genus ſuū.quē.ſ.regē hoc eſt hęrodē:magus.i.ſapiens perſarum more: ſecutus noua ſigna cęli ardentis .i.nouū ſidus in aere reſplendēs: admonuit deū veniſſe. Dicebāt enī magi vbi eſt q natus eſt rex iudeorū Vidimus enī ſtellā eius in oriēte &c.ipe ſup̄iſſet.i.iuiſſet:faſtu.i.ſuperbia depoſito.i.abiecta:ad ſancta cunabu-la chriſti infantis:niſi ambitio cœca.i.cœcū faciēs pectoris ſupbi feciſſet mentē opacā.i.caliginoſam & ignarā ſalutis ſuę. ſed mēs inflata fauore gētis cęſareę.i.iperatoris romani a quo regnū tenebat: & lōgo vſu tyrānidis quia regnū iā diu vſurpauerat:eſt meditata ingēs nephas.i.nephādiſſimū facin⁹:nec priſca.i.vetuſta ſęcula parētū.i.maiorū noſtrorū videre par.i.cōſimile aut ęquale ſcelus:nec lōga poſteritas videbit par ſcelus. Nā ſup.ſatelles.i.lictor: furēs p rura galilea:vulſit.i.auellit & abſtraxit:de trepidis ſinibus.i.cōplexib⁹ matrū pignora lactētia.i.liberos infantulos lactētes ſeu ſugētes:& ipſe ſecans ſup.infantes mēbratim.i.per mēbra:ībuit.i.madefecit & irrigauit:arua lata cruore īnocuo.ſ.innocētū.Rachel mōtana:vñ hier.xxxi. Vox in excelſo audita eſt lamētatiōis & luctus & flet⁹ rachel plorātis filios ſuos & noletis cōſolari ſup eis: qa nō ſūt &c.q verba citant Mat.2.Rachel ergo mōtana.i.q i excelſo eſt audiuit mr̄es vlulare p agros: & flumia ducētia nomē & vndas de duplici fōte.i.iordanis ſup. audiuerūt mr̄es hululare p agros.Lues.i.pnicies & corruptio q vertit.i.euertit:regna thracia & vet⁹ ipiū gręcorū qđ penes biȝantinos ſeu conſtantinopolitanos erat: eſt orta hinc.i. ex ſuperbia & ambitione.Biȝantia vrbs.i.cōſtantinopolis exiſtens conſtructa opibus.i.diuitiis regū:ptenta.i.pręmunita mari: & ſtipata duob⁹ fretis.i. maribus ſcilicet ęgeo & euxino:ſedebat.i.pacifica regnabat: tenens ſceptra: ſupple in ea parte: qua boſphoros ſcilicet thracius:( Eſt enim duplex cimmerius & thracius.vterq; dictus ꝙ bouem ferat.i. ꝙ bob⁹ trāſmeabilis ſit cum ſit locus in mari anguſtus nec ſane profund⁹. vnde hic dicit)qua boſphoros colligit vndā paruo gurgite. Othomanus.i.turcus mahumetus ab othomano turcorū primo eius nominis principe nuncupatus. Fuit autem is othomanus exigui cenſus & obſcuro loco natus:a quo cęteri tamen othomani deiceps nūcupati ſunt:q orta inter

Serui⁹ dicit vellīno vul ſi a vello dici

Boſphoros

Othoman⁹

(c) 2006 Ministerio de Cultura

prĩcipes turcorū diſcordia fœliciter auſus eſt regnū occupare. Ab eo ꝑ pluſcula interualla ſucceſſit mahumetꝰ ꝗ duo imperia & xii. regna ſuo adiecit dominio. Othomanus ergo irrūpēs inſidiis.i. ꝑ ĩſidias ab arcto .i. vrſa ſcythica.i. ad ſcythas ꝗ in ſeptētrione ſunt ſpectāte violauit hanc .ſ. bizātiā vrbē captā.i. poſtq̄ eā ceꝑat:ferro & igni.ſup. bizātiū ſeu cōſtā tinopolis:erat quōdā arx.i. p̄cipuū ꝓpugnaculū europes.i. eiꝰ ꝑtis mū di ĩ qua nūc fides xp̄iana eſt & ĩexpugnabile vallū.i. munimen fidei romanę.i. catholicę xp̄ianę:cuiꝰ romę ſūmꝰ pōtifex ē:cōtra arma machometia.i. turcorū:frenās.i. reſtrĩgēs minas aſię:& tumultū libyę.i. aphricæ. Cum ergo propter prĩcipatū ſuperbiret:auxilio deſtituta euerſa eſt.

Hæc ſcelerum dux atqꝫ parens ſublime nitentis
Imperium cęli ſummamqꝫ ambire tonantis
Auſa poteſtatem:quantum tentauit in altum
Surgere:tęnarios tantum deſcendit ad amnes.
Cuius ob ingentem tellus concuſſa ruinam
Ceſſit:ut in latices Cautem ſi miſeris altum
Pandit iter:molemqꝫ ſinu capit unda capaci.
Sic percuſſa grauis monſtri ſe pondere tellus
Diſſecuit:gremiumqꝫ alto patefecit hiatu.
Sicut adraſteis cum uatem abſorbuit agris
Campus:& armato percuſſit tartara curru.
Seu quando inferni caua guttura Curtius antri
Clauſit:& elyſios tremefecit pondere campos:
Vel quando electę primo ſub iudice gentis
Terra Coren ſocioſqꝫ altam demerſit in aluum.
Antra igitur grandi laterum ſinuata receſſu
Inter ſe ripis ſummo coeuntibus ore



(c) 2006 Ministerio de Cultura

More pilæ quotiens uento conſurgit in orbem
In latos abeunt curuati fornicis arcus:
Fitq́ꝫ ingens domus umbrarum præcepsq́ꝫ baratrum.
Illic ſulfureos incendia nigra liquores
Lambunt et dubium quaſi prima crepuſcula lumen
Spargitur: et triſti caligant tartara fumo.
Hic ſunt lugentes/ mortis domus impia/ campi:
Regnat ubi ſcelerum lachrymoſo in carcere mater
Exercens pœnis animas: claudiq́ꝫ tenebris
Indignata fremit: clauſo ceu nubilia uento
Cum piceas frangunt clamoſa tonitrua nubes.

¶Hęc ſcelerũ &c. Recitat cętera ſuperbię auſa temeraria: dicens. Hęc eadem. ſ. ſupbia exiſtẽs dux atq́ꝫ parẽs ſcelerũ: auſa: ambire. i. ꝑ ambitũ petere ſublime imperiũ cœli tonãtis: ꝑ luciferũ. ſ. & auſa ãbire ſummã poteſtatẽ tonãtis. i. dei: quãtũ ipa tẽtauit ſurgere in altũ (voluit enĩ erigi & ęqualis & ſimilis eſſe altiſſimo) tantũ deſcẽdit ad ãnes tęnarios. i. ĩfernales: ex ſummo enĩ cœlo: ad ĩfima ĩferni deſcẽdit: ab arce. ſ. tonãtis. i. ſummi dei: ad ãnes. i. fluuios ĩfernales: ob cuiꝰ. ſ. ſuperbię ad ĩferos detruſę: ruinã ingentẽ: tellus ꝑcuſſa ceſſit. i. hyatũ fecit dehiſcẽs: vt. i. queẽadmodũ ſi tu miſeris cautẽ. i. ſaxũ: ĩ latices. i. aquas: ipa ſup. cautes aut ipm ſaxum: pãdit. i. apit altũ. i. ꝓfundũ iter: & vnda capit molẽ. i. magnitudinem lapidis: capaci. i. ãplo ſinu. i. hyatu: apit enĩ ſeſe aqua priuſ q̄ cõtingatur: ab aere pręuio petita: ſic tellus ꝑcuſſa põdere. i. mole: mõſtri. ſ. ſuperbię grauis. i. põderoſę: diſſecuit ſe & patefecit gremiũ. i. locũ capacẽ alto hyatu. i. ꝓfunda fiſſura qua ad ĩferna deſcẽdit. Probat exẽplis eorũ
Amphiareꝰ ꝗ ad ĩferos deſcẽdiſſe & a terra abſorpti dicũtur: Primo amphiarei augu-
M. Curtius ris quẽ ſtatius ĩ thebaide a terra abſorptũ docet: Secũdo M. curtii equitis romani de quo Liuiꝰ lib. vii. ſic Eodẽ anno ſeu motu terrę ſeu qua vi alia: forũ mediũ ferme ſpecu vaſto collapſum ĩ imẽſaꝫ altitudinẽ dicit: nec eã voraginẽ cõiectu terrę: cũ ꝓ ſe qſq́ꝫ gereret: expleri potuiſſe. Priuſ q̄ deũ monitu q̄ri cœptũ: quo plurimũ populꝰ Romanꝰ poſſet. Id enĩ

(c) 2006 Ministerio de Cultura

illi loco dicandū vates canebãt: ſi remp. romanã ꝑpetuã eſſe vellet. Tū marcū Curtiū iuuenē bello egregiū caſtigaſſe ferūt dubitantes: an vllū magis romanū bonū ꝙ arma virtuſqꝫ eſſet. Silētio facto tēpla deorū immortaliū ꝙ in foro iminēt/ capitoliūqꝫ intuētē & man⁹ nūc in cęlū nūc ĩ patētes terrę hiat⁹ ad deos manes porrigentē ſe deuouiſſe: equo deīde ꝙ poterat maxīe exornato īſidētē armatū ſe in ſpecū imiſiſſe: donaqꝫ ac fruges ſup̃ eū a multitudine virorū ac mulierū cōgeſtas: Lacūqꝫ curtiū nō ab antiquo illo Titi Tatii Milite curtio metio: ſed ab hoc appellatū Cura nō deeſſet ſiqua ad verū via inquirētē ferret: nūc famę rerū ſtandū eſt: vbi certã derogat vetuſtas fidē. Tertio exēplo ſumpto c. xvi. Nume. vbi ſic dicitur. Ait dñs ad moyſen. Pręcipe vniuerſo populo vt ſepetur a tabernaculis chore dathan & abiron: Cū ergo receſſiſſent a tētoriis eorū ꝑ circuitū dathã & abyrō egreſſi ſtabãt in itroitu papilionū ſuorū cū vxorib⁹ & liberis omniqꝫ frequētia: & dirupta eſt terra ſub pedib⁹ eoꝝ & apiens os ſuū deuorauit illos cū tabernaculis ſuis & vniuerſa ſubſtantia eorū: deſcēderūtqꝫ viui in īfernū opti humo: & pierūt de medio multitudinis &c. Ordo eſt. diſſecuit ſe tell⁹ ſicut ſup. ſe diſſecuerat cū cãpus .i. loc⁹ capax & ampl⁹ abſorbuit vatē .i. augurē amphiareū: ĩ agris adraſteis .i. qbus adraſtus rex argiuorū pręerat: & ꝑcuſſit tartara curru armato ĩ quo ãphiare⁹ ſedebat. Seu .i. ſiue quãdo Curti⁹ eques .ſ. roman⁹ validiſſim⁹: clauſit .i. occluſit & oppleuit ꝑ ſeipm: caua guttura .i. hiatū antri inferni .i. ad ĩfernū vſqꝫ protēſi: & tremefecit pōdere .ſ. ſui corporis & equi: cãpos eliſios .i. īferoꝝ in qbus fœlices degūt ſcđm ethnicos: vel qñ terra demerſit ĩ aluū .ſ. ſuã: altã .i. ꝓfundã Chorē & ſocios .ſ. dathã & abiron: ſub primo iudice .ſ. moſe: gētis electę .ſ. filiorū iſrael. Igĩt antra .ſ. ĩfernalia: ſinuata .i. ĩcuruata & cauata grãdi .i. amplo receſſu: & hoc ripis .i. extremitatib⁹ hiatus facti: coeūtib⁹ ĩter ſe: ore ſūmo .i. cōcludētib⁹: abeunt .i. formãtur ĩ latos arc⁹ .i. circūferētias pōtiū arcub⁹ ſimiles: fornicis .i. circuferētię: curuati: more pilę .i. bullę ãpulloſę ac vētoſę ſupernatãtꝭ aquis aut pilę qua ludĩt vēto ĩpletę: quoties cōſurgit ĩ orbē .i. ĩ globū orbicularē vēto .i. ꝑ vētū quo ĩflatur (hoc dicit. Quãdo ſupbia ꝙ eſt ĩmane mōſtrū decidit ad ĩferna terra ſe apuit & recepta ſupbia in orbē ſe clauſit ꝯuato receptacło ꝓcauo ſicut aq̃ recipiēs grãdē lapidē aut ſicut pila vēto ĩflata habet orbē clauſū & ĩteriora cōcaua) Et fit ĩgēs dom⁹ vmbrarū .i. ſpirituū dãnatorū: & baratrū .i. loc⁹ obſcur⁹ & ꝓfund⁹. ꝑceps .i. quo ſōtes ꝑcipitãtur (& ita vult docere quō ĩfern⁹ cauat⁹ ē) Incēdia nigra qa obſtruſa & fumoſa lãbūt .i. molliter tãgēdo abſumūt: liquores ſulphureos & lumē dubiū .i. ĩcertū & vix diſcernibile a tenebris: qſi prima crepuſcula .i. qle ē dū prima crepuſcula ſūt: qb⁹ .ſ. dies a tenebris vicit: & tartara .i.



(c) 2006 Ministerio de Cultura

loca ꝓfūdiſſima īferni: caligāt.i.tenebreſcūt: triſti ſūo. Hic.i.hocloco ſuntcāpi lugētes. i. loca lachrymarū & luctuū.appoſitorie: īpia dom⁹ mortis.ſ.ęternę: vbi mr̄ ſcelerꝝ.ſ.ſupbia regnat ī carcere lachrymoſo (Sic primo ęnei.illa ſe iactet ī aula Aeol⁹ & clauſo vētorꝝ carcere regnet. Quie tie vi.ęnei. dicit̄ Nec ꝓcul hīc ptēfuſi mōſtrātur ī oēm Lugētes cāpi: ſic illos noīe dicūt. Quod adduco vt memineri poetā ī multis Virg.imita ri)Regnat dico exercēs aīas pœnis(ſic virg. Ergo exercētur pœnis vete rūꝗ malorꝝ Supplicia expēdūt &c)& īpa idignata.i.īdigne acęgreferēs claudi.i.ꝙ claudit̄ tenebris fremit:ceu.i.quemadmodū nubula ſup.fre mūt vēto clauſo.i.īcluſo & exitū petēte: cū.i.qn̄ tonitrua clamoſa.i.ſo noroſa frangūt nubes piceas.i.atras ad morē picis.

Hęc eſt quam ueteres dicunt phaethonta poetę
Aethereos docti curſus cauſaſꝗ latentes
Ignibus ęternis: ſol eſt qui corda ſuperbis
Incendit ſtimulis: tumidoſꝗ in pectora faſtus
Mittit: & impatiens figit ſub corde uenenum.
Propterea ex alto labentem cardine fingunt
Audacem aurigam: fractiſꝗ per aera loris
Solis equos caput Eridani merſiſſe ſub undas.
Ad ſuperos exit quotiens pater arduus alto
Annuit a ſolio: & latum imperioſa per orbem
Bacchatur: ſupraꝗ ſuas temeraria uires
Audet: & infauſto amittit conamine uires:
Scilicet omne deo contranitente ſuperbum
Euaneſcit opus: ſicut cum ſurgit in auras
Eructantis aquę fluctus: mox uertice preſſo
Decidit: & ſpumans alto demergitur amne:
Atꝗ humiles inter ſine nomine pręterit undas.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Hoc docet allophylus:ſolymę qui uerbere fundę
Depoſuit frontiſq; minas animiq; tumorem:
Ibat enim ſolo auxilio thoracis & haſtę
Non ope diuorum non ullo numine fultus
In pugnam.paruumq; minax Dauida ſuperbo
Nequicq̃ terrere ſono conatus:in enſem
Dum ſurgit miſſo per ferrea tempora ſaxo
Corruit:& toto diffuſum iugere corpus
Mirati ſtupuere hoſtes:turpiq; dedere
Terga fugę:paruoq; gigas cadit ictus ab hoſte.
Sic quoq; deluſus curru Iouis ęmulus alto
Aera conuexi ſcandens curuamina pontis
Flammiferumq; rotaus alphęa per oppida fulmen
Occidit:& caſu Eleam perterruit urbem.
Hęc docuit phlegyas genus execrabile cęlum
Spernere:quos tethys ultricibus abſtulit undis.
Hęc quoq; niliaco regi cum neſcia roris
Terra diu ſolitas fruges uictumq; negaſſet
Sanguine perſuaſit placari numina fuſo.
In ſuperos eadem natos armauit Alœi
Qui domitum grauibus Martem tenuere cathenis.
Sic ſatis hęc libaſſe:aliis memoranda ſuperſunt
Plurima:maiori ſcelerum de principe cantu.



(c) 2006 Ministerio de Cultura

Audiui:gemuit tellus turbatur auerni
Ianitor:ecce niger nebulę globus exit opacæ.
Iam turres regumq́ domos abſcondit & urbes:
Exhalatq́ grauem nox importuna mephitim.
Ite procul mites animæ:quæ dulcia pacis
Ocia:quæ ſuperos:quæ cœli quęritis arcem:
Ne funeſtus odor:ne uos contagia lędant
Vipereæ prolis:clauſis abſcondite ualuis
Atria:progenies nigri dum pręterit orci.

Hęc ē quā veteres &c. Docet cur pri⁹ ſupbiā dixerit natā magno apolline:& habere vnicū oculū:qa videlicet phiſica ratiōe cōptū ē ab aſtrologis & eiuſmodi rerū obſeruatorib⁹: vt q ī horoſcopo natiuitatis ſolē pdominātē habuerint ad ſupbiā atq́ elationē animi pniores ſint: quo
Phaeton
circa vult poetas p phaethonta ſeu phaethontē filiū ſolis ſupbiā ītellexiſſe: vñ a poetis īducit affectator glorię & moderatiōis currus paterni vñ pceps in padū cecidit: quē a ſe eridanū denoīauit: Idē enī dicebat eridanus & phaeton. Affert pterea exēpla aliorū q ppter ſupbiā pierūt: vt golię ſeu goliath allophyli.i. alienigenę quē dauid pſtrauit vt dicit.i.
Salmoneus
Reg.xvii. Itē Salmonei. de quo. vi. æneī. dicit ſic. Vidi & crudelis dantē ſalmonea pœnas Dū flāmas iouis & ſonitus imitat olympi. Quattuor hic iuectus equis & lāpada quaſſans Per graiū poplos medięq́ p elidis ūrbem Ibat ouās: diuūq́ ſibi poſcebat honores demēs: q nimbos & non imitabile numen Aere & cornupedū curſu ſimularat equorū. At pater oipotēs: dēſa īter nubila telū Contorſit: nō ille faces nec fumea tedis Lumina: pcipitēq́ īmani turbine adegit. Vbi Serui⁹. Salmone⁹ īquit æoli fili⁹ fuit nō regis vētorū ſʒ cuiuſdā apud elidē vbi regnauit q fabricato pōte ęneo ſup eū agitabat curr⁹ ad imitāda tonitrua: & ī quē fuiſſet iaculatus facē eū iubebat occidi. Hic poſtea verū expert⁹ ē fulmē. Itē phlegiarū de qb⁹ etiā ęnei. vi. Sedet ęternūq́ ſedebit Infœlix theſeus: phlegiaſq́ miſerrim⁹ oēs Admonet: & magna teſtat voce p vmbras Diſcite iuſti
Phlegię
tiā moniti & nō tēnere diuos &c. Phlegię aūt ſm euphorionē ppli īſulani fuerūt ſatis ī deos impii & ſacrilegi vñ irat⁹ neptun⁹ pcuſſit tridēte eā ptē īſulę quā phlegiæ tenebāt qd hic auctor ſeqt. Phlegias quoq́ pater

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ixionis habuit coronidẽ filiã quã apollo vitiauit: vñ ſuſcepit ęſculapiũ
qđ pater dolẽs ĩcẽdit apollinis tẽplũ. quãobrẽ eiꝰ ſagittis ẽ ad ĩferos de-
truſus. vñ ſtatiꝰ. Phlegiã ſubter caua ſaxa iacẽtẽ Aeterno p̄mit accubitu
Itẽ exẽplo regꝫ niliaci. i. buſiridis. Thraſylus enĩ vt aiũt buſiridẽ docuit Buſiris
ĩmolare hoſpites: quũ affirmaſſet nõ alia hoſtia q̃ carne humana pluui
as ĩpetrari poſſe ab ioue: ſꝫ primꝰ occiſus ẽ. Hinc ait Ouidiꝰ in ibin Vt q
poſt lõgũ ſacri mõſtrator ĩiqui Eduxit pluuias victima cęſus aquas. Et
lib. i. de arte. Diciť ęgyptꝰ caruiſſe iuuãtibꝰ arua Imbribꝰ atq; ãnos ſicca
fuiſſe nouẽ Quũ thraſylus buſirin adit: mõſtratq; piari Hoſpitis effuſo
ſanguĩe poſſe iouẽ. Illi buſiris fies iouis hoſtia primꝰ Inquit: & ægypto
tu dabis hoſpes aquã. Huiꝰ ſacrificii meminit Virg. geor. iii. dicẽs. Aut
illaudati neſcit buſiridis aras. Vbi ſeruiꝰ dicit eũ ab hercule occiſum cũ
& herculẽ vellet ĩmolare. Itẽ exẽplo alœidarũ: de qbus Virgil. ęnei. vi. Alœidę
Hic & alœidas geminos ĩmania vidi Corpa: q manibꝰ magnũ reſcinde-
re cœlũ Aggreſſi: ſupiſq; iouẽ detrudere regnis. Vbi ſeruiꝰ. Alœus Iphi
mẽdiã vxorẽ habuit: q̃ cõpreſſa a neptuno duos pepit othũ & ephialtẽ
q digitis nouẽ p ſingulos mẽſes creſcebãt. Freti itaq; altitudine cœlũ vo
luerũt ſubuertere: ſꝫ cõfixi ſunt dianæ & apollinis telis. Alœidas aũt ſic
dixit: vt de hercule ãphitrioniades. Nũc ordinẽ ꝓſequamur. Hæc. ſ. ſu
perbia ẽ: quã (Elegãtiꝰ dixiſſet quẽ) poetę veteres dicũt phaethonta. i.
quã ĩtelligũt p phaethonta ſolis & climenes filiũ q p ãbitionẽ ſolis cur-
rũ regere conatꝰ p̄ceps decidit vt diximꝰ: quã rẽ Ouidiꝰ ĩ fine primi & ĩ
pricipio ſecũdi metamor. exeqť poetę dico docti curſus ethereos. i. piti
aſtrologię: & cauſas. i. ĩfluẽtias latẽtes in ignibꝰ ethereis. i. ſideribꝰ cœle
ſtibus. Nã ſup. ſol ẽ q ĩcẽdit corda ſupbis ſtimulis. i. q ad ãbitionẽ & glo
rię cupiditatẽ ſuos ĩducit: & q mittit ĩ pectora faſtꝰ tumidos. i. elationẽ
& inflationẽ ſupbię. & q figit ſub corde. i. ĩ p̄cordiis venenũ ĩpatiẽs. i. ar
dens & feruens in appetẽdis honoribꝰ. & ꝓpterea fingũt. ſ. poetæ auri-
gã. ſ. phaethõta: audacẽ. i. temerariũ labẽtẽ ex alto cœlo & dicũt equos
ſolis merſiſſe caput ſup. eiꝰ ſub vndas eridani. i. padi: & hoc loris. ſ. habe
narũ fractis p aera: Quotiẽs pater. ſ. ſupbię atq; ãbitionis p inclinationẽ
nõ violentã tñ: videlicet ſol: exiſtẽs arduus exit ab alto ſolio ad ſupos. i.
quotiens oritur: ãnuit. i. ĩclinat caput patri ſuo: & ĩpa impioſa bacchať
. i. diſcurrit p orbẽ. i. mũdũ latũ: & ĩpa temeraria audet ſupra ſuas vires:
& amittit infauſto conamine vires. Scilicet. i. quia videlicet: oĩe opus
ſuperbũ. i. per ſupbiã inſtitutũ: euaneſcit. i. in nihilũ redigitur: deo con
tranitente. i. reſiſtente: deus enĩ ſupbis reſiſtit: humilibꝰ autẽ dat gratiã:
ſicut cũ fluctus aquę eructantis. i. ebullientis: ſurgit. i. erigitur in auras:
decidit mox. i. paulo poſt: vertice preſſo. i. ſummitate depreſſa: aut ver

(c) 2006 Ministerio de Cultura

tice.i.vertigine aquarũ depreſſo: & ipe fluctus ſic depreſſus ſpumãs demergit.i.abſorbet ab alto.i.ꝓfundo ãne: atq̃ pterit.i.pterfluit iter vndas humiles ſine noie.i.inglorias & vulgares nec nomen habẽtes. Hoc eſt ſicut fluct⁹ p impetũ ſupra cęteros erectus & caput extollẽs: mox deprimit: & ſpumãs iter humiles aquas defert. Ita mens humana ſupra vires ſuas efferri volens: a deo ſępe peſſundat: vt ꝓbat exẽplis ſubſequẽtibus. Primo vt dixi goliæ ſeu goliath: cui⁹ nomẽ qa barbarũ & aſperũ ẽ

Allophylus auctor nõ ponit: ſ3 allophylũ vocat qđ nomẽ oib⁹ alienigenis & ethnicis cõe eſt. Dici eni põt latine alienigena: nã cõponit ab αλλο quod ẽ alienũ: & φυλοσ quod ẽ gens quaſi alienę gẽtis. Ordo ẽ. Allophylus .i.alienigena.ſ.goliath q depoſuit minas frõtis & tumorẽ animi: verbere.i.ictu fundę ſolymę.i.hieroſolymitanę: quã dauid ĩpulit: docet hoc .ſ.ſupbos deprimi Eni ꝓ quia: ipe ibat in pugnã exiſtẽs fult⁹ ſolo auxilio toracis.i.armorũ defenſiuorũ: ẽ aũt torax itegumẽtũ pectoris: & haſtę.i.armorũ iuaſiuorũ: & nõ fult⁹ ope.i.auxilio diuorũ: & nõ vllo numine.i.dei virtute. & ipe minax conat⁹ nequicq̃.i.fruſtra & in vanũ terrere ſuperbo ſono.i.ſermone: dauida.ſ.filiũ ieſſe: paruũ: dum ſurgit in enſe3.i.parat ſe ad pugnã ineũdã arrepto capulo enſis corruit.i. cecidit & oppetiit ſaxo miſſo ſc3 e funda per tẽpora ferrea.i. pręduraaut ferrea gelea munita: & corpus ſup.eius diffuſum.i.extenſum & porrectũ ſup. eſt.toto iugere( hæc hyperbolicos dicit ).i.maximo ſpacio cãpi & ſup. hoſtes.ſ.philiſtini: mirati.ſ.factũ dauidis: ſtupuere.ſ.caſum gygãtis. & dedere terga turpi fugę.i.fugerunt: & gygas cadit ictus.i.ꝑcuſſus a paruo hoſte: Si nolis ſubaudiri verbũ ẽ & ꝑiũctionẽ &: eẽt noiatiu⁹ ꝓ ablatiuo poſitus: vt ſit corpus diffuſum ꝓ corpore diffuſo &c. Deluſus ſc3 Salmoneus deceptus per ſuperbiã ſuã: ęmulus.i.iuidus imitator iouis alto curru.i. per altũ currũ quo ducto ꝑ pontẽ ęreũ ſimulabat tonitrua & fulmina: ſcandens ſc3 curuamina ęrea.i.arcus ęreos pontis cõuexi: & rotans.i.iaculans per oppida alphęa.i.iuxta elidis ãnem: fulmen flammiferũ.i.flãmas euomens quas lampas ſufficiebat: decidit.i.proſtrat⁹ eſt fulmine vero: quoq3.i.etiã: ſic.ſ.ꝓpter ſupbiã ſua3: & perterruit caſu ſuo vrbẽ eleã in qua tyrãnidẽ exercuit. Hęc.ſ.eadẽ ſuperbia docuit phlegias.i.illos populos: appoſitorie: genus execrabile.i.dignũ execratiõe ſpernere cœlũ.i.contẽnere diuos: quos thetys.i.vxor oceani.i.mare abſtulit.i.abſumpſit & extinxit: vndis vltricibus.i.vlciſcentib⁹ contẽptũ deorũ. Hęc.ſ.ſupbia pſuaſit quoq3.i.etiã regi niliaco.i.ęgyptio.ſ.buſiri di numia placari.i.ꝙ placẽt aut ꝙ poſſint placari: ſanguine.ſ.hũano fuſo cũ.i.qñ terra.ſ.ęgyptia neſcia ror.ſ.cęleſtis ac pluuię negaſſet diu fruges ſolitas & victũ: Eadẽ.ſ.ſupbia armauit natos.i.filios putatiuos tñ:

(c) 2006 Ministerio de Cultura

alœi illius viri in ſuperos.i.deos: qui tenuere grauib⁹ cathenis martem domituz. Satis ſit libaſſe.i.tetigiſſe hęc: plurima ſup.id genus exempla memorãda.i.recitãda maiori cantu.i.magis altiſono carmine: de principe ſcelerũ.ſ.ſupbia: ſuperſunt.i.remanẽt aliis.ſ.poetis ac ſcriptorib⁹.

❡ Audiui &c. Introducit eruptionẽ liuoris ſeu inuidiæ dicens. Audiui ſup.ſtrepitũ: quia tellus gemuit: & ianitor auerni.i. inferni ſcz cerberus turbatur: ecce niger globus opacę nebulæ exit.ſ.ab inferno: & abſcõdit iam turres & domos & vrbes regũ: quia liuor ſumma petit perflãt altiſſima venti: & nox ĩportuna.i.caligo nõ ſuo tpe orta: exhalat grauẽ mephitim.i.fœtorẽ terrę. O animę mites q̃ quęritis dulcia ocia.i.trãquillitatẽ pacis: q̃ q̃ritis ſupos & arcẽ cœli: ne odor funeſtus.i.fœdus qualis ẽ funerũ & ne contagia.i.cõtaminationes ꝓlis viperę.i.ſerpentinę: hęc eſt diabolicæ: q̃a ĩuidia diaboli mors ĩtroiuit in orbẽ terrarũ lędãt vos: abſcõdite ãtria ſup. veſtra: valuis clauſis.i.obſeratis: dũ.i.q̃diu ꝓgenies nigri orci.i.infernorũ principis.ſ.inuidia pręterit.

## Monſtrum Secundum: Inuidia.

Liuor edax triſti ſurgens Acherontis ab amne
Pallidus: & mœſto demiſſus lumina uultu:
Obliquumq; tuens. rebus gaudere ſecundis
Neſcius. ęra uirum claris ſignata tiumphis
Dente terens. tardoq; mouens ueſtigia paſſu:
Murmure nunc tenui nunc fulmine uocis aperto
Percutit inſontes: bona uultu aliena maligno
Ingemit: aſpiciens: & felle grauatus amaro
Tabeſcit: quocunq; ierit teterrimus oris
Spiritus agrorum uirides interficit herbas.
Cætera nonnullis parcunt: certiſq; uenena
Graminibus magicaq; ſolent miteſcere lingua.
Pontica magnanimum celebrant medicamina regem

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Quę fatis obſtare ferunt:his ille ſolebat
Virus & occultę inſidias contemnere mortis.
Tangere cęrulei ſquamas & colla draconis
Phaſias auſa fuit:tantum Medeidis herbę
Virgineęq; preces poterant:Hecateſq; liquores.
Marſus in auſoniis Vmbrorum uallibus inter
Serpentes impune cubat:libyęq; per agros
Qua ſteriles uerſant nigri garamantes harenas
Non metuunt pſilli colubros:non ſæua neparum
Spicula:non hydri morſum:non aſpidis horrent.
Hęc fera lerneo rabies maculata ueneno
Omnia depaſcit.nullis innoxia nullos
Præterit illeſos:nulli manſueſcit:in omnes
Inuehitur:quod agit non eſt ſanabile uulnus.
Non Amythaonii prodeſſe Melampodis ulla
Carmina:theſſalicis non lectę in montibus herbę
Phillyridę manibus:non coi ſancta magiſtri
Pharmaca ſufficiant:clarę ue Machaonis artes:
Non genitor ſtygiis lacerum qui traxit ab undis
Hippolytū:non phœbus auus:cui prima medendi eſt
Gloria:lętali poterunt ſuccurrere morbo:

Liuor edax &c. Deſcribit eruptionē ſcd̄i mōſtri: videlʒ liuoris cuiꝰ nocētiſſimū docet eē venenū. Cōtra enī cętera venena īuēta ſūt ātidota: vt ꝓbat ꝑ mitridatica: de qbꝰ alibi diximus & de īcantamētis qbꝰ ſ̄pentes rūpunt̄. Cōtra hoc aūt venenū nullū eſt

(c) 2006 Ministerio de Cultura

reperibile remediũ: q̃ declarationis egent: ex ordine patebũt q talis eſt. Liuor edax.i.cõſumptor ei⁹ ĩ quo ẽ: vñ Virgi.de liuore. Liuor tabificũ malis venenũ intactis vorat oſſib⁹ medullas Et totũ bibit artub⁹ cruorem &c. Sane liuor ẽ q̃dã macula plõbei coloris ex cõpreſſione atq; contactu corporũ generata.vñ Iuuena. Vuaq; cõſpecta liuorẽ ducit ab vua Et Tibull⁹. Tũ ſuccos herbaſq; dedi qs liuor abiret: Quẽ facit impreſſo mutua dẽte ven⁹. Et qm̃ iuidia ꝯſimilẽ maculã generat liuor vocaẽ: ſicut cõtra carẽtia ĩuidię cãdor. Liuor igiẽ edax.i.iuidia cõſumptrix ſubiecti ſui: ſurgẽs.i.exoriẽs ab ãne triſti acherõtis.i.illi⁹ fluuii ĩfernalis q ĩterpꝛtatur ſine letitia.exiſtẽs pallidus & demiſſus lumina.i.habẽs lumina demiſſa: vultu mœſto: & tuens.i.ĩſpiciẽs.obliquũ.i.ex trãſuerſo: quia neſcit videre oculo irretorto atq; directo ſed limo ac tranſuerſo: & neſcius gaudere reb⁹ ſecũdis.i.ꝓſperis maxime alteri⁹: & terens dente: ęra.i.nũmiſmata: ſignata.i.ꝑcuſſa & vt dicũt monetata claris triũphis virũ.i.virorũ fortiũ: & mouẽs veſtigia tardo paſſu: percutit inſontes.i.inocuos nũc tenui.i.ſummiſſo murmure: & nũc.i. aliqñ apto fulmine. vocis.i. ſermonis: hoc ẽ manifeſta obiurgatione more fulminis penetrãte: ĩgemit aſpiciens vultu maligno.i.maleuolẽte bona aliena.i.alteri⁹.& tabeſcit.i.lente cõſumiẽ: exiſtẽs grauat⁹ amaro felle.i.bili & colera moleſtiſſima.quocũq; liuor ſup.ierit: teterrim⁹.i.peſſim⁹ & abominaliſſim⁹ ſpiritus.i.flatus & anhelit⁹ oris: ĩterficit virides herbas agrorũ: Cętera venena parcũt nõnullis.i.q̃buſdã.& ſolẽt mitiſcere.i.ſedari & minus nociua fieri certis graminib⁹ & lingua magica.i.faſcinatoria atq; ĩcãtatrice: qa cãtãdo rũpiẽ ãguis. Medicamina põtica.i.mitridatis regꝭ põti: hoc ẽ mitridatica (Dixi aũt pri⁹ quõ mitridates quodã ãtidoto ſe ita muniuit vt dũ vellet veneno abſumi nõ poſſet) celebrant.i.celebrẽ faciũt magnanimũ regẽ.ſ. mitridatẽ q veneno potius abſumi q̃ in triũphũ duci maluit vñ magnanimũ vocat.q̃ ſup.medicamĩa: ferũt.i.dicũt videlicet hoĩes: obſtare fatis.i.morti. Ille.ſ.mitridates: ſolebat cõtẽnere his.ſ.medicaminib⁹ ſuis: virus.i.venenũ & ĩſidias mortis occultę.i.occulte illatæ videlicꝫ ꝑ potionẽ aut quouis alio mõ latẽtꝭ. Phaſias.i.medea (ſumpto prõnymico a loco: fuit auſa tãgere ſquamas & colla dracõis cerulei .i.cerulei coloris. Herbę medeides a medea ĩuẽtę ac vſitatę & ꝑces virgineę.i.a virgine oblatę & liquores.i.ſucci hecates.i.magici qb⁹ hecate ꝑeſt poterãt tãtũ.i.tã magnũ facin⁹: hoc ẽ q̃dã herbæ & q̃dã verba valere noſcũẽ ꝯtra venena: Marſus.i.quis de gẽte marſoꝝ: cubat ĩ vallib⁹ auſoniis.i.italicꝭ: vmbroꝝ.i. quas vmbri ꝑpl̃i italię habitãt: ĩpune.i.paſſim & ſine ꝑiculo ĩter ſerpẽtes: & pſilli popl̃i illi olim ĩ aphrica nõ metuũt.i. nõ formidãt ꝑ agros libyę.i.illi⁹ regiõis ĩ aphrica: qua garamãtes.i.po-

Liuor

DE TARRAGONA

(c) 2006 Ministerio de Cultura

puli illi: nigri.i.nigri coloris verſant harenas ſteriles.i.terras harenoſas & ſteriles.nõ metuũt dico colubros.i.ãgues venenoſos: & nõ ſpicula.i. caudas & pũcturas ſęua.i. diras & venenoſas: neparum.i.ſcorpionũ vt prius docui.& nõ horrẽt morſũ hydri.i.ſerpẽtis aquatici & nõ horrent
Marſi morſum aſpidis.i.illi⁹ ſerpẽtis venenoſiſſimi. De origine marſoꝶ varia ẽ opinio. Nã alii marſos dictos putãt a marſia lydorũ duce: Aut(vt Silius meminit)a marſia phrygię ab apolline ĩ cãtu victo: q timore pœnarũ in italiã fugit. Plini⁹ ait marſos ortos a filio circes: ꝓptereaq; ineſſe il
Pſilli lis vim cõtra ſerpẽtes. vñ ait primũ de pſillis ſic. In aphrica gens pſilloꝶ fuit(vt Agathyrſides ſcribit)a pſillo rege dicta cui⁹ ſepulcrũ in parte ſyrtiũ maiorũ ẽ. Horũ corpori ingenitũ fuit virus exitiale ſerpentibus: ex cui⁹ odore ſopirent eas. Mos vero fuit liberos genitos protin⁹ obiiciendi ſęuiſſimis earũ: eoq; genere pudiciciã cõiugum experiendi: nõ ꝓfugientibus adulterino ſanguine natos ſerpentibus. Hęc gens ipa quideʒ prope interemptione ſublata eſt a naſamonibus qui nũc tenent has ſedes. Genus tamen hominũ ex iis qui profugerãt hodieq; manet in pau
Marſi cis. Simile & in italia marſoꝶ gente durat: quos a circes filio ortos ferũt & ideo ineſſe vim naturalẽ eã. hęc Plinius. Hęc rabies fera ſcʒ ĩuidia: maculata.i.infecta: veneno lerneo.i. hydrino ex hydra ab hercule in lernei terfecta: depaſcit.i.abſumit & deuorat oĩa & nullis.i.nõ vllis: nõ ẽ ſup. innoxia.i.nõ nocens vllis: quia om̃ib⁹ nocet: & nullos ꝑterit illęſos: & nulli manſueſcit.i.manſueta fit: inuehitur.i.infertur: in om̃es & vulnus quod ipſa agit nõ ẽ ſanabile ſup. de facili aut ꝓpriis virib⁹: quia homo ſe peccatis ĩuoluere põt ex libero arbitrio: ſed nõ expedire nec liberare
Melãpus ſine dei auxilio. Vlla carmina melampodis amythaonii.i.quib⁹ melãpus ab amythaone natus: plurimũ valuit: Fuit aũt teſte homero odyſſeę.xv. Filius amythaonis ex patria argo: mãtes.i.vates egregius: vnde ſtatius theba.iii. Amythaone cretus iã ſenior ſed mente virens phœboq; melãpus &c. Alii dicunt eũ medicũ fuiſſe illuſtrẽ & filias prœti helleboro ſanauiſſe. vñ geor.iii. nocent artes ceſſere magiſtri Phillirides chiron amythaoniuſq; melãp⁹. Quia vero cõponit̃ nomẽ ex melan quod eſt nigrũ: & pous qd' eſt pes: facit hui⁹ melãpodis in genitiuo. ſicut œdipus œdipodis. Et vllę herbę lectę.i. collectę in mõtibus theſſalicis: vbi plurimę creſcunt vim veneficã & remediũ habentes: lectę dico manib⁹ phillyridæ.i. chironis filii phyllyræ nymphę & neptuni ĩ equũ cõuerſi: q pitiſſim⁹ herbarũ & multarũ medicinaꝶ ĩuẽtor fuit: ꝑceptor & nutritor achillis & cẽtaurorũ iuſtiſſim⁹: pharmaca.i. vnguẽta & medicamĩa ſctã.i. obſeruata tanq̃ eẽnt res ſacrę: magiſtri coi.i.illi⁹ ĩſulę.ſ.hippocratis: nõ ſufficiant ad pellendũ.ſ. venenũ ĩuidiæ. Vel ꝓ vel clarę.i. nobiles

(c) 2006 Ministerio de Cultura

artes machaonis illiꝰ medici ꝑitiſſimi & filii ęſculapii qui ob ꝑitiã artis Machaon
romã adductus eſt vt atteſtatur homerꝰ iliados.ii.ſup.nõ ſufficiãt:& ge
nitor:ſup.machaonis.ſ. ęſculapiꝰ q traxit hippolytũ lacerũ.ſ.ab equis
vnde diſſolutus extinctus erat:ab vndis ſtygiis.i.ab inferis:& phœbus
auus.ſ.machaonis & pater ęſculapii cui eſt prima gloria medẽdi: vnde
dicit apud ouidiũ meta.i.inuẽtũ medicina meũ eſt:nõ poterũt ſuccur-
rere morbo letali.i.mortifero ipſius ĩuidię. vt iam diximus.

Quem iuuat iſtius uarias cognoſcere fraudes
Et per aperta latens deprendere ſigna uenenum
Multiplices caſus & longa pericula cernat
Fatidici iuuenis:qui dum præſaga parenti
Somnia narrar et fratrum liuore ſub altam
Actus humum pharias tandem migrauit ad arces.
Huius ut infectos genitor cognouit amictus
Et pueri tunicas mendaci cęde rubentes
Heu fera clamauit dulcem ſęuiſſima natum
Abſtulit:& luctu canos confecit amaro.
Aſpice contorto Saulis conuicia telo
Inuidiaq; ſatos inter conuiuia planctus:
Et dauida inopem comitum cum paupere turba
Ire per abruptos deſerta cacumina montes
Et certam neſcire domum:regemq; ſub antro
Depręnſum:potuit ſermo miteſcere:ſi non
Intima tabificus uiciaſſet pectora liuor.
Quid referam primos diſcordia ſemina fratres?
Et ſcelus? & campos germana cęde madentes?

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Prętereo uatem: nigri quem ſpiritus orci
Perculit & triſti clauſit babilonia circo.
Ipſe diu ieiuna iacens ante ora ferarum
Atq; fameſcentes animalia ſęua leęnas
Indomitum fregit ſuperum pietate furorem.
Prętereo pulſum patria reducemq; camillum
Rapta panõpheo referentem ſigna tonanti.
Quis furor ingratos dux pręſtantiſſime ciues
Scypio? quę fortuna tuam tulit aſpera mentem?
Vt poſt euerſas tyrię carthaginis arces
Partaq; bellando libycę cognomina gentis
Cum tua conſiliis eſſet melioribus ętas
Vtilis & uires ad ciuica munera promptę
Iura fori & ciues & amatam liqueris urbem?
Num monuit pietas uirides ſeruata per annos
Publica priuatis pręferre negocia rebus?
Cauſa mali liuor: ſuffuſaq; lingua ueneno
Tot clara inuictę molita extinguere laudis
Facta: tot egregia partos uirtute triumphos.
Qui rigidos enſes: qui ferrea bella ſubegit
Exul ob inuidaim patria migrare relicta
Cogitur: & duros interuerſatur agreſtes.
Ad Cereris conuerſus opus moreſq; parentum

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Qui peluſiacę ſeruant cognomina lentis:
Et quibus illuſtrem fecere legumina famam:
Triptolemi curauit opes: imitatus Oſiris
Alcinoiq; ſenis ſtudium: ceu poſtea magnus
Cęſaris & ſceptri poſito ſplendore Diocles:
Hortorum didicit cultus. incidere uites:
Atq; piri ſecto malos infigere trunco:
Quo fit adoptatis lignum bis fertile ramis:
Humectare ſolum riuis: ferroq; bicorni
Pectere luxuriem terrę: redolentia ſulcis
Gramina uirgineos induta roſaria uultus
Lilia: narciſſos: uiolas. flentes hiacynthos.
Purpureiſq; crocum foliis: menthamq; thymumq;
Pangere & innocuis uitam traducere curis.

¶ Quē iuuat &c. Recitat liuoris atq; inuidię ſęua facinora. primo venditionē Ioſeph a fratrib⁹ ꝗ habeť geñ. xxxvii. Secūdo ꝑſecutionē qua ſaul dauida iuſtū ꝑſecut⁹ eſt ꝑ iuidiā vt habeť. i. Reg. xviii. vbi dicit ſic. Pręcinebāt mľieres ludētes atq; dicētes. Percuſſit Saul mille & dauid decē millia. Irat⁹ ē aūt Saul nimis: & diſplicuit ocľis ei⁹ iſte ſermo: dixitq;. Dederť dauid decē millia & mihi mille dederūt: ꝗd ei ſupeſt niſi ſolū regnū? Nō rectis ergo oculis Saul aſpiciebat dauid a die illa & deīceps. Poſt diē aūt alterā iuaſit ſpūs dei mal⁹ Saul: & ꝓphetabat ī medio dom⁹ ſuę. Dauid aūt pſallebat manu ſua ſicut ꝑ ſingľos dies. Tenebatq; ſaul lāceā & miſit eā: putās ꝙ cōfigere poſſet dauid cū pariete: Et declinauit dauid a facie eius ſecūdo. Et timuit ſaul dauid: eo ꝙ eſſet dñs cum eo & a ſe receſſiſſet &c. Et cap. ſequenti habeť quō declinauit tertio. cap. autem xxiiii. quō deꝑhēderat dauid Saulē ī ſpecula curātē vētrē vbi ora chlamydis ei⁹ abſciſſa dicit. Qui poti⁹ pr̄ mi vide & cognoſce orā chlamydis tuę ī manu mea quō cū ꝑſciderē ſūmitatē chlamydis tuę nolui extēdere manū meā



(c) 2006 Ministerio de Cultura

ĩte aĩaduerte q̄m nõ ē ĩ manu mea malū neq̃ ĩiq̄tas: neq̃ peccaui ĩ te Tu
aūt ĩſidiarĩ aĩę meę vt auferas eā. Ad quē Saĩ. Nūq̄d vox hęc tua ē fili mi
dauid. Et leuauit ſaul vocē ſuā & fleuit: dixitq̃ ad dauid. Iuſtior tu es q̄
ego &c. vbi ergo ĩter conuiuia ſcriptū repperi ac dimiſi quia nihil imu-
tare ꝯſtitui: legendū putē conuicia. Tertio occiſionē abel iuſti a cayn. q̄
habetur geñ. iiii. Quarto incluſionē daniel in lacu leonū: de qua habet
Camillus daniel. vi. Quinto exiliū Furii Camilli. de quo Pliniꝰ in vita eiꝰ. Furius
camillꝰ cū phaliſcos obſideret ac ludi litterarū magiſter principū filios
ad eū adduxiſſet: victū cū eiſdē pueris in vrbē redigendū eū & verberā-
dū tradidit. Statim phaliſci ſe ei ob tantā iuſtitiā dediderūt. Veios hye-
me obſidiõe domuit: deq̃ iis triūphauit. Poſtmodū eſt crimini datū ꝙ
albis equis triūphaſſet: & prædā inique diuiſiſſet: die dicta ab Apuleo
Saturnino tribuno plebis dãnatꝰ ardeā cõceſſit. Mox cū galli Senones
relictis ob ſterilitatē agris ſuis Cluſiū italię oppidū obſiderēt: miſſi ſūt
roma tres legati: qui gallos monerēt ab oppugnatione deſiſterēt. Ex iis
vnꝰ cõtra ius gētiū ꝓceſſit: & ducē ſenonū ĩterfecit: quo ꝓmoti galli pe-
titis ĩ deditionē legatis nec ĩpetratis romā petierūt: & exercitū romanū
apud halliā fluuiū occiderūt die xvi. kalēdas auguſti. q̄ dies ĩter nepha-
ſtos relatꝰ hallieñ. dictꝰ: victores galli vrbē ĩtrauerūt: vbi nobiliſſimos
ſenū ĩ curulibꝰ & honorū ĩſignibꝰ primo vt deos venerati: deĩde vt ho-
mines deſpicati ĩterfecere. Reliqua iuuētꝰ cū manlio in capitoliū fugit:
vbi obſeſſa Camilli virtute liberata ē. Qui abſens dictator dictꝰ collectis
reliq̄is gallos ĩprouiſos ĩternitiõe occidit. Populū romanū migrare vei-
os volētē retinuit. Sic & oppidū ciuibꝰ & ciues oppido reddidit. hec il-
Panõpheus le. Ob hoc ergo dicit poeta rapta panõpheo &c. Sane panõpheꝰ iuppi-
iuppiter ter dicĩ vt alibi recitauimꝰ q̄a ab oĩ lĩgua colaĩ. a ϖαн q̄d ē oē: & ομφн
Scipiõis exi q̄d eſt vox: vel ꝙ oĩm voces audiat. Quĩto exiliū Scipionis aphricani.
lium Cuiꝰ vitā ex eodē plinio alibi recitauimꝰ. Is a petilio atteio repetūdarꝫ
accuſatꝰ librū rationū ĩ ꝓſpectu ꝑpĩ ſcidit. Hac die ĩquit Carthaginē vi-
ci: q̄ſi bonū factū ĩ capitoliū eamꝰ: & diis ſupplicemꝰ. Inde ĩ volūtariū
exiliū cõceſſit: vbi reliquā egit ętatē. Moriēs ab vxore petiit ne corpus
ſuū romā referreĩ. hec pliniꝰ. q̄ eadē Valeriꝰ maximꝰ ĩ cap. de ĩgratitudīe
fere habet. Auctor aūt nr̄ dicit eū agriculturę ĩ exilio ĩdulſiſſe: more ma-
iorū q̄ a lētibꝰ lētuli denoĩati ſunt. & ſcipiões a ſcipiõe. i. baculo quo pri-
Peluſium mꝰ eiꝰ agnoĩs ſuffultꝰ ĩceſſit. Lētē aut peluſiacā vocat ſicut maro georg.
i. dicēs. Nec peluſiacę curā aſpnabere lentis: a peluſio q̄d vnū eſt de ſeptē
Triptolemꝰ oſtiis nili vbi optima lēs naſciĩ. Opes aūt triptolemi erāt fruges. Tripto-
lemꝰ enĩ fuit teſte ouidio faſtorū. iiii. filiꝰ Cęloi & męnalinę: ad quos cū
ĩ loco q̄ nūc cerealis eleuſis diciĩ: ipſa ceres q̄rēs ꝓſerpinā deueniret hec

(c) 2006 Ministerio de Cultura

cęloi rura fuerāt ſenis: triptolemuſq; eorū filiꝰ ī cunis degerat dū nocte
pr̄ & mr̄ dormirēt gremio ſuſtulit illa ſuo. Terq; manu pmlxit eū & tria
carmina dixit: & īde acceſo foco obruit humanū purget vt ignis opꝰ Ex
cutit ſōno ſtulte pia mr̄ & amēs Quid facꝭ exclamat: mēbraq; ab igne ra
pit Cui dea: dū nō vis/ inqt/ ſcelerata fuiſti Irrita materno ſūt mea dona
metu. Iſte quidē mortalis erit: ſed primꝰ arabit Et feret: & culta pmia tol
let humo. Sane iuſtino referēte lib. 2. & Capella de nuptiis mercurii vſū
frugū ī ptibꝰ atticis primꝰ adiuenit. Studiū oſiris erat agricultura dicen
te tibullo. Primꝰ aratra manu ſolerti fecit oſiris Et tenerā ferro ſollicita- Oſiris
uit humū. Primꝰ ī expte cōmiſit ſemina terræ Pomaq; nō notis legit ab
arboribꝰ. Hic docuit tenerā palis adiūgere vitē. Hic viridē dura cędere
falce comā. Fuit aūt filiꝰ iouis ex niobe filia phoronei: primo argiuorū
deide ęgiptiorū quoq; rex: q ab ęgiptiis cū eſſet iſidis maritꝰ ob iuēta p Sm..
deo habitꝰ eſt. vt late recitat Tortel. Studiū aūt alcinoi erat pcipue hor-
torū. nā alcinoꝰ Nauſithoi filiꝰ teſte homero odiſſeę. vii. rex pheacū fu Alcinoꝰ
it iuſtiſſimꝰ: & diligēs hortorū cultor vñ georg. 2. Pomaq; & alcinoi ſil
uę. i. arbores pomiferę: qs ille ī pulcherrimā formā ordinauerat. ad hūc
naufragꝰ appulſus vlyxes: honorifice & regio puiuio ab eo acceptꝰ erro
res ſuos narrauit. Diocles vero (qđ nomē īterptatꝰ iouis gl'ia) in hiſtoriis Diocles
laudatꝰ: eiuſq; meminit Plutarchꝰ ī vita romuli: ſꝫ hic p diocletiano po Diocletianꝰ
ſitū exiſtimē: Is enī īperiū vna cū maximiāo dimiſit & apud Salonas ſe
recipiēs reliquū vitę ſuę tēpꝰ priuatꝰ officio ī qete duxit. Propter metrū
aūt qđ diocletianꝰ īgredi neſcit diocles hic ponit: niſi dicamꝰ diocletia-
nū dioclē debere dici: quo mō octauiū recte dixeris quē vulgꝰ octauia-
nū agpellat. Merito aūt diocles appellatꝰ is diocletianꝰ q ſe vt deū ado-
rari & ſalutari ab oībꝰ pcepit. Sed ad ordinē accedo q talis ē. Is ſup. quē
iuuat. i. delectat cognoſcere varias fraudes iſtiꝰ. ſ. mōſtri neqſſimi videlꝫ
iuidię: & depndere p ſigna. i. idicia apta: venenū latēs. i. occltatū ī pecto
re iuidi: cernat mltiplices caſus & lōga picl'a iuuenis. ſ. Ioſeph: fatidici. i.
fata hoc ē futura dicētis atq; ſōnia īterptātꝭ: q dū narraret parēti. ſ. iacob
ſōnia pſaga. i. pſagiētia rē futurā (vñ dixit Gen. xxxvii. Vidi p ſomniū
quaſi ſolē & lunā & ſtellas xi. adorare me. qđ cū fratribꝰ retuliſſet icrepa
uit eū pr̄ ſuꝰ & c. īpe actꝰ. i. detruſus ſub altā humū. i. ī ciſternā: liuore. i. p
iuidiā fratrū. ſ. filiorū iſrael: migrauit tādē ad arces pharias. i. ægiptias.
Genitor. i. pr̄ huiꝰ. ſ. iuuenis: hoc eſt Iacob pr̄ Ioſeph: vt. i. poſtq̄ cogno
uit amictꝰ īfectos. ſ. ſanguīe hedi: & vidit tunicas pueri rubētes cęde. i. ſā
guīe mēdaci. i. aliud q̄ erat idicāte. erat enī ſanguis hirci & putabatur ab
Iacob ſanguis Ioſeph. Clamauit. ſ. Iacob. heu fera ſęuiſſima. i. (vt ibidē
dicitur) peſſima: abſtulit. i. deuorauit filiū meū. quia iuidia hoc fecerat



(c) 2006 Ministerio de Cultura

fera nimirū peſſima effecerat: ſed de alia fera intellexit pater) & cōfecit.i. conſumpſit canos.i. dies ſenectutis ſuę amaro luctu. Aſpice cōuicia ſaulis.ſ. primi regis iudeoꝝ telo cōtorto.i. haſta ī dauida cōtorta: & plāct⁹ .i. mœrores ſatos īuidia.i. ꝑ īuidiā īter puiuia.i. cū accūberet: aut īter cōuicia: cū placidiſſime a dauid obiurgaret: & aſpice dauida.ſ. regē inopē comitū.i. īter deſerta errātē: ire cū turba paupe: ære videlicet alieno obſtructa: ꝑ mōtes abruptos: appoſitorie: cacumina deſerta: & neſcire certā domū: & ſmo.ſ. dauidis: potuit miteſcere.i. mitē facere (id tñ ſat; abuſiue: nā miteſco ē ītrinſec⁹ quaſi ꝑ me mitis fio: nō aūt mitē facio) regē.ſ. ſaulē: deprēnſum.i. circūuentū: ſub ātro.i. ī ſpelūca ī quā deſcēderat curandi corporis gratia: ſi liuor tabificus.i. tabē hoc ē corruptū ſanguinē & lētā deſiccationē humorū generās nō vitiaſſet.i. corrupiſſet: ītima pectora.i. ꝑcordia.ſ. ſaulis. Quid.i. ad qd.q.d. fruſtra cū notiſſimū ſit: referam primos fratres appoſitorie: ſemina diſcordia.ſ. caym & abel (aut ſi mauis abelē) & qd referā ſcelus.ſ. alteri⁹ hoc ē caym: nā abel iuſtus erat: & quid referā cāpos madentes cęde germana.i. fraterna: hoc ē fratris ſꝫ abel. Ego ꝑtereo vatē.ſ. danielē quē ſpūs nigri orci.i. īferni: hoc ē ſpūs īuidię: ꝑcutit.i. laceſſiuit & quē babilonia.i. darius rex babilonię vrgēte populo: clauſit circo.i. lacu leonū triſti: qa famelico & ita terribili. Ipſe .ſ. daniel: iacēs diu añ ora ferarū.i. ferociū leonū: ieiuna: atqꝫ ꝑ.i. āte leenas fameſcentes appoſitorie ſęua.i. īmitia aīalia: fregit pietate ſuperū.i. dei & āgelorū cultu: furorē īdomitū.ſ. regis darii: Ego ꝑtero camillū.ſ. furiū pulſum.ſ. ꝑ iuidiā & criminationē apulei: patria.ſ. roma: & reducē.i. reductū & reuocatū ī patriā referentē.i. reſtituētē ioui panōpheo.i. omī voce culto: ſigna.i. vexilla: rapta.ſ. a gallis ſenonib⁹. O ſcipio aphricane ꝑſtātiſſimę dux: qs furor.q.d. nō ali⁹ ꝗ liuoris: & ꝗ fortuna aſpatulit.i. abſtulit tuā mētē: vt liqris iura fori & ciues & amatā vrbē: poſt arces chartagis tyrię.i. ī tyro cōſtructę euerſas.ſ. a te: & poſt cognomīa gēt; lybicę.i. poſtꝗ deuicta aphrica aphrican⁹ appellat⁹ es: pta.i. acqſita: bellādo: cū tua ętas eēt vtilis meliorib⁹ cōſiliis: ꝓpter experiētiā.ſ. rerū ꝗ carentes iuuenes cōſtat nō eē prudētes: & cū vires eēnt tibi prōptę.i. expeditę: ad munera.i. officia ciuica. Num.i. nūqd: pietas ſeruata ꝑ ānos virides.i. iuueniles: monuit ꝑferre: reb⁹ priuatis.i. ꝓpriis tibi: negocia.i. munera publica? q.d. ſi monuit nō tñ id feciſti. ſꝫ cauſa mali fuit ſup. liuor.i. iuidia: & lingua ſuffuſa veneno.ſ. iuidię hoc ē maledica: molita.i. conata cū mole.i. difficultate: extinguere.i. delere e memoria hoīm: tot clara facta iuictę laudis.i. digna iuicta laude: & tot triūphos partos.i. acquiſitos: egregia.i. nō vulgari ſꝫ excellēti virtute: Is ſup. videlicet ſcipio aphricanus qui ſubegit.i. compeſcuit & domuit: rigidos enſes & ferrea

(c) 2006 Ministerio de Cultura

bella cogit ob iuidiã migrare.i.derelinqre locũ habitatiõis & patrię ſuę & qrere nouas ſedes:exiſtẽs exul & hoc patria relicta:& verſat inter agreſtes duros.ſ.ad tolerãdos labores:cõuerſus ad opus cereris.i.ad agriculturã:& ad mores parẽtũ.i.maiorũ ſuorũ:q ſeruãt cognoĩa.i.cognationis noĩa:lẽtis.i.a cultura lẽtis peluſiacę.i.optimę qualis eſt puluſiaca:iuxta peluſiũ oſtiũ illud nili. Tãtũ eni ſtudiũ agriculturę fuerat priſcis romanis vt q qđuis leguminis aut frumẽti gen⁹ egregie coleret:inde ĩ laudẽ ſuã cognationis nomẽ duceret:vñ ſũt fabii a fabis:piſonis a piſis ſeu vt alii volũt a pinſẽdo:lẽtuli a lẽte.cicerones a cicere &c.& qb⁹ legumia .i.lẽtes q̃ manu legunt:q̃uis minores metãtur aut ſerãtur. fecere famã illſtrẽ.i.clarã.i.q lẽtuli dicti ſũt.& curauit opes triptolemi.i.illi⁹ regis agriculturę ĩ ſuis locis ĩuẽtoris:vt ĩnuit virg.di.i.georg.vnciq; puer mõſtrator aratri.& tibullus vt recitauim⁹:imitat⁹ ſtudiũ.i.exercitiũ ſtudioſũ oſiris:regĩ ęgiptii vbi agriculturã docuit:& alcinoi ſenis.i.illi⁹ regĩ phęacũ q ĩ ſenecta cultũ hortorũ exercuit:ceu.i.ſicuti magn⁹ diocles.ſ.ĩperator diocletian⁹ poſt egregia facinora:ſplẽdore cęſaris & ſceptri.i.cęſarei ſceptri:hoc eſt ipii depoſito:didicit cult⁹ hortorũ:didicit videlʒ icidere.i.putare vitęs:atq; didicit ĩfigere.i.ĩſerere trũco pini:illi⁹ arboris: ſerto.i.fiſſo:malos.i.ramũ ſeu ſurculũ arborũ maliferarũ:mala aũt ꝓprie ſunt q̃ vulgo poma vocãtur:ſed pomũ generale eſt vocabulũ oĩm habẽtiũ corticẽ teneriorẽ:itaq; pira ſunt poma ſed non mala. Et didicit quo.i.ꝑ quid lignũ fit bis fertile.ſ.quotãnis.i.quõ mali & piri cæterę q; arbores pomiferę fiãt biferę:ſicut fici paſſim repiũtur in italia.& hoc ramis.ſ.alterius arboris:adoptatis.i.in filiationẽ quãdã per naturę coagulũ acceptis:(Eſt ergo hoc aptiſſime dictũ vt & alia multa)Et didicit humectare.i.irrigare humum riuis:& didicit pectere.i.attenuare & opprimere pectendo:ferro bicorni.i.ligone aut bidẽte:luxuriem.i.ſalacitatẽ ac pinguedinem terrę luxuriam ſegetum facientis:& didicit pangere.i. ꝑ ordinẽ cõponere gramina redolẽtia ſulcis.i.herbas odoriferas:& frutices odoros vt roſaria induta virgineos vult⁹:& lilia & narciſſos & violas.& hiacynthos flẽtes.i.qui ex puero flẽte & aiace gemẽte primũ nati finguntur.& crocũ.i.florẽ croci purpureis foliis:& mẽthã:& thymũ.i. herbas illas odoriferas:& didicit traducere vitam curis innocuis.i.ſollicitudinibus nemini nocentibus.

Fabii
Piſones
Lentuli
Cicerones

Vnde uiro forti damnum parat:inde ſalutem
Gignit:& ipſe ſuo cadit ictus uulnere liuor.
Pluribus excelſa uel opum uel honoris ab arce



(c) 2006 Ministerio de Cultura

Profuit ad modicę ſortis cecidiſſe quietem:
Sicut enim quando rutilat noctemꝗ rubenti
Ore fugat carbo in cineres atramꝗ fauillam
Soluitur: extinctis ſi ceſſerit ignibus ardor
Sęcula nulla timet: ſic mens humana ſuperbo
Tabeſcit faſtu: rebuſꝗ elata ſecundis
Torpet at exſecto uiret euigilatꝗ tumore.
Incœptum repetamus iter: miremur auerni
Militiam famis & morbi pugnęꝗ parentem:
Zoilus his actus ſtimulis: hoc percitus œſtro
Inachis: & quondam populos cum uenit ad hoſdem
Diuinum audaci dum carperet ore poetam:
Seu ſmyrnę ſeu Meonii Colophonis alũnum
Regis ad imperium pino ſuſpenſus ab alta
Triſtia niliacę fecit ſpectacula plębi.
Sic pereat: quicunꝗ pios auferre labores
Nititur: & ſacro uatum non parcit honori.

¶ Vñ viro &c. Proſeqũ cętera iuidię facinora: ꝑmittẽs iuidiã iuiſis aliqñ ꝓfuiſſe: nũq̃ tamẽ inuidẽtib⁹: idꝗ docet exẽplo ſuprapoſito ſcipiõis videlʒ: q per iuidiã exul fact⁹: lęta ocia obtinuit trãquillę vitę. Multoꝝ extãt exempla qui ꝑ inuidiã volẽtiũ eos deprimere exaltati ſunt: vt hercules q per iuidiã iunonis: & bellorophon ꝑ inuidiã ſtenobœę & Iaſon ꝑ inuidiã ac odiũ pelei &c. Oſtẽdit aũt exẽplo ʒoili multos per inuidiã ſibi nocuiſſe.. Zoilus enĩ cũ libros aduerſus iliadẽ atꝗ odyſſeã ꝑclariſſima homeri opera cõpoſuiſſet: alexãdriã veniẽs recitauit eos ptolemeo regi. qui cũ aiaduertiſſet poetarũ parentẽ imerito abſentẽ vexari nullũ illi reſponſum dedit. At ʒoilus cũ diu fuiſſet in regno tandẽ inopia oĩm

Zoilus

(c) 2006 Ministerio de Cultura

rerū cōpulſus regē adiit rogās vt dari ſibi aliquid iuberet. Tū rex. home
rus q̄ ante ānos mille deceſſit quo ꝑpetuo tot milia hoīm paſcit: quare
tu quoq; debes q̄ meliori ingenio te ꝓfiteris nō modo vnū: ſed etiā plu
res alere poſſe. Quo reſpōſo tali rege digno ille repulſ⁹ parricidii poſtea
dānat⁹ ac cruci affix⁹ eſt: & q̄a homerū laceſſiuit atq; flagellauit: home
romaſtix appellat⁹ ē: & ab eo cęteri bonorū virorū carptores. Sane ho homeroma
merus princeps nimirū poetarū matre quę: teſte herodoto eritheis ap- ſtix
pellabat̄: natus quē patrē habuerit & quā patriā dubitat̄. Ariſtoteles eni Homerus
lib. iii. de arte poetica dęmonē quedā (vt ait plutarch⁹) illi⁹ patrē fuiſſe
dicit: alii męonē regē: quē ariſtoteles & ei⁹ ſequaces alūnū ei⁹ tantū vo-
lūt: alii miletē fluuiū: alii aliū: De patria aūt ei⁹ ſic legit̄ apud A. gelliū.
Septem vrbes certāt de ſtirpe īſignis homeri Smyrna. rhodos. colophō
ſalamin. ius. argos. athenę. vñ Cicero ꝓ archia poeta ſic ait. homerū co
lophonii ciuē ſuū eſſe dicūt Chii ſuū vēdicāt: ſalaminii repetunt. Smyr Smyrna
nii vero ſuū eſſe cōfirmāt. hec ille. Eſt aūt ī moenia regiōe phrygię vrbs
q̄ a multis homeri patria dicta eſt vt ſcribit Strabo lib. xii. Ariſtoteles ve
ro vt plutarchus refert ſcribit Męonē lydorū regē homerū ꝓ ſuo nato
educaſſe. Antipater aūt epigrāmatic⁹ ita dicit. Dicerꝫ ab multꝫ colopho
nis alūn⁹ homere. Hic te ſmyrneū credit at ille chiū. Qui & ion quidā:
quidā ſalamina ſupbā Teſſaliā multi te genuiſſe ferūt Sūt & q̄ memorēt
aliis te ſedibus ortum Sic variis natus crederis eſſe locis. Dicere ſi liceat
mihi phœbi oracula: cęlum Certa tibi patria eſt calliopea parēs. Pinda-
rus quoq; homerū tū chiū tū ſmyrneum fuiſſe ait. Simonides chium.
Ariſtarchus colophoniū Ephor⁹ cumeum: quidā etiam Salaminium
quidam argiuū. Dionyſius thrax athenienſem putauit. Sane colophō Colophon.
vrbs eſt in lydia. Ordo eſt. Liuor gignit viro forti inde ſalutem vnde pa-
rat. i. prętendit ei damnum: & ipſe liuor ictus ſuo. i. proprio vulnere ca-
dit. i. intercidit. Profuit. i. vtile fuit pluribus. i. valde multis cecidiſſe ab
excelſa arce opū. i. diuitiaꝝ & honoris: ad quietē. i. ocia modicę ſortis. i.
cōditionis ſeu fortunę. Eni ꝓ quia ſicut carbo. i. pruna ardēs: q̄n rutilat
. i. reſplēdet & fugat ore rubēti. i. ardēti: noctē. i. tenebras ſoluitur. i. reſol
uit̄ & diſſipatur in cineres & fauillā atrā. i. ſubliuidā & lāgueſcētē flāmu
lā: ſi ardor. i. ſplendor ille ceſſerit. i. fuerit ignibus extinctis: nulla: id eſt
non vlla: nō timet vlla ſęcula. i. cōſumptionē vilius tēporis (Eſt exēplū
aliquātulū obſcuri⁹. Nā vel hoc dicit. Sicut carbo ignit⁹ dū fulget pau-
latī cōſumit̄: at dū ſopit̄ & cinerib⁹ occulit̄: diu cōſeruat̄: ſic mēs elata ꝓ
ſperis rebus elangueſcit: & ſopita aduerſis vires acquirit. Aut hoc Sicut
carbo ignitus & rutilans paulatim abſumit̄: dū ignis qui carbonē cōſu-
mit ſe in requiē. i. ſpherā ſuā recepit: vbi ꝑpetuus eſt ſꝫ nobis nō videtur



(c) 2006 Ministerio de Cultura

ita mens q̄diu in rerūpub. negocio verſat̄ cū ꝓſperitate: reſplēdet q̄dē ſꝫ cōſumit̄ atq; elāgueſcit: q̄a tēporalib⁹ ſtudet: at quieti dedita vires acquirit: & ęternis īnitit̄.) Sic igit̄ mens humana: tabeſcit. i. lente corrūpit̄ & cōſumit̄: ſuperbo faſtu. i. magno ſtrepitu fortunę: & ip̄a elata ſecūdis. i. ꝓſperis reb⁹: torpet. i. tarditate friget & quaſi congelat̄: & ip̄a viret. i. creſcit & viget: & euigilat: tumore. ſ. ſuperbię & faſtus execto. i. reciſo & de medio ablato. Sed repetamus (inquit poeta) iter īcœptū. i. redeam⁹ ad inſtitutū: quod ē īuidiæ mala detegere: Miremur militiā īferni parētem famis & morbi & pugnę. ſ. īuidiā. Zoilus: mal⁹ ille atq; īuidus poetaſter rep̄henſor homeri: actus his ſtimulis. ſ. īuidię: & percit⁹. i. inſtigatus: hoc œſtro. i. hoc furore: inachis. i. quali inachis. i. io filia īachi argiuorū regis impulſa cū in vaccā eēt īmutata: in ęgyptū ꝓfugit (Eſt enim
Oeſtrum œſtrū volatile paruū boues ī furorē agitās: cui nomen aſilum romanū eſt vt dicit Virg. geor. iii. capit̄q; ꝓ furoris incētiuo vn̄ Iuuenal̄ ſaty. iii. Nō cedit Veiento: ſꝫ vt phanaticus: œſtro Percuſſus bellona tuo diuinat) & cū venit quōdā. ſ. tpe ptolemei regis: ad hoſdē. i. hos eoſdem ad quos io ꝑuenit videlicet ęgyptios pp̄los: dū carpet audaci. i. temerario ore poetā diuinū. ſ. homeꝝ: alūnū ſeu ſmyrnę. i. illi⁹ vrbis ī phrygia ſeu colophonis mœonii. i. mœonis lydoꝝ regis: & colophonis. Ip̄e zoilus ſuſpēſus ad. i. iuxta: ip̄iū reḡ. ſ. ptolemei: ab alta pino: fecit triſtia ſpectacula plebi niliacę. i. ęgyptię. Vn̄ infert poeta. Sic pereat q̄cūq; nitit̄ auferre pios labores: & q̄ nō parcit ſacro honori vatū. i. poetaꝝ q̄ vates fere ſūt.

Cętera dicturum ſuper his crudelis imago
Terruit immanis monſtri uenientis ad auras
Impete cum magno: fuſis per terga colubris
Circum equitant dominam furiæ: manibuſq; flagella:
Vincula. flāmiuomaſq; faces. & ſanguine tincta
Tela ferunt: uehitur plauſtro ſtridente ſupellex
Martia: loricæ. clipei. galeæq; micantes:
Conorūq; iubæ: ſtrepituſq; auditur equorum.
Et procul hinnitu campus ſonat omnis acuto.

¶ Cętera dicturū. Bono ordine progredit̄ ad tertiū mōſtrū. i. īuidiā de

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ſcribendũ dicẽs ſe illius ĩmanitate ĩpeditũ quo minus cętera q̃ de ĩuidia reſtant perſequeret̃: Purgat ergo ſeſe ſi min⁹ plene de ĩuidia locutus ſit: ſimulqꝫ progreſſum facit: deſcribens irę habitũ ac diſpõtionẽ. Ordo eſt. Crudelis.i.terribilis imago ĩmanis mõſtri.ſ.irę: terruit ſup.me dicturũ .i.dicere volentẽ vel q̃ alioquin dicturus erã: ſup.i.de.his.ſ.iuidię malis cętera.i.reliqua exẽpla: mõſtri dico veniẽtis cũ magno ĩpete (A ntõ impes: q̃uis ſint q̃ a ntõ ĩpetus nõ recte deducãt) ad auras.i.in lucẽ. & hoc colubris.i.anguib⁹ fuſis per terga. eos enĩ furię habere fingũtur forte qꝫ iracũdi ſemp inflatiores ſunt: quaſi anguibus afflati ſint. Aut ordo ẽ. furię.ſ.infernales circũequitãt dominã.ſ.irã: q̃a ira furor breuis eſt: & hoc colubris fuſis p̃ terga furiarũ: & furię ſup.ferunt.i.portant manibus flagella & vincula & faces flãmiuomas.i. flãmas euomentes & tela tincta ſanguine. Supellex martia.i.inſtrumentũ bellicũ vt loricę. clipei. galeæ micãtes: & iubę.i.criſtę conorũ.i.ſummitatũ galearũ vehitur plauſtro ſtridente.i.ęreo aut ferreo. & ſtrepit⁹ equorũ (quia bello armãtur equi) auditur & oĩs campus ſonat procul.i.de longe acuto hinnitu equoꝝ.ſ. ferociũ. hoc eſt iã erũpit ira cũ oĩb⁹ miniſtris ac iſtrumẽtis ſuis veniens.

## Monſtrum tertium: Ira.

IRa minax: odiiqꝫ parens: mauortis alũna:
Secum agit indomitum ſtygia de ſede furorem
Stentorea qui uoce tonat: qui gutture lato
Fulminat: & rauco reſonans clamore fugacem
Pantagiam ſuperat: mugire tonitrua dicas:
Horrificaqꝫ fremens ęratas uoce cohortes
In rigidos enſes alternaqꝫ uulnera mittit.
Sanguinolenta graui uibrans haſtilia ferro
Bella ciet: rixaſqꝫ mouens: hoſtemqꝫ laceſſens
Labra manuſqꝫ tremit: ſcintillant lumina toruis
Fulta ſupercilijs. ſtrepit & conuitia iactans
Bacchatur. ſi forte aliquo nequit obice pœnas

BIBLIOTECA ... DE TARRAGONA

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Sumere:uindictas in idonea tempora differt:
Fitq̧ odium:quod longa fouens incendia pectus
Vrit:& accenſis lambit præcordia flammis:
Nil penſi nil mentis habet:cito mobilis:expers
Conſilii.uolat in pugnam:retinacula rumpit.
Lege modoq̧ carens:rabido ſtimulata calore
Non ignes non arma timet:flammantia tantos
Pectora concipiunt accenſi ſanguinis ęſtus.

Stentor — IRa minax. Deſcribit ĩpetuoſitatẽ atq̧ vehementiã irę dicẽs eã haberevocẽ ſtẽtoreã. Stentor aũt vt docet homerus lib. v. iliados quinq̃ginta virorꝶ vocẽ ęquabat. Eius verborꝶ ſenſus hic ẽ. Hic cãdida Iuno: Magnanimo ſimilis iã ſtẽtori: cuiꝰ hiatꝰ tãtꝰ erat vociſq̧ ſonus ſup aera quãtus Quĩquagĩta ſimul cũ clamãt ora virorꝶ. Pantagia — Pãtagia vero fluuiꝰ ẽ ſicilię rapidiſſimꝰ: q teſte Seruio olim cũ plenꝰ ĩcederet implebat ſonitu pene totã italiã: vñ a παντα. i. oĩa & ago quaſi oĩa agitans terrore ſonitꝰ dicĩt: poſtea aũt a cerere q̃rente filiã ſuã ꝓſerpinã tacere iuſſus fingĩt obticuiſſe. Cętera ex ordine patebũt q talis ẽ. Ira minax. i. aſſidue minans: & parẽs. i. mater odii: qa odiũ ẽ cõtinuata ira: & alũna. i. nutrix: mauortis. i. belli. agit. i. ĩpellit ſecũ: ĩdomitũ furorē: de ſede ſtygia. i. triſtitię ĩfernalis: q. ſ. furor: hoc ẽ q herĩnis: tonat voce ſtentorea. i. quãta olim ſtẽtor ĩtonuit: hoc ẽ quĩquagĩta virorũ: q fulminat lato gutture. i. exhalat fulmẽ & ęſtũ iracũdiæ: & reſonãs clamore rauco . i. effracto: ſuperat. i. excedit: pantagiã. i. fluuiũ illũ ſicilię: fugacem. i. aſſidue inter ſaxa labentẽ per modũ fugiẽtis. Tu dicas. i. dicere poſſis: tonitrua mugire. i. intonare & ipſa fremẽs horrifica voce mittit cohortes . i. acies: æratas. i. armatas ĩ enſes rigidos & vulnera alterna. i. alternatim inferenda: & vibrans. i. quatiens: haſtilia ſanguinolenta. i. cruentata lato ferro. i. habẽtia latũ ferrũ: ciet. i. cõmouet & excitat bella: & ipſa mouens rixas: & laceſſens. i. irritans hoſtem: tremit manus & labra. i. habet manus & labra tremẽtia. Lumina. i. oculi eius: fulta. i. ſuſtentata: toruis . i. terribilibus & intortis ſuperciliis: ſcintillant. i. ſcintillas emittũt: aut micant: ſtrepit. i. ſtrepitum facit: & bacchatur. i. currit furibunda more bacchantiũ: iactans conuitia. i. contumelias: & ſi ipſa nequit forte ſume

(c) 2006 Ministerio de Cultura

re pœnas aliquo obice.i. obiecto aut obſtaculo facto: differt vindictas
in tempora idonea.i.opportuna ſed quia hoc odii potius eſt: ſubdit: &
fit odiũ: quod ſup. odium fouens longa incendia vrit pectus: & lambit
.i.molliter vrit pręcordia.i. vicina cordi: flãmis accenſis: & nil.i.non ali
quid: ipſa non habet aliquid penſi.i.per pondus & moderationem per-
ſpecti aut ꝓuiſi: & nil mentis.i.rationis: exiſtens cito mobilis & expers
conſilii: volat in pugnam: ſtimulata.i.impulſa: calore rabido: carens le
ge & modo: non timet ignes: nõ timet arma: pectora flammantia.i.in-
cenſa furore concipiunt tantos.i.tam magnos ęſtus.i.tam magna incẽ-
dia ſanguinis accenſi. Aut quia acclamatio eſt: Cõſtruat̃ ſic. Tãtos ęſtus
accenſi ſanguinis concipiunt ipſa pectora flammantia. Sępe enĩ (vt grã
matice loquar) quod poſt regitur pręconſtrui vult.

Quo ferat immanis furor & grauis impetus iræ
Fabula teſtiadæ priſcis monet eruta chartis.
Cum ferus Oenides aprum Calidonia rura
Vaſtantem premeret procerum ſocialibus armis
Auxiliiſq; canum: ſpumanti concitus ira
Fulmineoq; fremens æthola per agmina dente
Irrumpebat aper: non illum denſa uirorum
Turma nec hinnitus celerum tremefecit equorum.
Strennuus arrectis hirſuto tergore ſetis
Flammiferis oculis ſyluas & retia rumpens
Qua furor urgebat rapido per ſpicula curſu
Perq; canum rictus uenabulaq; ipſa ruebat.
Non ſecus hæc rabies ardenti percita bile
Luminibus cęcis per aperta pericula fertur.
Felſineos totiens ciues in dira coegit
Excidia: & furiis trepidam inuoluentibus urbem

(c) 2006 Ministerio de Cultura

In ferrum ruere:atq; ſecuribus ardua tecta
Detrahere & patrios flammis uiolare penates
Compulit:antiquoſq; patrum delere labores.
Sed poſtq̃ domitis ſcelerum ceruicibus auctor
Occidit:& rutilos Serrę concordia dentes
Signa tulit primis populus cum patribus alte
Defixis urbana quies radicibus heſit
Atq; gra du ſemper manſit reſpublica firmo.

¶Quo ferat ĩmanis &c. Vt in ſuperiorib⁹ mõſtris : ita hic quoq; varios irę effect⁹ recitat:Et primo irã ꝑ aprũ maleagriũ ſignificatã oſtendit:de quo viii. metamor.ſatis late habeť. Ordo eſt. Fabula theſtiadę. i. Toxei aut plexippi theſtii filii:vñ metamor. viii. Et duo theſtiadæ &c. eruta.i. decerpta:chartis.i.codicib⁹ & libris:priſcis.i.antiquis monet:quo.i.ad quẽ effęctũ ĩmanis furor:& grauis ĩpetus irę ferat.i.ĩpellat. Cũ.i.quãdo fer⁹.i.ĩmanis œnides.i.meleager ęnei filius:premeret.i.peſſũdaret aprũ vaſtantẽ rura calidona.i.iuxta calidona ciuitatẽ ętholię : premeret dico armis ſocialib⁹.i.ſocialiter illatis:procerum.i. primorũ regni : & auxili is canũ:ipſe aper .ſ. concitus ira ſpumãti canũ : & fremẽs fulmineo dẽte ꝑ agmĩa ęthola.i.ętholię regiõis irrũpebat. dẽſa.i.freq̃ns turma virorũ nõ tremefecit illũ.ſ.aprũ:nec hĩnit⁹ ſcelerũ.i. velociũ equoꝝ tremefecit illũ. & ĩpe ap ſtrenu⁹.i.acer & vehemẽs: & hoc ſetis ei⁹ arrectis.i.rigeſcẽti b⁹ qđ ſignũ iracũdię eſt:tergore hirſuto.i.ꝑ terg⁹ hirſutũ ſeu ſetoſũ:rũ pẽs ocłis flãmiferꝫ ſiluas & retia:ĩpe ruebat.i.ꝑcipitãter currebat:ea ſup. q̃ furor vrgebat ꝑ ſpiciła curſu rapido. i.feſtino. & ruebat ꝑ ict⁹ canũ & ꝑ ĩpa venabula.i.ĩſtrumẽta venatoria vt ſũt cuſpides. Hęc rabies.ſ.ira:ꝑci ta.i.ꝑculſa:ardẽti bile.i.vehemẽti colera:ferť.i.ĩpelliť nõ ſec⁹.i.nõ aliter cęcis luminib⁹.i.ꝓpter cęcitatẽ ſuã ꝑ pericula apta.i. manifeſta. Sup.ira aut hoc mõſtrũ coegit totiẽs ciues felſineos.i.bononiẽſes vñ ĩ vita.ſ.lu douici. Felſina dicta fuit ſermone bononia priſco. in dira excidia:& fu riis inuoluentibus trepidã vrbẽ ruere in ferrum:atq; detrahere ſecurib⁹ aurea tecta Ft hoc monſtrum compulit violare flãmis penates patrios: & delere antiquos labores patrum : id eſt inſignia maiorum Sed poſtq̃ auctor ſcelerum occidit ceruicibus eorum domitis:& tulit dẽte ſerræ. i.

illud inſigne factionũ earũ: appoſitorie: ſigna cõcordia: ferrę. i. illius inſtrumẽti. cũ. i. qñ popľs tulit cũ primis patribꝰ ſigna cõcordia ferrę: qes vrbana. i. q̃ verſati vrbibꝰ: heſit: radicibus defixis alte atqꝫ reſpu. manſit ſemꝑ firmo gradu. i. poſtq̃ expulſis reliqs regnare cœpit pars bentiuolorũ q ferrã aureis dentibꝰ ꝓ inſigni ſuo habent: pax firma facta eſt. Expulſis. ſ. & ſubiectis aliis qui reſiſtere aut bella mouere poterant.

Hæc eadem rabidum conuulſo pectore ſyllam
Ora cruentatum furibunda animamqꝫ uomentem
Sacrilegam celeri rapuit ſub tartara fato.
Viſcera natorum manibus lanianda paternis
Prębuit Alcides quom luſus imagine falſa
Sanguine fœdauit lęta dulciqꝫ fruentem
Pace domum. fuit ira uirum quæ luſit imago.
Ira draconigenas acies cadmiqꝫ nepotes
Fraternaſqꝫ manus alterna cęde rubentes
Implicuit longis bellorum ambagibus: ira
Diruit excelſas urbes: atqꝫ inclyta quondam
Oppida: regaleſqꝫ domos euertit abactis
Ciuibus: aerias turres deiecit: & arcus
Clara triumphales ueterum monumenta laborum.
His accenſa focis italos pulcherrima regna
Et magni ſpecimen mundi uexare coacta eſt
Barbara ſęuicies & inhumani fera uulgi
Colluuies: Roma indicio eſt. Syllanaqꝫ tuſcis
Vrbs diuiſa uadis: necnon regina caputqꝫ

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Hetruſcæ quondam modo ſola Bononia gentis.
Et uetus aprico recubans in culmine Derton
Cuius adhuc extant uacuis ueſtigia campis:
Semirutę moles:lapidum fractęq; columnę.
Vincula:ſingultus:lachrymas:ſuſpiria:planctus:
Pallorem:uigileſq; metus:tormenta:cruceſq;:
Verbera:peſtifero rorantia tela ueneno
Protulit:atq; feris hominum crudelibus artus
Obiectans:uariis impleuit cladibus orbem.
Hinc multæ exilio gentes aliena ſequutæ
Regna ſuis orbę patriis:ſic filia quondam
Tireſiæ.gemini Manto poſt dura Creontis
Seruitia in Venetis molita paludibus urbem
Vixit:& extructę ſua nomina tradidit arci.
Laomedontiadem teucrum ſalamina petentem
Expulit ira patris. Quid te Neiphylas Helle
Quid profugum memorem phrixum ſęuūq; athamanta?
Atq; nouercales furias odiumq; minaſq;?
Adde Miceneum pœnas & funera regem
Matri intentantem:mœſtaſq; agamēnonis ædes:
Atq; ſophocleo celebratos carmine planctus:
Adde phryges geminos Antenora fluctiuagumq;
Aeneam ignotum decorantes mœnibus orbem.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Hos alioſq́ irę patriis a finibus actos
Longa per exilia & caſus miſere ſiniſtros:
Hac rabie ſuccenſa feram priameia cōiunx
Induit: & duplici creuerunt aggere dentes:
Longaq́ ſub geminis ſurgentia naribus ora.
Succenſi manſere oculi: & truculenta minaci
Fronte ſupercilia: & latrans in pectore uirus.
Quid memorem ſęuę furias odiumq́ parentis
Quæ miſeros nati flammis fatalibus artus
Vlta necem fratrum: & matrem ſe oblita cremauit.
Vix ea finieram cum formidabilis iræ
Caſtra ſequens aderat ſtygiis noua belua ſignis
Ingenti comitata manu: mendacia tectis
Vultibus & trepidæ dubia ſub imagine fraudes
Ignotiſq́ doli ſub ueſtibus agmen agebant:
In medio ſtipata graui regina tumultu
Tollebat nigra umbroſam fulligine frontem.

❡Hęc eadem rabidū &c. Oſtendit alia īmania irę facinora: & primo ad quę cōpulſus eſt ſylla. De cuius vita ſic diſſerit plinius de viris illuſtrib⁹ Sylla
Lucius cornelius ſylla in fortuna fœlix dictus cū paruulus a nutrice ferretur: mulier obuia. ſalue inquit puer tibi & reipu. tuæ fœlix: Et ſtatim quęſita quę hoc dixiſſet non potuit inueniri. Hic quæſtor marii Iugurtam a Bocho in deditionē accepit: Bello cymbrico & theutonico legatus bonā operā nauauit. Prætor īter ciues ius dixit. Prętor ciliciā ꝓuinciā habuit bello ſociali: Sānites hirpinoſq́ ſupauit: Ne monumēta Bochi tollerētur mario reſtitit. Conſul aſiā ſortitus Mithridatē apud orcomenā & cheroniā ꝑlio fudit. Archelaū pręlio ꝑfectū eius athenis vicit.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Portum pireum recepit. Medos dardanoſq; in itinere ſuperauit. Mox cũ rogatione Sulpitia imperiũ tráſferret ad mariũ regreſſus corruptis aduerſariorũ exercitibus Carbonẽ italia expulit. Mariũ apud ſacri portũ. Telleſcinũ apud portam collinã vicit Mario filio pręneſte interfecto fœlicẽ ſe edicto appellauit. Proſcriptionis tabulas prim⁹ poſuit. Nouẽ millia deditorũ in villa publica cecidit. Numerũ ſacerdotum auxit Tribunitiã poteſtatẽ minuit. Repub. ordinata dictaturã depoſuit. Vnde ſpe decept⁹ puteolos conceſſit: & morbo qui pythiriaſis vocatur perit hec ille. Saluſtius aũt ſcribit q̧ fuit nobilis gentis patricię litteris gręcis atq; latinis doctiſſime eruditus: animo ingẽti: cupid⁹ voluptatum: ſed cupidior glorię. Fuit aũt ſęuiſſimus nã vt iã recitauimus vrbẽ ingreſſus quattuor hominum millia q̃ ſe ei dediderant nulla fide ſeruata inermia bellator ſcilicet ſtrẽnuus occidit. Plurimi quoq; tunc inſontes & q̃ eius ſeq̃bãt nutũ occiſi ſunt: quos quidã vltra nouẽ millia fuiſſe tradũt. Deide infamem illã proſcriptionis tabulã produxit quã octoginta hominum millia cõtinuiſſe quidã ſcribunt. Secunda deide tabula quigẽtos dicitur habuiſſe. Marcũ mariũ Caii fratrẽ necari iuſſit oculis pri⁹ effoſſis & deinde membris minutim amputatis Carinatẽ marii p̃torẽ iugulauit. Tanta deniq; cędes facta: vt non vrbs modo ipſa: ſed & cũcta italia illius cruenta rabie ac peſte temulẽtoq; furore ſanguine ĩundauerit. Fortis ad vitia. Ad ſecura facinora ſatis ſtrenuus. Fides ei nulla. Nullus dei timor. Nullaq; clementia. Quattuor legiones marianę partis fidem eius fluxã & vanã ſecutas trucidauit: miſericordiã quę in ipſo nulla erat fruſtra implorantes. Quinq; p̃neſtinorũ millia fide pri⁹ data trucidauit & ſpargi per agros iuſſit vt iacerent inſepulta. Quin & aduerſus fœminas diſtrinxit enſes. Multorũ virorũ abſciſſa capita ad ſe iuſſa deferri ſpectauit illudens. Caii marii cineres erutos ſparſit in tyberim. Sed tãdẽ dei in ſe irã ſẽſit vltricẽ: cũ enĩ dictaturã quã ſibi aſciuerat depoſuiſſet laruis vexatus ſępe nocturnis eſt e lecto aliquãdo tract⁹ in pauimẽtũ: eũq; aliq̃n in ſublime eleuatũ in terrãq; demiſſum a laruis: ſeminecẽ famuli ĩ lectũ reportarũt. ac tandẽ ſpiritũ rabie ac cruore plenũ vt ſcribũt quidã euomuit. Alii vitę exitũ fuiſſe adhuc atrociorẽ ſcribũt. Erodente enĩ ſe corpore & ſuppliciũ gignẽte cędis & calamitatis mltorũ: vermiculis quos pediculos dicim⁹ ferũt abſumptũ: etiã Sereno docẽte ſic. Sed quis non paueat pherecidis fata tragedi: Qui nimio ſudore fluẽs aĩalia tetra Eduxit: turpi miſerũ q̃ morte tulerũt Sylla quoq; infœlix tali lãguore peſus Corruit: & fœdo ſe vidit ab agmine vinci. hec Geor. Valla collegit de vita eius. e quibus patet quãtũ in eo vitiũ irę dominatũ eſt. Secũdo docet auctor irã herculi quoq; dominatũ fuiſſe. Is enĩ alcides dicĩt: ſiue ab

(c) 2006 Ministerio de Cultura

alceo auo eiꝰ ſaltē putatiuo. Nā amphitrioniades a virg. vocāt ab am- Alcides
phitrione filio alcei cū iouis filiꝰ fuerit: ſiue a virtute quā αλκην vocāt
Is aūt (vt in hercule furēte late ꝓſequitur ſeneca) cū ab inferis reuerſus
didiciſſet lycū regnū thebarꝫ occupaſſe: & megerā cōiugem eiꝰ oppreſ-
ſiſſe eū occidit: pauloqꝫ poſt megerā & paruulos qui cū ea erāt filios oc-
cidit: tetra imagine viſa quā hic irā ſignat poeta. Tertio docet irā regnaſ-
ſe īter fratres cadmeos. i. eos qui cū cadmo thebas ī boetia cōdidiſſe di-
cūtur. Fingūtur enī quiqꝫ fuiſſe ex quodā dracone a cadmo īterfecto na- Draconige-
ti: vñ & eā ciuitatē quādoqꝫ draconigenā appellatā legimꝰ. Sane ī fabu nę
lis eſt: īterfecto dracone dētes eiꝰ ſatos a cadmo: & īde armatos ſtatī ena-
tos mutuis ſe vulneribꝰ īteremiſſe: ꝑ quod nimirū furorē bellicū īter fra
tres quoqꝫ ſęuiſſe ſignificatū eſt. Arcus triūphales ſūt fornices cōſtructę
ī memoriā triūphi eiꝰ cuiꝰ opa cōſtructæ ſūt. Roma īdicio eſt: qa expu-
gnata & incēſa fuit a gallis ſenonibꝰ vt ī vita camilli recitatū eſt. Syllana Florētia ſyl-
vrbs hic ꝓ florentia ponīt q̄ a ſyllanis militibꝰ cōdita fert. cū ad arnum lana
primas ſedes locātes fluentiā illic cōſtruerēt: q̄ poſtea florentia dicta eſt
hanc aūt Totilla gothorū rex deleuit: vt quidam aſſerunt. Bononia au Bononia
tem q̄ prius felſina dicta eſt & poſt Baionia & nouiſſimo bononia: ſecū
dū pliniū oīm vrbiū quas hetruſci circa appeninum habebāt vetuſtiſſi
ma & prima fuit quā Lotharius īperator propter illatas ludouico filio
eiꝰ a bononieñ. cōtumelias: Vaſtatis villulis & agris poſt innumeras ci
uiū cędes dirutā & īminutā dereliquit. Hec aduerſus venetos poſtea nō
parū roboris habuiſſe narrat: ita vt triēnali bello cū eis geſto: eoſdē cō-
pulerit ad liberā nauigādi & ſalis traducēdi facultatē faciēdā. Sed ciuili-
bꝰ bellis attrita & factionibꝰ ac ſeditionibꝰ aſſiduis quaſſata ſub bētiuo
lis primā requiē īuenit. Quod aūt ī textu dicit. Et vetus aprico recubās
in culmine dertō: ſi quid mutare audere ſcribere dartho: de quo Strabo Dartho
lib. 4. habet & tractꝰ ille Claſtidiū atqꝫ darthonē. Eſt aūt dartho ciuitas
inſignis & mētione digna: medio īter placētiā & genuā itinere iacēs: ab
vtraqꝫ. CCCC. diſtās ſtadiis. hec ille hāc vrbē nūc deletā dicit poeta. Mā Mantua
to mātuā a ſe denoīauit vt recitabimꝰ. Teucri fugę recitat Serui. ad illud
primi ęnei. Atqꝫ equidem teucrū memini ſidona vedire Finibus expul- Teucer
ſum patriis &c. dicens Hercules in colchos proficiſcens ꝑdito hyla poſt
peragratā myſiā nauibus troiam venit a cuiꝰ portu cum ipſū laomedō
prohiberet occiſus eſt: & eius filia heſiona Thelamoni qui primꝰ aſcen
derat murū tradita eſt: Inde natus teucer. Nā aiax ex alia fuit. Hercules
aūt priamū redemptū a vicinis hoſtibꝰ in regno collocauit. Vnde pria Priamus
mus dictus eſt: quia πριαμαι emo ſignificat. Quę aūt de liberata heſio
na dicuntur fabuloſa ſunt. Teucer aūt ſine fratre qui per furorē propter



(c) 2006 Ministerio de Cultura

perdita achillis arma ſe interemerat ſalamina reuerſus a patre pulſus: ſi
dona venit: dictꝰ eſt autem laomedõtiades facto patronymico ab auo
Helle neiphylas materno. Helle autẽ dicit̃ neiphylas ſumpto patronymico a matre: fuit
Phrixus enĩ athamãtis regis thebarũ ex neiphyle vxore filia: ſoror phrixi. q̃ am
bo mortua matre vt ſcribunt herodotus & pherecides cum nouercales
inſidias ferre nõ poſſent & conſentiẽte patre aufugerẽt: ac ſup ariete au
reę pelliculę quẽ eis pater in tutamen dederat pontũ tranſfretarẽt ea pte
qua ſtrictior ẽ: nec multũ freti ſulcaſſent: helle puellari timore exterrita
decidit in pontũ eiqꝫ nomẽ dedit. vnde lucanus lib. ix. Qua pelago no
mẽ neiphylas abſtulit helle. At phrixus incolumis euadens colchos ad
Oetam regẽ tãdẽ peruenit: vbi ariete quo vectus fuerat ioui immolato
pellẽ aureã in tẽplo affixit ad quã auferẽdã Iaſonẽ profectũ ſcribit Iuſti
Oreſtes nus lib. xlii. Regẽ myceneũ oreſtẽ dicit qui occiſo ab egiſto adultero &
matre: agamẽnone patre rex nimirũ fuit: ſed vbi de adultero atqꝫ matre
vindictã ſumpſerat: furiis agitatꝰ ꝓhibet̃ a tragedis. vñ dicit̃ ęnei. 4. Scę
nis agitatꝰ oreſtes. & hic atqꝫ ſophocleo &c. i. tragico in quo ſophocles
ꝓſtitit. De anteriore & ęnea ſic dicit liuiꝰ in pricipio operis ſui. Iã primũ
Antenor omĩ ſatis cõſtat troia capta in cęteros ſęuitũ eſſe troianos: duobus ęnea
Aeneas antenoreqꝫ & vetuſti iure hoſpitii: & quia pacis reddendęqꝫ helenę ſem
per auctores fuerũt oẽ ius belli achiuos abſtinuiſſe. Caſibꝰ deĩde variis
antenorẽ cum multitudine enetũq ſeditione e paphlagonia pulſi & ſe
des & ducẽ rege pylemene ad troiã amiſſo q̃rebant: veniſſe in intimum
marꝫ adriatici ſinũ. euganeiſqꝫ qui ĩter mare alpeſqꝫ incolebãt pulſis: he
netos troianoſqꝫ eas tenuiſſe terras. & in quẽ primũ egreſſi ſunt locum
Troia vocatur: pagoqꝫ ĩde troiano nomẽ eſt: gẽs vniuerſa veneti appel
lati. Aeneã ab ſimili clade domo profugũ ſed ad maiora rerũ ĩitia ducẽ
tibus fatis: primũ in macedoniã veniſſe: inde ĩ ſiciliã quęrentẽ ſedes de
latũ: a ſicilia claſſe laurẽtẽ agrũ tenuiſſe: Troia & huic loco nomẽ eſt &c.
De antenore habet̃ etiã ænei. i. Antenor potuit mediis elapſus achiuis
Illiricos penetrare ſinus: atqꝫ intima tutꝰ Regna lyburnorũ & fontẽ ſu
perare timaui. Et paulo poſt. Hic tamen ille vrbẽ pataui ſedeſqꝫ locauit
&c. Cõdidit enĩ antenor patauiũ ſeu paduã: ęneas aũt lauiniũ: vnde al
Hecube ba a qua romanoꝝ origo. Cõiũx priameia hecube per ĩpatiẽtiã in canẽ
Medea verſa dicitur ab ouidio. xiii. meta. & a plauto ĩ menechmis. Medea aũt
oetę regis colchorũ ex hypſea cõiuge filia: Iaſonẽ ſecuta vt patrẽ ĩmore
tur ac tardaret fratrẽ diſcerpſit: ab iaſone aũt poſtea ob creuſã creõtis co
rinthiorũ regis filiã abdicata furore ꝑcita filios quos ex iaſone ſuſcepat
ĩterfecit vñ eſt illud ĩ buco. Sęuꝰ amor docuit natorũ ſanguĩe matrẽ Cõ
maculare manꝰ. poeta aũt dicit eos ab ea cõbuſtos. deĩde aduolãs athe

(c) 2006 Ministerio de Cultura

nas ęgeo regi annoſo nupſit ex quo filiū medeū ſuſcepit: ſed cū reuerſo theſeo ęgei filio ex lōga peregrinatione/ & viſo (vt atteſtat̄ Iuſtinus lib. xvii.) ꝙ eſſet vir magnę virtutis cū medeꝰ adhuc puulꝰ eſſet: amiſſa ſpe regni pro filio ꝑ diuortiū ab ęgeo diſceſſit in aſię ptē ꝗ ab ea medea nūc quoqꝫ dicit̄. Sed ad ordinē tandē cōuertamur ꝗ talis eſt. Hec eadē. ſ. ira rapuit ſyllā: romanū illū ſęuiſſimū: rabidū. i. furioſum pectore conuulſo. i. trāſfoſſo a furore: & cruētatū ora furibūda. i. habēte ora furibunda cruētata hoc eſt ſanguinolēta: & vomētē celeri fato animā ſacrilegā ſub tartara. i. tenebras īternales. Alcides. i. hercules: ꝓbuit viſcera natoꝝ. i. filiorū ſuorū ex megera: laniāda paternis manibꝰ. ſ. ſuis: quom. i. quādo ipſe luſus. i. illuſus imagine falſa. i. deceptoria: credebat enī ſe lycū hoſtē videre: fœdauit ſanguine: quia cōiugē cū liberis īteremit. domū fruētē dulci & lęta pace. Imago (inquit poeta) illa falſa. ſ. ꝗ luſit virū. ſ. herculē fuit ira ꝗ a pcitꝰ ira neſciuit quid ageret: vñ & furēs dicitur a Seneca ī prima tragedia. Ira īplicuit lōgis ambagibꝰ. i. īuolucris belloꝝ: acies draconigenas. i. ex dracone genitas: & nepotes cadmi regis thebarū qui cum vxore in anguē mutatꝰ dicit̄. meta. 4. (vñ reliqui bene eius nepotes fingūtur: aut reuera duo dicit vtpote acies draconigenas ꝓpter eos armatos qui ex dētibus ſerpentinis nati: fingūtur ſe mutuis vulneribꝰ interemiſſe: & nepotes cadmi ꝓpter polynicē & eteoclē filios œdipi ſeu œdipodis regꝫ thebani ꝗ inter ſe ſęuiſſimi fuerūt & mutuis odiis interierūt vt docet ſtatiꝰ in thebaide) & īplicuit acies fraternas. i. ſęuorū inter ſe fratrū rubētes. i. ſāguinolētas: alterna. i. mutua cęde. Ira diruit excelſas vrbes atqꝫ oppida īclyta. i. clara & glorioſa: quōdā. ſ. priuſꝗ diruta eſſēt. & euertit domos regales ciuibus abactis. i. violēter abductꝫ. i. extermīauit regna ac regias familias: ira deiecit turres aerias. i. altiſſimas: & arcꝰ triūphales: appoſitorie: clara monumēta hoc ē teſtimonia & īdicia: veterū laborū. i. iā tranſactorū. Sęuicies. i. īmanitas & crudelitas barbara. i. barbarorū: & fera colluuies. i. ſordida accumulatio: vulgi inhumani. i. efferi & īmanis: accenſa his focis. i. ignibus furoris: coacta eſt vexare italos (appoſitorie) pulcherrima regna: & ſpecimē. i. ornamētum & decꝰ magni mūdi. hoc enī ſibi vendicāt itali. Roma eſt īdicio quia ſępe capta eſt & vrbs ſyllana. ſ. florentia a ſyllanis condita: diuiſa vadis tuſcis. i. quæ eſt in confinibꝰ ethruriæ: non longe a mari thirreno: eſt indicio. i. teſtimonio: nec non. i. etiam: bononia modo ſola. i. deſolata ſine imperio: quondā caput & regina gentis hetruſcæ eſt ſup. indicio. & vetus derton aut potius dartho: ciuitas olim inter genuam & placentiā nunc diruta recubās: ideſt iacēs ī aprico: ideſt ſoli expoſito: culmine: ideſt colle. Cuiꝰ. ſ. vrbis extant. i. ſuperſunt adhuc veſtigia in campis vacuis. i. vaſtatis &



(c) 2006 Ministerio de Cultura

deſolatis diruta vrbe. & moles.i.magna fragmēta: ſemirutæ.i.ad dimidiatū diruta: & colūnę lapidū.i.lapideę fractæ. Ira ſup. protulit.i.ꝓduxit vincula.i.cathenas & captiuitates ac ſeruitutes: ſingult⁹. lachrymas ſuſpiria: plāctus: pallorē: vigiles.i.ſollicitos hoc eſt vigilare & ſollicitos eſſe cogētes met⁹: tormēta: cruces.i.furcas & ſuſpēdia: verbera.i.flagella & tela rorātia veneno peſtifero.i.īfecta nocētiſſimo veneno: & ipa obiectās.i.frequēter obiiciēs: crudelib⁹ feris artus.i.mēbra hoim.i.humana: ipleuit orbē variis cladib⁹.i.calamitatib⁹ & ſtragib⁹. Hinc.i.ex hac occaſione multę gētes orbę.i.priuatę & expulſę ſuis patriis: ſecutę ſup. ſunt: exilio.i.per exiliū: aliena regna: ſic.i.hoc mō manto: nympha illa fatidica: filia tireſię illi⁹ vatis thebani: gemini.i. vtriuſq; ſexus (Nā fabula hoc habet Tireſias vates theban⁹ cū (vt auctor ē Ouidi⁹ meta.iii.) forte duos āgues coeūtes percuſſiſſet effect⁹ ē fœmina: & ſeptē ānos ī eo ſtatu durauit: poſt quos cū iterū eoſdē cōperiſſet: ꝑcuſſis iterū anguib⁹ in priorē formā redactus eſt demū cū inter Iouē & Iunonē cōtentio fieret vter maiorē voluptatē ī coitu ſuſciperet mas an fœmina: vtrūq; ſexū expertus ab eis arbiter electus: muliebrē ſexū dānauit maiore libidine: ob quod iudiciū Iuno ipm excęcauit. Sed pater oipotens illi ꝓ lumine adempto Scire futura dedit pœnāq; leuauit honore: Is autē ī macedonia mortu⁹ dicitur. fugiēs videlicet victores thebanorū. Filia autē ei⁹ māto cū filio ſuo ocno in orā venetoꝵ profuga tandē ꝓfecta mātuā cōſtituit Vn̄ Virg. lib. x. ęnei. Ille etiā patriis agmen ciet ocn⁹ ab oris fatidicę mātus & tuſci filius amnis: Qui muros matriſq; dedit tibi mantua nomen. Sane manto poſt thebanorū clades ſeruitutē primo ſub creōte deinde ſub theſeo paſſa: primo in aſiam profugiens: lebedon & clari apollinis fanū ſtruxit: & deinde in italiā profecta ſociis græcis mantuā condidit: ſuſcepto ex thiberino tuſcorū rege Ocno qui & Bianor deinde cognominatus eſt. Is autē mantuā muris cinxit vt dictū eſt. Creontes aūt cui⁹ hic meminit fuit pater Iacoſtę vxoris œdipi regis thebarū qui poſt cæſos ſimul polynicē & Eteoclē thebanos regnū aſſumpſit vt mōſtrat Statius lib. vi. & xii. thebaidos ſuę. ſed ad ordinem redeo) molita.i.cū difficultate conſtruens vrbē in paludib⁹ venetis: vbi nūc mantua eſt: vixit ſup. illic poſt dura ſeruitia.i. poſtq̄ paſſa fuerat ſeruitutē creontis tyranni thebarū: & tradidit ſua noia arci extructę ſed muris circūdatę a filio: hoc eſt vocauit mantuā. Ira patris.ſ. thelamonis iraſcentis ꝙ teucer ſine aiace rediret: expulit teucrū laomedontiadē.i. laomedontis regis troianorū ex heſiona filia nepotem: petentē ſalamina patriā ſuā: declinatur aūt hęc ſalamis hui⁹ ſalaminis: aut hęc ſalamin &c. Eſt vrbs in achaia & alia in cypro eiuſdē nois.) O helle neiphylas.i. neiphylę filia: quid.i. ad

Tireſias

Manto
Ocnus

Creontes

Salamis

(c) 2006 Ministerio de Cultura

quid memorē.i.recitē:te.i.fugā tuā propter irā patris.q.d.id fruſtra fecero cū notiſſima ſit hiſtoria. Quid.i.adquid memorē phrixū fratrē.ſ.helles profugum.i.profugiētē ad colchos:& quid memorē athamāta: patrem.ſ.ipſorū qui ſupduxit nouercā filiis ſuis:ſęuum.i. ſęuientē in liberos propter amores coniugis nouę.atq; quid memorē furias nouercales.i.ipſius nouercę:& odium & minas: quas.ſ.ferre nequeuntes phrixus & helle aufugerant. Adde regē myceneū.ſ.oreſtē: intentantē matri.ſ. clytēneſtrę pœnas.ſ.adulterii& occiſionis paternę & funera.i.mortē & ædes agamennonis:patris videlicet oreſtis ab adultero auxilio cōiugis occiſi mœſtas.i.mœroris plenas:atq; adde planctus.ſ.illi⁹ dom⁹: celebratos carmine ſophocleo.i.tragico:ī quo ſophocles pręſtitit. Adde geminos.i.duos phryges.i.troianos:ātenorē.ſ.cōditorē paduę: & ęneā fluctiuagū.i.p varios fluct⁹ & tēpeſtates ī italiā appulſū:decorātes.ſ.ābo : orbē ignotū.i. regionē italię eis pri⁹ ignotā : mœnib.i. oppidis & ciuitatib⁹ Irę.i. furores bellicę:miſere.i.miſerūt hos & alios actos.i.expulſos a finibus patriis.i.patrię ſuę:p lōga exilia & p caſus ſiniſtros.i.aduerſos.Coniūx priameia.ſ.hecube ſuccēſa:hac rabie.ſ.irę ipatiētiſſimę : īduit ferā.i.cōuerſa eſt in canē. & dētes creuerūt ſup.ei duplici aggere.i.ordine ſicut canibus creſcunt:& longa ora ſurgentia ſub geminis narib⁹ : creuerunt ſup.ei.oculi ſuccēſi.i.īflammati ira:manſere.i.manſerūt quales erāt prius:& truculenta.i.ferocia ſupercilia manſerūt in fronte minaci:& virus.i.venenū iracundię latrans in pectore.i.ſtomacho eius. Quid memorē furias & odiū parēt̄.i.matris.ſ.medeę:ſęuę.i.crudelis:quę vlta necē fratrum & oblita ſe matrem: cremauit miſeros artus nati.i.filii:flāmis fatalibus.i.exitialib⁹:aut a fatis ordinatis ¶ Vix ea &c. Facit trāſitū ad quartū mōſtrū deſcribēdū videl3 philargyriā hoc eſt amorē argenti.i. pecunię ſeu auariciā vt dicemus. Ordo eſt. Ego vix finieram ea q.ſ.dicta ſunt cum noua belua ſequens caſtra.i.exercitū irę formidabilis aderat. ſup.cū ſignis.i.vexillis ſtygiis.i.infernalibus:comitata ingenti manu.i.multitudine. vnde dicitur vi.ęnei. Nec partē poſuere ſuis: quę plurima turba eſt. Mendacia quę fiunt in contractib⁹: vultibus tectis.i.diſſimulatis & fraudes trepidę ſub imagīe dubia:id eſt īcerta & ficta : & dolis agebat agmen.ſ.auaritiæ ſub veſtibus ignotis.i.ſub habitu ignoto: Videntur enim auari & iniqui rerum congeſtores cōmodum polliceri:quib⁹ dānum illaturi ſunt. Regina.ſ.philargyria.i. cupiditas ęris atq; pecuniæ q̄ eſt oīm vitiorū mater&(vt apoſtol⁹ dicit)idolorū ſeruit⁹ ſtipata.i. denſe comitata graui tumultu.i.tumultuario exercitu:tollebat in medio.ſ.ſuorū:frontē vmbroſam nigra fuligine.i.nigredine ex fumo pingui collecta. Cupiditas enī pecunię auarū ſic excoquit vt nigrū efficiat.



(c) 2006 Ministerio de Cultura

Quartum monſtrum Philargyria.

AVri ſacra fames hęc eſt: rerumq́ꝫ cupido
Improba: diuitias amor infinitus habendi.
Hęc nummi ſitis ardeſcens immenſa uarago
Tatareis emiſſa uadis imitata: rapaces
Vnguibus herpyias: armataq́ꝫ grandibus ora
Dentibus in gyrum quales quantoſq́ꝫ Elephanti
Aethiopes Indiue ferunt: ſinuatur in orbes:
Et nodos in ſe rediens coma denſa figurat:
Tempora nec uelat ſed agit ſuſpenſa tumorem
Vndiq́ꝫ ſurgentem: nudaq́ꝫ recedit ab aure.
Nec ſolum uigiles obeunt hirſuta rotundo
Tempora circuitu uerum ſub uertice cano
In ceruice micant oculi ceu florea ſerta.
Effigies ueteri uultuſq́ꝫ ſimillimus argo:
Sed magis introrſum ſcrobibus ſubducta cauatis
Lumina diſcedunt: ſetoſaq́ꝫ prominet atri
Sylua ſupercilii: macies ſqualorq́ꝫ per omne
Corpus: iners dicas monſtrum: & uix oſſibus hęrens
Sed geminis quotiens opus eſt ita nititur alis
Vt credas ferri Boream Zephyrūue per auras
Pręcipitem ue Notum: lucri ſi nuncia fama
Surgat: & acceptus nares odor imbuat auri

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Eleuat ingentes alas & lumine fixo
Viſa petens quicquid falcatis unguibus aufert
Stulta ſuos nunq̃ uenturum ſeruat in uſus.
Sacra deum. ſanctas leges. pręclaraqꝫ geſta:
Scriptores rerum egregios. celebreſqꝫ poetas:
Qui procerum laudes chartis & nomina mandant:
Et quicquid non auget opes auerſa repellit.
Sola iuuant quę lucra ferunt: ſint cętera quanq̃
Laudibus & precio digniſſima cętera ſordent.
Sicut hyperboreis rutilans in uallibus aurum
Gryphes amant: auidiqꝫ tenent: uigileſqꝫ tuentur
Vnde nec utilitas operę preciũue laboris
Sed metus & clades oritur: ſic pectus anhelum
Peruigilis monſtri grauiore cupidinis ęſtu
Feruet. opes cumulans: quas olim prodigus hęres
Diſſipet: & pingues ferat in conuiuia menſas.
Palla ſinu lato ex humeris decurrit in imos
Lapſa pedes: manicę uelant extrema capaces
Brachia: quas ubi uult curuos demittit in ungues:
Vtitur his quotiens opus eſt uel fingere mores
Vel geſtu ſimulare fidem uel fallere quenq̃
Seu furtum celare: manus leuis: apta rapinę
Perfida mens: nulliſqꝫ potens: manſueſcere dictis.



(c) 2006 Ministerio de Cultura

Indignas dignaſq́ preces ſurda accipit aure.
Vt proiecta bouis detracto grandia tergo
Viſcera percipiens oculis uel nare ſagaci
Vultur edax auido coruus ue famelicus ore
Conuolat ad reſoluta graui conuiuia tabe:
Sic ad opes aurumq́ cito ſitis iſta uolatu
Fertur:& ad nudum ſpolians fragmenta breueſq́
Relliquias ſtudioſa legit:gremioq́ recondit.

Philargyria

AVri ſacra fames. In hac parte ꝓſequitur philargyriā.i.cupi-
ditatē ſeu amorē pecunię.hoc eſt auariciā q̃ græce φιλαρ-
γυρια dicit̃ & φιλαργυροσ auarus.nā φιλοσ hoc eſt
philos dicit̃ amicꝰ&amator:& αργυριον & αργυροσ hoc ē argyriō
& argyros argentū : noīe aūt argenti etiā galli pecuniā ſignificant: ſicut
noīe æris olim romani.vn̄ ærariū repoſitoriū æris publici. Pecuniā ve-
ro ꝓ omī peculio ſæpe accipimꝰ. Alludit aūt primo ad illud tertii ęnei.
Quid nō mortalia pectora cogis auri ſacra fames : Cætera expoſitionis
egentia ſuo ordine patebunt. Ordo autē talis eſt. Hęc.ſ.quā ꝑnotaui fu-
ria :eſt ſacra.i.execrabilis fames.i.cupido auri ( Cur autē ſacrum execra-
bile dicat̃ oſtendimꝰ in parthenice mariana)& ꝓ.i.improba cupido re-
rum:& amor infinitus.i.illimitatꝰ:habēdi diuitias.hęc ſup.eſt ſitis nū-
mi.i.pecunię qua numerari pōt ardeſcens.i.efferuēs & ſemꝑ ęſtuans: &
imenſa vorago emiſſa vadis tartareis.i. ꝓfundiſſimis & nigerrimis īfer
ni:imitata.i.imitans & inſequens vnguibus.i.rapacitate vnguiū:har-
Harpyiæ
pyias.i.īmūdas illas volucres rapaces.i. aſſidue īmūdo cōtactu rapen-
tes (de quibꝰ Virg.ęnei.iii. At ſubitę horrifico lapſu de mōtibꝰ adſunt
harpyię & magnis quatiūt clangoribꝰ alas: diripiūtq́ dapes cōtactuq́
oīa fœdant Immūdo &c. Et paulo ante. Virginei volucrū vultꝰ: fœdiſ-
ſima ventris Proluuies: vncęq́ manꝰ & pallida ſemꝑ ora fame &c. Has
hęſiodus duas ponit Aello & ocypeten ſicut apolloniꝰ. Virgiliꝰ addit
Celeno & homerus Thyellā: dictę aūt ſunt a verbo ἁρπαζω harpazo
quod eſt rapio:& habet ſecūda diphthongā græcū ex y & i.nā harpyia
ſcribit̃ ) & armata ora.i.habēs ora armata grādibꝰ dentibꝰ:in gyrū ſup.
diſpoſitis: quales & quātas ferūt elephanti æthiopes.i.æthiopici ve ꝓ

(c) 2006 Ministerio de Cultura

vel indi.i.idici: ex quib⁹ ſcꝫ ebur habetur. Sane latine a genitiuo græco
elephantos fit noīatiuus elephant⁹.ti.ſicut ab arabos hic arab⁹: ab del- Noīatiui ex
phinos hic delphin⁹ &c. Noris aūt diſcrimen eſſe inter noīa gentilia & græcis obli-
patria: nā vir e gallia gallus. ex india indus. ex ęthiopia ęthiops recte di quis.
citur: res alia in gallia nata aut ad gallū pertinens gallica. in india indica Noīa gētilia
in ęthiopia ęthiopica. Abuſiue tamen poetę confundūt: vt hic elephā Noīa patria
ti æthiopes: indi &c. coma denſa.i.criſpans & īpexa: ſinuatur.i.conglo
meratur in orbes.i.cyrros & rediēs in ſe.i.circūuertens ſe: figurat nodos
.i.eſt ſimilis nodis: nec velat.i.obtegit tempora.i.cōcauitatē capitis cir-
ca aures: ſed ipſa ſuſpenſa.i.ſurſum ducta agit tumorē.i.inflaturā: ſurgē
tem vndiq̧.i.ex omni parte capitis: & recedit ab aure nuda (Cur aūt ta
lem figurā comę auaricię det in promptu eſt vna ratio: Nam per phiſo
nomiā vt dicunt hoc eſt phiſicā perſpectionē & normā dephēſum ē vt
liberales largam frontē habeāt quā auaricię hirſutā dat: aures autē patu
las nec pilo tectas: quia eas ſemper arrectas habet: ſemꝑ videlicet auſcul
tans: ſicubi lucri mentio fiat. Nodoſum aūt pilum: eo ꝙ erectū ac pluri
mū illi aſſignat. Plurimū autē quia hirſuti & piloſi rerū cupidiores pu-
tantur. vnde per pilos diuitię & facultates ſæpe ſignificātur Iuxta illud
Fronte capillata: poſthac occaſio calua. Quā rem graphice declarat Au
ſonius noſter. vnde Compilare & depilare dicūtur. Fruticantes ergo &
denſi in capite auari pili rerū abundātiā ſignificāt.) Nec ſolū.i.& nō tm̄
oculi vigiles: obeunt.i.circūdant rotundo circuitu tempora hirſuta.i.
piloſa: verū.i.ſꝫ etiā ſup. oculi micāt ſub vertice cano (qa canoꝝ & ſenū
proprie eſt auaricia: vnde in ſermonib⁹ horatius diis īimice ſenex &c.)
in ceruice.i.poſteriore parte colli ceu.i.ſicuti ſerta florea.i.roſacea quę ſi
cut roſas habent tam in ceruice q̄ in fronte poſitas: ita auarus oīa perſpi
ciens tam ante q̄ retro oculos habere fingit̄. Exiſtens ſup. effigies & vul-
tus ſimillimus argo: qui videlicet centū habuit oculos: quos eo interfe
cto iuno in caudā pauonis tranſtulit. Sed lumina.i.oculi auaricię diſce-
dunt ſubducta.i.ſublata ſcrobibus.i.foſſis cauatis magis ītrorſum. hoc
eſt oculi auaricię ſunt magis ꝓfunde ī capite ei⁹ ſiti: q̄ fuerāt oculi ipius
argi. & ſylua.i.denſa cōgeries atri ſupcilii: ꝓminet.i.porro eminet: ſeto
ſa.i.ſetis hoc eſt grādiorib⁹ pilis plena: macies & ſqualor: eſt ſup. aut ꝓ
minet per oīe corpus: tu dicas.i.dicere poſſis ſi videas: hoc eſt quilibꝫ
dicat: eſſe monſtrū iners.i.ſine arte & induſtria ignauū ac ſomnolentū.
& vix hęrens.i.cohęrens & compactū oſſibus (Eſt autē Virgi. in buco.
Vix oſſibus hęrent) ſed nititur.i.īnititur & fertur geminis alis quoties
eſt opus: ita.i.tam perniciter vt credas boreā vel zephyrum. vel notum
ventū illū ferri præcipitem per auras: ſi fama nuncia lucri.i.annūcians

(c) 2006 Ministerio de Cultura

lucrum ſurgat.i.oriatur: & ſi odor auri acceptus.i.perceptus:imbuit.i.
modicũ tetigit nares:ipſa auaricia: eleuat.i.ſurſum ducit ac erigit ingẽ
tes alas: & petens.i.aduolans viſa.i.quę vidit lumine fixo ſcꝫ in viſa qc
quid ipa auaricia aufert vnguibus falcatis.i.roſtratis & duris:illud ſup.
ſeruat ipſa ſtulta:nunq̄.i.non vnq̄:non venturũ vnq̄ in ſuos vſus. quia
auarus quęrit & inuentis miſer abſtinet & timet vti: vt in arte dicit hora
tius. Hinc Seneca:tã deeſt auaro.quod habet q̄ quod non habet. Et ipa
auerſa.i.aſpernata & nolens intueri: repellit ſacra deũ.i.deorũ ſacrificia
ſanctas.i.diuinas leges:& præclara geſta. & egregios ſcriptores rerꝫ &
celebres poetas qui mandãt chartis.i. qui deſcribunt laudes & nomina
procerum.i.egregiorũ virorꝫ qui onera reipu.ſuſtinuerunt: vt proce
res trabes ac onera domus. & quicquid non auget opes.i.quęcunqꝫ ſci
entia non eſt(vt dicũt)de pane lucrando. Ideoqꝫ hodie plures ciuili iu
ri & medicinis incumbunt:quia lucrum illinc percipiſcunt: Ea ſola quę
ferunt.i.afferunt lucra: iuuant.i.delectant auariciã ſcꝫ & cætera ſordent
.i.deſpiciuntur:q̄q̄ cętera ſint digniſſima laudibus & precio: Sicut gry
phes:aues illi rapaces leonibus in poſteriore parte haud multum diſſi
miles:amant & ipſi auidi tenent ſup.& vigiles tuentur.i.cuſtodiunt au
rum rutilans.i.reſplendens in vallibus hyperboreis.i.iuxta montes ſu
pra quos flat boreas ventus thracius:iuxta quos naſcũtur qui ob id hy
perborei dicuntur.he enim volucres aurũ cuſtodiunt ſed eo non vtun
tur vt auarus. vnde.i.ex quo auro nec vtilitas ve pro vel precium operę
& laboris: ſed metus & clades oritur ſupple gryphibus aut vt dicũt gry
phonibus. Sic pectus anhelũ id eſt cupidum & ſemper ad lucrum aſpi
rans:monſtri peruigilis ſcilicet auariciæ:feruet grauiore ęſtu cupidinis
cumulãs opes quas heres prodigus diſſipet id eſt diſpergat & dilapidet
olim id eſt tempore futuro ſcilicet poſt mortem: & vt ferat pingues mẽ
ſas id eſt fercula pinguia in conuiuia( vnde Perſius Saty.vi.mihi feſta lu
ce coquat Vrtica: & fiſſa fumoſum ſinciput aure Vt tuꝰ iſte nepos olim
ſatur anſeris extis Cum moroſa vago ſingultiet inguine venæ:patritiæ
immeiat vulue &c. eandẽ quoqꝫ ſententiã Horatius habet) Palla.i.pal
lium velamentum mulibre decurrit lato.i.capaci ſinu lapſa ex humeris
in imos pedes:manicæ capaces velant extrema brachia( Sic enim fura
ces ille mulieres quas ægyptias vocant incedũt vt ſinus & manicas fur
tis ſuffarciant) quas ſup.manicas velantes tm̃ ſuprema brachia:ipſa de
mittit.i.deorſum mittit quando vult: in vngues curuos.i.ad tegendas
manus rapaces.& ipſa vtitur his quotiẽs opus eſt vel fingere id eſt ſimu
lare mores.ſ. probos: vel ſimulare fidem.i.fidelitatem geſtu. vel fallere
queq̄: vel celare furtum: manus ſup.eius eſt leuis.i. agilis & parui pon

(c) 2006 Ministerio de Cultura

deris: apta rapinæ: mens perſida & nullis.i.non vllis non potens manſueſcere vllis dictis: & accipit aure ſurda id eſt nō exaudit preces dignas & īdignas.i.ſiue digne ſiue indigne preceris: nihil ab ea obtineas. Vt id eſt quemadmodū vultur edax id eſt auis illa rapaciſſima cadauer vt quidam volunt per.vii.millia paſſuū ſentiens: vnde addit: percipiens oculis aut nare ſagaci.i.viſu aut poti⁹ odoratu (vnde dici ſolet Nos aper auditu pręcellit: aranea tactu Vultur odoratu: lynx viſu: ſimia guſtu.) percipiens inquā: grandia viſcera id eſt cadauera bouis: proiecta ſcilicet ad loca immunda: & hoc tergo id eſt tergore detracto.i. cute detracta. vel vt coruus famelicus cōuolat ore auido ad conuiuia id eſt cadauera humana in furcis & patibulis: reſoluta: graui id eſt ītolerabili & fœtidiſſima tabe id eſt ſanie & corruptione humoris. Sic iſta ſitis id eſt cupiditas habendi: fertur cito id eſt veloci volatu ad habendas opes: & aurum: & ſpolians ad nudum id eſt donec omnia nuda relinquat: & ipſa ſtudioſa id eſt diligēs legit id eſt colligit fragmēta & breues relliquias id eſt quicquid reliquū eſt quantūcūq₃ modicū ſit: & recondit.i.reponit abſcondens gremio ſup.ſuo.

Nec contenta bonis diuum quę munere tellus
Protulit: in partem ſcelerum uocat aſtra deoſq₃
Exercetq₃ preces: magicas & conſulit aras:
Infernoſq₃ uocans manes altaria circum
Nocturnas adhibet ueſtes: tetroq₃ uapore
Orgia perluſtrat: ducenſq₃ in puluere circum
Murmurat: & uariis diſtinguit ſigna figuris.
Extaq₃ tyrrheno ritu ſcrutata requirit
Theſauros: quæ terra tegit liuentia plumbi
Pondera: & argenti globulos uiuentis & æra
Artifici mendax uertit medicamine in aurum.
Falſaq₃ cum ueris iungens: cum doride bacchum:
Cum gemmis fragiles hyalos: cum palladis imbre

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Miſcet Ariſtei ſuccos & cęrea mella.
Mentitiſq; nouas:phuco errorem faciente:
Confectis ſenio deludit mercibus:omne
Turpiter emporium lucriq; libidine feruet:
Et totos hac arte dies conſumit & annos.
Vtq; dies triſti ſic nox abit anxia monſtro:
Nullaq; pax uicio rodentibus intima curis
Pectora:nulla quies:poſt turpia lucra diurnę
Fraudis & exlegem quęſtum:ſi lumina ſomnus
Occupat & duro furatur membra labori
Pictus imaginibus formiſq; fugacibus aſtat
Morpheus & uariis fingit noua uultibus ora.
Vanaq; ſopitos ludunt inſomnia ſenſus.
Nam rerum tenues umbras ſimulacraq; ſeruans
Lubricus aſſiduis ut fluxibus ambulat humor
Et nunc ſumma petens reptat nunc ima relapſus
Antra cauernoſi capitis rigat:itq; reditq;
Nunc iter obliquum ſinuans:nunc tramite recto
Fertur:& ipſe ſibi redit obuius:aut agit arcum
In dextram leuamue cadens ut pellit & urget
Fumus & ingreſſi caua ſpiramenta uapores:
Sic rerum ſpecies uariis coucurſibus:ut ſors
Obtulit aut uſus uel uis incognita cęli

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Spirituũue potens induſtria nocte ſilenti
Diuerſo oſtentant diuerſos ordine caſus.
Ceu uarias uoces diuerſaqꝫ nomina rerum
Si nouus inuerſis ſurgat compagibus ordo
Difformes eadem faciunt elementa figuras.
Hæc duo roma notis & amor componimus iiſdem.
Tramite conuerſo & retro redeunte meatu.
Quæ ſimulachra magis uigilans exercet in unum
Nocte reuertuntur: ueriſqꝫ ſimillima formant.
Oſtentantur opes cupido quia tempore lucis
Cogit opum ſpecies: & iter quod luce frequentant
In tenebris repetunt & noto calle recurrunt.
Cęcaqꝫ præteritas imitantur ſomnia curas.
Quom tacitis ergo rediit nox humida pennis
Atqꝫ ſoporiferos niueis argentea bigis
Luna uehit radios: ſomnus per rura per urbes
Spargit lętheo medicata papauera rore:
Et uigiles abigit ſecreta incendia curas.
Pulſæ abeunt celeres ad triſtia limina ditis
Atqꝫ leues hęrent ſub opacę frondibus ulmi:
Vlmus enim diffuſa comas & brachia late
Surgit ibi a ualidis radicibus: illius ergo
Muta ſub umbroſis habitant quæ ſomnia ramis

(c) 2006 Ministerio de Cultura

In thalamos hominum & tenebroſa cubilia ducunt:
Dantq; ſuos illis uultus uocemq; habitumq;:
Illa per obſcuros capitum delapſa meatus
Ad uigilem ſubeunt animum: caſuſq; figuris
Mobilibus formant: ſopitaq; corda iacentum
Sollicitant: nec uana minus q̃ uera fatigant:
Interea circum uittas & anhela frequentes
Ora uolant curæ: moxq; ut ſopor euolat intrant
Mordaciq; ſecant iterum pręcordia roſtro.

¶Nec cõtenta &c. Oſtendit reliquã auaricię inſatiabilitatem. Ordo eſt. Nec pro & nõ: & ipſa auaricia nõ contenta bonis q̃ tellus .i. terra ꝓtulit: munere .i. beneficio diuũ .i. diuoruꝫ: vocat aſtra & deos in partem ſcelerum .i. conatur deũ corrumpere precibus: & aſtra incantamentis magicis: vnde addit: & ipſa exercet preces ſcꝫ ad deũ corrumpenduꝫ: contra quã rẽ eſt .ii. ſatyra Perſii. & conſulit aras magicas: quibus ſcꝫ aſtra & elementa corrupta in ſentẽtiã ſuã illiciat: vnde carmina vel cœlo poſſunt deducere lunã. & ipſa vocans manes infernos .i. ſpiritus infernales adhibet veſtes nocturnas .i. quibus noctu vtitur: circuꝫ altaria quæ cœleſtiũ proprie ſunt. & perluſtrat .i. luſtrando perficit: orgia .i. ſacrificia ſua: vapore tetro .i. corrupto & obſcœno liquore aut ſucco: & ducens circum .i. deſcribens ſibi circulũ in puluere: murmurat .i. ſecretas preces & incãtationes fundit: & diſtinguit ſigna .i. characteres variis figuris. & requirit .i. poſtulat: exta ſcrutata .i. inſpecta ritu .i. more thyrreno .i. hetruſco ſeu tuſco. vnde tibullus Vera monent diui venturæ nuncia ſortis Vera monent tuſcis exta probata viris. requirit dico .i. exigit ab extis ſic viſis: theſauros & ea ſup. quę terra tegit (ſi eſſet quos terra tegit apertior eſſet cõſtructio) poteſt autẽ ordo eſſe: & ipſa mendax vertit medicamine artifici .i. artificioſo in auruꝫ: pondera plumbi liuentia .i. liuidi coloris: & globulos argenti viuẽtis: & æra: quæ terra tegit. & ipſa iungens falſa cũ veris: miſcet bacchum .i. merũ hoc eſt purum vinũ: cum doride .i. aqu[a] ſed potiſſimũ marinã ſignificat cuꝫ ſit dea maris. & hyalos fragiles .i. v[i]tra fragilia cum gẽmis: & ſuccos ariſtei .i. mella quę ariſteus inueniſſe d[i]citur & pro .i. mella cerea .i. fauos mellis: cum imbre palladis .i. cũ liquo

(c) 2006 Ministerio de Cultura

re oliuæ. hoc eſt cum oleo. & ipſa deludit. i. decipit mercibus confectis id eſt corruptis & effœtis ſenio. i. vetuſtate. mētitis. i. mēdaciter ſe oſtentātibus nouas: & hoc phuco. i. adulterino colore aut pręparamento faciente errorem. Omne emporiū. i. omnis locus emendarū rerum: hoc eſt om̄e forum ſeu mercatus feruet turpiter libidine. i. cupiditate: lucri: & conſumit hac arte ſcꝫ phucandi & ſophiſticandi ſeu adulterandi merces totos dies & annos ſup. ſuos. Et vt. i. quemadmoduꝫ dies. i. tempus diurnum abit. i. abſumit̄ & occupatur: triſti monſtro ſcꝫ auaricia: quia interdiu ſoli auaricię incumbunt: ſic & nox abit. & nulla pax eſt vitio. i. nulla intercapedo aut requies eſt auaris: & hoc curis rodētibus intima pectora. i. præcordia: & nulla quies eſt. quia ſi ſomnus occupat lumina. i. oculos: & furatur duro labori membra poſt turpia lucra diurnę fraudis: & poſt quęſtum exlegē. i. extra legem & rationeꝫ factū per fraudes & furta: morpheus deus inſomniorū qui varias ſpecies & figuras inducit vnde morphea eſt infirmitas qua fit mutatio coloris in colorē. Hūc Ouidius vocat ſimulatorem figurę: nam μορφη forma ſeu figura dicitur. verba eius ſunt lib. xi. metamor. At pater e populo natorum millē ſuorū Excitat artificem ſimulatoremq̧ figurę Morphea: non illo iuſſos ſollertius alter Exprimit inceſſus. vultumq̧ ſonūq̧ loquendi Adiicit & veſtes & cōſuetiſſima queq̧ Verba: ſed hic ſolos hoīes imitat̄ &c.) Morpheus ergo ſimulator figurarum aſtat: auaris dormitantibus: pictus imaginibus & formis fugacibus. i. vanis & inſtabilibus: & fingit. i. ſimulat: noua ora variis vultibus. & īſomnia. i. fantaſmata vana: ludūt. i. deludunt: ſenſus ſopitos. i. ſopore modico tamen perfuſos. Nam lubricus humor. ſ. cerebri ſeruans tenues vmbras. i. fantaſias vt dicūt: & ſimulacra. i. ſpecies rerū: vt. i. queādmodū ipē ābulat. i. diſcurrit: aſſiduis fluxibus: & petens nūc. i. aliquādo ſumma. i. ſummitatē cerebri: reptat. i. tarde ꝑgredit̄: & relapſus. i. decidēs nūc. i. aliqñ: rigat ima ātra capitis cauernoſi. i. multas cellulas habētis: & it & redit ſinuās. i. per ſinū faciēs nūc iter obliquū: fertur nūc tramite recto. & ipē. ſ. humor redit obuius ſibi. i. reuoluit̄ in ſe: aut ipſe humor agit arcū. i. trāſcurſuꝫ arcualē cadēs in dextrā vel leuā. i. ſiniſtrā: vt. i. queādmodū fum⁹. i. vapor ad cerebrū miſſus pellit & vrget & vt vapores ingreſſi caua ſpiramēta. i. cellulas inanes pellunt & vrgent ſic ſpecies rerū oſtentant nocte ſilenti diuerſo ordine diuerſos caſus: variis cōcurſibus. i. rēpſentationibus factis per humores & vapores varie concurrentes (Et ita phiſice docet orginē & modum inſomniorum) vt. i. quemadmodū ſors. i. caſus obtulit: quia aliquādo a caſu fit talis aut talis reprēſentatio: aut vt vſus. i. exercitatio obtulit, aut vis cœli incognita: ve pro vel potens induſtria id eſt ſubtilitas

Morphe⁹

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ingenii ſpirituū tam bonoꝝ q̄ maloꝝ. Ceu.i.ſicuti eadē elemēta.i.eedē
litterę faciūt difformes:i.diuerſarū formaꝝ figuras: & varias voces & di
uerſa nomina rerū: ſi nouus ordo.i.cōpoſitio & vt dicunt ſyllabificatio
ſurgat cōpagibꝰ.i.ſyllabis & ordinibꝰ: inuerſis.i.trāſpoſitis aut ordine
retrogrado poſitis. Nos cōponimꝰ iiſdē.i.eiſdē notis.i.characteribꝰ ac
litteris: hec duo.ſ. vocabula roma & amor: & hoc tramite conuerſo &
meatu redeunte retro.i.ſi ordine prępoſtero legatur roma fit amor: & ſi
amor: fit roma. Ea ſimulacra q̄ vigilans exercet magis.i.q̄ vigilans ma
gis cogitat & tractat: reuertuntur nocte.i.dū dormiret: ī vnū & formāt
ſimillima veris.i.prius viſis aut cogitatis. Opes oſtētātur cupido.i.aua
ro: quia cogit.i.cōgregat & cōpellit in cellulas capitis: ſpecies opum.i.
diuitiarū: tempore lucis.i.diei: & ſup.ſpecies repetunt in tenebris.i.tē
pore nocturno: iter quod frequētant luce: & recurrūt calle noto: & ſom
nia cęca.i.q̄ dormitantibus fiunt imitantur curas p̄teritas. Ergo cū nox
humida rediit: pennis.i.alis tacitis.i.ſecretis & vix perceptibilibus: atqꝫ
cum luna argentea.i.ſubpallida: vehit.i.inuehit bigis niueis.i.albis: ra
dios ſoporiferos.i.ſomnū afferentes: ſomnus.i.deus dormitionis ſpar
git papauera.i.ſemina illa ſomniū inducētia: medicata.i.tincta: rore le
theo.i.obliuionis & ſoporis: & abigit vigiles curas exiſtentes ſecreta in
cendia (Dicitur enī ſecūdū Seruiū cura ꝗ cor vrat) ſup.curę pulſę abeūt
celeres.i.veloces ad triſtia limina ditis.i.plutonis: atqꝫ ipſe leues hęrent
ſub frondibus vlmi.i.illius arboris opacę.i.denſę in frondibus: cū reliq
minꝰ opacitatis habeāt: quapropter ab italis deligūtur ad vites ſuſtētā
das. Enī pro quia vlmus diffuſa.i.habēs diffuſas comas & brachia.i.frō
des & ramos: ſurgit ibi late a validis radicibus. ergo curę ducūt in thala
mos & tenebroſa cubilia hominū muta ſomnia q̄ habitant ſub vmbro
ſis ramis illius.ſ.vlmi. & dant illis ſuos vultus & vocē ſup.ſuā: & habitū
ſup.ſuū (De hac vlmo ne quis forte ignoret vnde hic locꝰ ſumptꝰ ſit ha
betur.vi.ęnei.ſic Veſtibulū ante ipſum primiſqꝫ in faucibus orci Luctus
& vltrices poſuere cubilia curę Pallenteſqꝫ habitant morbi: triſtiſqꝫ ſene
ctus Et metus: & maleſuada fames: ac turpis egeſtas Terribiles viſu for
mę: letumqꝫ laborqꝫ. Tū conſanguineus leti ſopor: & mala mentis Gau
dia: mortiferūqꝫ aduerſo in limine bellum. Ferriqꝫ eumenidū thalami:
& diſcordia demēs Vipereū crimen vittis innexa cruentis. In medio ra
mos annoſaqꝫ brachia pandit Vlmus opaca ingens: quā ſedem ſomnia
vulgo Vana tenere ferūt: foliiſqꝫ ſub omnibus hęrēt &c. vbi Seruiꝰ inu
it phiſicū eſſe vt quo tempore frondes vlmi decidūt: quia tunc noxius
humor dominat̄: ſomnia vana paſſim fiant) Illa.ſ.ſomnia dilapſa p ob
ſcuros meatus capitū: ſubeūt ad animū vigilem.i. rep̄ſentantur animo

(c) 2006 Ministerio de Cultura

& formāt figuris mobilib⁹ caſus quia vulgo dicit̄ ꝙ imaginatio facit caſum. & ſollicitāt corda iacētū ſopita. i. coopta vaporib⁹: nec ꝓ & non fatigāt min⁹ vana q̄ vera. i. tantū afficiūt fere in rebus aut viſionib⁹ falſis q̄tum in veris. Curę frequētes volāt interea dum. ſ. inſomnia ludūt: circum vittas. i. tēpora q̄ vittis ornari ſolent: & ora anhela. i. anhelantia & laborantia: & intrant mox. i. ſtatim: vt. i. poſtq̄ ſopor euolat: & ſecāt iterum pręcordia. i. vicina cordi (ſunt autem pelliculę q̄dam circa cor in quibus ſunt paſſionum ſedes) hoc eſt intima cordis mordaci roſtro: quia cura rodit & vrit corda vt dixi.

Hęc eſt quę tytium uolucris ferit ore cruento
Aeternę natum pœnæ æternoq; dolori.
Monſtrum igitur ſi quando quies blandita ſoporem
Reddidit: aut auro inſudat: ſublataue furto
Semina frugiferę Cereris: uel inania plangit
Horrea: uel dura decuſſos grandine fructus:
Effuſamue fretis mercem: deprēnſaue furta:
Atq; iterum tractat ſub nocte negocia lucis:
Totaq; ſub curis it uita ſimillima morti.
Hæc animum turpi maculans & corpora labe
Quęrere cęleſti precium pro munere iuſſit
Vanaq; compoſito mendacia fingere uultu
Quando grauem ſacro morbum Naamanus in amne
Abluit & puerum ſpoliis onerauit & auro.
Hęc eadem ſcelerum genitrix fraudumq; magiſtra
Reginam libycis poſuit quę in collibus urbem
Aere. uiro. patria ſpolians. peregrinaq; circum
Aequora: per rapidas ſyrtes. per barbara pellens



(c) 2006 Ministerio de Cultura

Regna diu profugam terris iactauit & unda.
Hęc priami natum:cui longa pepercerat ira
Martis:& a patria procul obſidione latentem
Thraicio iuuenem innocuum mucrone peremit.
Ah ſcelus ah dirum facinus multoq; piandum
Sanguine primęuę imberbem ſub flore iuuentę
Ignarumq; doli puerum:nil tale uerentem
Perfidus obtruncat:placidum roſei decus oris
Et regale caput ſimplex ſine crimine pectus
Et natas ad ſceptra manus ueniamq; precantes
Vulnerat immitis repetito ſępius ictu.
Prętereo conſciſa ſui qui corpora nati
Diis epulanda dedit:quiq; auro uendidit urbem
Quiq; ſuum ſuperans hoſtem ſuperatus ab auro
Exanimum phrygio uerſatum puluere corpus
Miſit ad extremos ignes patriumq; ſepulchrum.
Non prece non lachrymis motus non uoce paterna
Nec miſero caſu queruli ſenis:immemor omnis
Iuſtitię ſolo placatus munere tandem
Hectora reſtituit priamo:ſua pignora patri:
Quiq; per undoſum dulces ne perderet ęquor
Diuitias retro conuerſa naue per undas
Ad patriam & ſęuos rediit non inſcius hoſtes.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Quicꝫ deum manibus rapiens pendentia dona
Sacrilegus ſuperum uanos irriſit honores.
Et qui ſurripiens auri duo milia pondo
Et lateres fuluos: fucata ſubintulit ęra
Vt genus effrenum Naſamon qui uerſus in auſtros
Incolit iſiaco contermina rura canopo:
Naufragiis uictum quęrens gaudere procellis
Turbinibuſcꝫ ſolet: fuſaſcꝫ per ęquora merces
Colligit: & nautas ad punica littora pulſos
Auxilium ſimulans uiolat. Sic improbus auri
Raptor in aduerſis quenq̄ ſi uiderit angi
Caſibus exultat: fictocꝫ aſtutior ore
Dum promittit opem ſpoliat: prędamcꝫ reportans
Celat: & exuuias occulto congerit antro.
Hęc quocꝫ uenalem (tanti quis crederet orcum?)
Eſſe deum fecit: Semen cæleſte piando
Progenitum ſceleri. diuinę mentis alumnum.
Virgineocꝫ alitum gremio: crimencꝫ uolentem
Soluere & antiquo contractam fomite labem
Dira fames auri culpę regina parenſcꝫ
Perdidit. indigno ſignatum uerbere corpus:
Confixum caput: & duplici manantia rore
Pectora: pallenteſcꝫ genas: frontemcꝫ cadentem



BIBLIOTECA PUBLICA DE TARRAGONA

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Ingratæ moriens plębi monſtrabat ab alta
Arbore: purpureum terra abſorbente cruorem.
Hæc opera: hi fructus: hęc gaudia mentis auarę.

Tytius

¶Hęc eſt q̄ tytium &c. Probat quod dixit curas & cupiditates habendi corda rodere alludens ad fabulā tytii de quo. vi. ęnei. ſic dicit Virg. Nec nō & tytion terrę om̄ipotentis alūnū Cernere erat per: tota nouē cui iugera corpus Porrigit̄: roſtroq; imanis vultur adunco Immortale iecur tondens: fœcūdaq; pœnis Viſcera: rimaturq; epulis: habitatq; ſub alto Pectore: nec fibris requies datur vlla renatis. Vbi ſerui⁹. Tytius (inquit) ſm aliquos fili⁹ terrę fuit ſm alios a terra nutritus: vnde elegit ſermonē quo vtrūq; ſignificaret. nā alūnū dixit. Hic amauit latonā ꝓpter quod apollinis telis cōfixus ē. dānat⁹ eſt aūt hac lege apud īferos vt eius iecur vultur exedat: q̄q̄ homerus viciſſim dicat ſuos vultures ſibi ī ei⁹ pœnā ſuccedere. quod aūt dicit: ꝑ tota nouē cui iugera corp⁹ porrigit̄: q̄tū ad publicā faciē magnitudinē oſtēdit corpis: ſ3 illud ſignificat (q̄a de amore loq̄tur) libidinē late patere vt ait ſupra. Nec ꝓcul hic ptē fuſi mōſtrāt̄ in oēm Lugētes cāpi. Sane de his oīb⁹ reb⁹ mire reddidit rationē Lucretius: & cōfirmat in noſtra eē vita oīa ea q̄ fingūtur de īferis. dicit enī Tytion amorē eē: hoc ē libidinē q̄ ſm phiſicos & medicos in iecore ē. vt riſus in ſplene: iracūdia in felle: vñ etiā exeſum a vulture dicit̄ in pœnā renaſci. Etenim libidini nō ſatiſſit re ſemel pacta: ſed recrudeſcit ſemp: vñ ait horatius Incōtinentis aut tytii iecur. Declinatur autē hic tytios hui⁹ tytii ſicut delos deli. hęc ſerui⁹. Scies aūt a noīatiuo tytios accuſatiuū eē tytion & a tyti⁹ tytiū. Itaq; vtrūq; ſcribi poſſe. verū ex his patet auctorē ꝑter aliorū ſententiā per vulturē tytii auaricię morſum ītelligere cū alii libidinis intelligāt: ſed quia vtraq; cupido atq; cupiditas ꝑcordia rodit vtriq; recte ſentiunt. Senſus enī moralis ad nutū inflectitur dū rectę ſententię quadret.

Giezi

¶Hęc animū &c. Docet effect⁹ auaricię & primo auariciam giezi de qua habetur. iiii. Reg. v. Is enim cū eſſet diſcipulus heliſei ꝓphetę: Naamā ſeu naamanū ſyrū ſepties ī iordane lotū cōſilio heliſei & ita lepra mūdatū: cū heliſe⁹ nihil accipere vellet: ſecut⁹ eſt poſt tergū quē cū vidiſſet naamā currentē ad ſe: deſiliit de curru in occurſum ei⁹ & ait recte ne ſunt oīa? Et ille ait. Recte. Dn̄s meus miſit me ad te dicēs Modo venerūt ad me duo adoleſcētes de monte effraim: ex filiis ꝓphetarū da eis talentū argenti: & veſtes mutatorias duplices. Dixitq; Naamam Melius ē: accipias duo talēta Et coegit eū ligauitq; duo talēta argēti in duob⁹ ſaccis & duplicia veſtimēta: & īpoſuit duob⁹ pueris ſuis q & por

(c) 2006 Ministerio de Cultura

tauerũt corã eo. Cũq; veniſſet iã veſperi: tulit de manu eorũ: & repoſuit in domo: dimiſitq; viros & abierũt. ipe aũt igreſſus ſtetit corã dño ſuo. Et dixit heliſeus. Vnde venis Gieʒi? Qui reſpondit. Non iuit ſeruus tuus quoq̃. At ille ait. Nonne cor meũ in pręſenti erat quando reuerſus eſt homo de curru ſuo in occurſum tui? Nunc igit̃ accepiſti argentũ & accepiſti veſtes: vt emas oliueta & vineas: & oues & boues & ſeruos & ancillas. Sed & lepra Naamã adhęrebit tibi & ſemini tuo vſq; in ſempiternũ. Et egreſſus eſt quaſi nix ab eo leproſus. hec fere illic. Hec eadẽ &c. Didonẽ ſignificat de qua primo ęnei. Punica regna vides tyrios & agenoris vrbẽ Sed fines libyci gen⁹ intractabile bello. Imperiũ dido tyria regit vrbe ꝓfecta Germanũ fugiẽs: lõga eſt iiuria: lõgę Ambages. ſʒ ſũma ſeqr faſtigia rerũ. Huic cõiũx ſiche⁹ erat ditiſſim⁹ agri phœnicũ: & magno miſerę dilect⁹ amore. Cui pr̃ itactã dederat primiſq; iugarat Ominibus ſed regna tyri german⁹ habebat Pigmaliõ: ſcelere ãte alios imanior oẽs Quos iter medi⁹ venit furor: Ille ſicheũ Impius ante aras: atq; auri cœcus amore Clam ferro incautũ ſupat &c. dido ergo q̃ & elyſſa dicit̃ occiſo marito fratrẽ fugiens poſt longos errores carthaginẽ condidit ſcđm virgiliũ. Hec priami natũ &c. Polydoruʒ ſignificat de quo. iii. ęnei. Hunc polydorũ auri quodã cũ põdere magno Infœlix priam⁹ furtim mandarat alendũ Threicio regi: cũ iã diffideret armis dardanię: cingiq; vrbem obſidione videret. Ille vt opes fractæ teucrũ & fortuna receſſit. Res agamẽnonias: victriciaq; arma ſecut⁹ Fas omne abrũpit: Polidorũ obtrũcat: & auro Vi potit̃: quid non mortalia pectora cogis Auri ſacra fames? hec ille q̃ ſatis nota ſũt. Threicio aũt iquit ſerui⁹ dixit pro thraicio: ſicuti primo threiſſa. nã ſolutio eſt ionicę ligũę cũ eni ſit θρᾳξ hoc eſt thrax: iones dicũt θρειξ: hoc eſt threix: & ei⁹ diphthõgi ſolutio facit threicius & threiſſa Fuit aũt hic polymneſtor vt ibidẽ dicit donat⁹. Pręterea cõciſa ſui &c. Tãtalũ itelligit ꝑ quẽ oẽs auarũ itelligũt vñ horati⁹ primo ſermonũ. Tãtal⁹ a labris ſitiẽs fugientia captat Flumina. quid rides: mutato noĩe de te Fabula narrat̃ cõgeſtis vndiq; ſaccis Indormis inhians: & tanq̃ pcere ſacris Cogeris: aut pictis tanq̃ gaudere tabellis. Fuit aũt tãtal⁹ Iouis & plotes ſeu plotidis nymphę fili⁹ vt ſcribit lactãti⁹ lib. ii. thebaiđ. Fuit rex phrygię auctore euſebio: q vt habet̃ lib. 6. meta. quũ deos hoſpitio ſuſcepiſſet filiũ ſuũ pelopẽ eis comedẽdũ appoſuit: mẽti t⁹ alias eſſe carnes: a qbus epulis dii oẽs excepta cerere abſtinuerũt: Ceres ẽni illi⁹ humerũ exedit: ſed dii reuocãtes i vitã reſtituerũt ei humerũ ebur neũ iuxta illud Virg. Humeroq; pelops iſignis eburno. Ob id aũt facin⁹ iuppiter illũ in ifernũ detruſit: vbi ea pœna dãnat̃ vt mẽto ten⁹ i ſuauiſſimo flumine ſedẽs ſemp ſitiat: quia fugiẽtes aquas haurire nequit: &

Pigmalion
Dido
Polymneſtor
Polydorus
Tantalus



(c) 2006 Ministerio de Cultura

nariū tenꝰ odorifera tangēs poma ſemp fameat. De hoc diodorꝰ lib. v. ait ſic. Tantalꝰ Iouis filiꝰ diuitiis & gloria īſignis in ea aſię pte quā nunc paphlagoniā vocāt: habitauit: plurimū diis ob generis claritatē charꝰ poſtmodū fœlicitatē ſuā inſolēter ferēs: imortaliū ſecreta q̄ mēſę cōmunione vſuq̧ deoꝝ nouerat: palā ꝓtulit hoībus: qua ex cauſa & viuꝰ pœnā tulit & poſt obitū ſcd̄m fabulas tormētis apud inferos inter ſceleſtos ꝑpetuis punit̄. hec ex diodoro. Quiq̧ auro vēdidit vrbē. vn̄ ęnei. 6. Vē

Laſchenes didit hic auro patriā dn̄mq̧ potentē Impoſuit. Intelligit aūt vel laſche-

Curio nē ſcd̄m ſeruiū: q philippo macedoni olynthū vēdidit: vel curionē qui cęſari vigintiſeptē millibꝰ aureū romā vēdidit: de quo Lucanꝰ Gallorū captꝰ ſpoliis & cęſaris auro. Et illud. Emere oēs hic vēdidit vrbē. De laſchene autē ſcribit domoſthenes cōtra eſchinē: Laſchenē philippi amicū pecunia corruptū: illi olynthū tradidiſſe. Quiq̧ ſuum ſuperans &c.

Achilles Achillē tāgit de quo illud primi ęnei. Ter circū iliacos raptauerat hecto

Hector ra muros Exanimūq̧ auro corpꝰ vēdebat achilles. Vbi Seruiꝰ Conſtat priamū tentoriū achillis īgreſſū qm̄ dormientē inuenerat excitaſſe: vt pro filii corpe p̄caretur: cū eū poſſet occidere: qd̓ homerus ꝓpter achillis turpitudinē ſupprimit. hec ille. At donatꝰ ſic. Quis mortuū vēdidit niſi impiꝰ. Quis ī regno poſitꝰ ideoq̧ diues aurū deſiderat niſi auarus? Ergo impiꝰ & auarꝰ achilles: qui corpꝰ exanimū auro vendidit. Quiq̧ per vndoſum. Quia neq̧ patriā neq̧ virū noīat: īcertū eſt quē ſignificet

Pyrrhus videt̄ tamē pyrrhū ſignificare: qui cū e ſicilia rediens locros claſſe p̄teruehere t̄: theſauros proſerpinę intactos ad eā diē ſpoliauit: atq̧ ita pecunia naui īpoſita ipſe terra eſt profectus Claſſis poſtero die fœdiſſima tēpeſtate lacerata fuit oēſq̧ naues q̄ ſacrā pecuniā habuerūt ī littora locrēſia reuectę: nec quicq̄ integrū p̄ter deę pecuniā in terrā extulerūt: qua tēpeſtate ſupbiſſimꝰ rex edoctꝰ deos eſſe: pecuniā cōqſitā in theſauros ꝓſerpinę referri iuſſit: nec tn̄ illi vnq̄ poſtea proſpere quicq̄ euenit. Hāc rē tangit valeriꝰ lib. i. de neglecta religiōe dicēs. Pyrrhus coactis locrēſibꝰ ex theſauro deę magnā illi pecuniā dare cū onuſtus nefaria pręda nauigaret vi ſubitę tēpeſtatꝰ tota cū claſſe vicinis deę littoribꝰ illiſus eſt: ī qbꝰ

Ptolemeꝰ cyprius īcolumis repta: ſctiſſimi theſauri cuſtodię reſtituta eſt. hec ille. Poſſet ergo vtcūq̧ de pyrrho ītelligi: ſed manifeſtiꝰ de ptolemeo cypriorū rege: quē cū ſenatꝰ romanꝰ audiſſet grandē cōflare pecuniā: veritꝰ ne tantis opibꝰ īcitatꝰ ipe bellū renouaret: cyprū in ꝓuincię formā redigere conſtituerūt. qd̓ vbi regi nūciatū eſt: opes ſuas peti cognouit: itaq̧ vt romanos opinione & pecunia fruſtaret̄: eā totā nauibus īpoſuit: eo aīo vt his pforatis obrueret̄: qd̓ cū iā ī medio mari eēt auaricia victꝰ facere nequit. Nā aurū & argentū quo nihil chariꝰ illi eſſe poterat pdere nō ſuſtinuit

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Itaqꝫ reuerſus opes q̄bus piturus erat reponere maluit: q̄ illis perditis ſa
lutē ſeruare. Cū enī ſenatus Catonē miſiſſet cū claſſe q regiā pecuniā ro
mā deportaret: hoc ſentiēs ptolemeꝰ dolore nimio ꝑcitus veneno fata
prȩuenit. Quā rē valeriꝰ maxi. lib. 9. cap. de auaricia ſic recitat. Ptoleme
us rex cypriorū cū anxiis ſordibus magnas opes corripuiſſet: & ꝓpter
eas ſe piturū videret: & oī pecunia īpoſita nauibꝰ ī altū ꝓceſſiſſet: vt claſ
ſe ꝑforata ſuo arbitrio piret & vt hoſtes prȩda careret: nō ſuſtinuit mer
gere aurū & argētū: ſed futurū ſuȩ necis pmiū domū reuexit. Procul du
bio hic nō poſſedit diuitias ſed a diuitiis poſſeſſus eſt: titulo rex inſulæ
aīo aūt miſerabile mācipiū. Quiqꝫ deū manibꝰ &c. manifeſte diony Dionyſiꝰ Si
ſium ſiculū ītelligit de quo idē valeriꝰ lib. i. cap. de neglecta religione. Si racuſanus
racuſis genitꝰ dionyſius tot ſacrilegia ſua quot iā recognoſcimꝰ iocoſis
dictis proſequi voluptatis loco duxit. Phano enī ꝓſerpinȩ ſpoliato lo
cris cū ꝑ altū ſecūdo vēto claſſe veheret: ridēs amicis: videtis ne ait q̄ bo
na nauigatio ab ipſis diis īmortalibꝰ ſacrilegis tribuat? Detracto etiā io
ui olympio magni pōderis aureo amiculo: quo eū tyrānus hiero e ma
nubiis carthagineñ. ornauerat īiectoqꝫ ei laneo pallio dixit. ȩſtate grauē
ſe aureū amiculū: hyeme frigidū: laneū aūt ad vtrūqꝫ tempꝰ anni aptiꝰ.
Idē epidauri ȩſculapio barbā aureā demi iuſſit: ꝙ affirmaret nō cōueni
re patrē apollinē imberbē: ipſum vero barbatū cōſpici. Idē menſas argē
teas atqꝫ aureas e phanis ſuſtulit: ꝙqꝫ ī iis more grȩco ſcriptū erat bono
rum deorū eas eſſe: vti ſe bonitate eorū prȩdicauit. Idē victorias aureas Victorias. i.
& pateras & coronas q̄ ſimulacrorū porrectis manibꝰ ſuſtinebātur: tol ſigna victo
lebat: & eas ſe accipere nō auferre dicebat: per q̄ ſtultū eſſe argumētādo riæ. Accipit
a quibus bona p̄camur ab iis porrigētibꝰ nolle ſumere. q tametſi debita enī qd̄ datur
ſupplicia non exoluit tamē filii mortuus pœnas repēdit: quas viuus ef
fugerat. Lento enim gradu ad vindictam ſui diuina procedit ira: tardita
temqꝫ ſupplicii grauitate compenſat. hec ille. Et qui ſurripiēs &c. Si vnū
eſt exemplum de Quinto fuluio nimirum eſt: ſi duo ſunt vt ſubītelliga
tur. qui ibi. Et lateres vt ſit & qui lateres &c. prius erit de Publio leminio Q. fuluiꝰ
& poſterius de Q. fuluio. De vtriſqꝫ autem dicit Valerius maxi. lib. pri
mo cap. 2. ſic. Quintus fuluiꝰ flaccus īpune nō tulit ꝙ in cēſura tegulas
marmoreas ex iunonis laciniȩ tēplo in ædē fortunȩ equeſtris quā romȩ
faciebat trāſtulit. Negat enī poſt hoc factū mēte cōſtitiſſe. Quinctiā per
ſummā ȩgritudinē aī expirauit cū ex duobꝰ filiis in illirico militātibꝰ al
terū deceſſiſſe alterū grauiter audiſſet affectū: cuius caſu motus ſenatus
tegulas locros reportādas curauit: decretiqꝫ circūſpectiſſima ſanctitate i
[illegible]pꝰ cenſoris retexuit Tā me hercule: q̄ P. leminii legati ſcipionis in P. Leminius
theſauro proſerpinȩ ſpoliando ſceleratā auariciā iuſta animaduerſione

gg. iiii.

DE TARRAGO[NA]
(c) 2006 Ministerio de Cultura

vindicauit &c. Sane hic non marmoreos ſed aureos lateres dicit auctor ablatos & pro eis æreos reſtitutos: quocirca nō negē de alio poſſe ītelligi. Vt gen⁹ effrenū Naſamon. de naſamonib⁹ dictū ē ī catharinaria parthenice. ex Strabo. lib. iii. Sȝ ꝓlixius de his dicit Tortellius ſic. Naſamones populi ſunt ī libya iuxta anſchiſeos ex vno latere & littora ſyrtiū habitantes ex altero. Et vt ſcribit Herodot⁹ lib. iiii. Siquę naues īfœliciter actę venerit ſyrtib⁹ inuolutę eas ſpoliāt: ſicq̧ ꝑ rapinā cū aliis habēt cōmercia ſpoliādo: Quod Lucan⁹ tetigit ī octauo cū ait hoc tā ſegne ſolū raras tn̄ exerit herbas Quas naſamon gēs dira legit. q ꝓxima pōto Nudus rura tenet: quē mūdi barbara dānis Syrtis alit: nā littoreis populator harenis Imminet: & nullos port⁹ tāgente carina Nouit opes: ſic cū toto cōmercia mūdo Naufragiis naſamones habēt. Idē Pli. lib. v. cōfirmauit. Hæc quoq̧ venalē. Perſeqˀ̄ auariciā iudę traditoris xp̄i dn̄i noſtri oībus notiſſimā. Quocirca ordinē ponam⁹ q̧ talis ē. Hęc. ſ. auaricia ſeu cupiditas eſt volucris. ſ. vultur q̄ ferit. i. ꝑcutit: rodit. lacerat. cruēto ore tytiū. alūnū terræ. vt dicit Virgili⁹. natū ęternę pœnę & ęterno dolori. i. ad ęternā pœnā & ęternū dolorē: nō violētia fati: ſed maliuolētia volūtatis: vn̄ poſſet exponi: natū. i. habētē iecur renaſcēs ęternę pœnæ &c. Igiˀ̄ hoc mōſtrū. ſ. auaricia: ſi qes blādita reddidit qn̄. i. aliqn̄: ſoporem. i. dormitionē ꝑ ſoporē. i. ſopitionē ſenſuū: ipe auar⁹ aut īſudat auro: ve ꝓ vel plangit. i. ſibi plangere videˀ̄ ſomniās: ſemina cereris frugiferę. i. frumētia: eē ſublata furto: vel horrea īania. i. q̧ horrea ſint inania: vel fruct⁹ decuſſos. i. deiectos: dura grādine. i. calamitate: ve ꝓ vel: mercem. i. vt dicūt inepti mercātiā: effuſam fretis. i. in mare: & furta ſup. ſua deprenſa. i. in ipo facto inuēta: aut reſcita poſtmodū: nā deprēdere ē in facto: reſcire poſt factuȝ. Aq̧ auar⁹. ſ. tractat iterū ſub nocte. i. tpe noctis (quia ſub licet cōſtruaˀ̄ cū dictione tpis: ſi nō ſit trāſitio & capiaˀ̄ ꝓ ante bene ablatiuo coheret. Nā ſub lucē & ſub noctē ī virgilio ſignificāt paulo ante lucē & noctē) negocia lucis. i. diurna. Et tota vita it. i. tranſigitur ſub curis. i. inter curas (iterū quia nō ē trāſitus recte ablatiuo vtitur) exiſtens ſimillima morti. Hęc animū &c. notat effectus ei⁹. hęc. ſ. auaricia maculans animū & corpora turpi labe. i. deſiccatione & macie corpus: animū aūt triſtitia. quia ſp̄us triſtis deſiccat oſſa: auarus aūt triſtitia nō vacat: iuſſit. ſ. Gieȝi: q̄rere preciū. i. mercedē ꝓ munere cœleſti. i. beneficio diuino in curando naamano vt diximus: & iuſſit fingere vana mendacia (dixit enim ſe miſſum a dn̄o ſuo) vultu cōpoſito. i. ſimulato: quādo Naamanus princeps ſyrię (fecit autē more ſuo ex hebreo latinum: ſicut de adam adamus: & abraam abraamus: & iſaac iſaacus) abluit amne ſacro ſcȝ iordane: morbū grauē. ſ. leprā. & onerauit puerū. ſ. ſuū hoc

Naſamon

Deprendere
Reſcire
Sub

(c) 2006 Ministerio de Cultura

eſt miniſtrũ quẽ miſit cũ giezi: ſpoliis.i. veſtibus: & auro.i. duob⁹ talentis nõ tamen auri ſed argenti. Hęc eadẽ ſcʒ auaricia exiſtens genitrix ſcelerum & magiſtra fraudũ: ſpolians reginã ſcʒ dido aut didoneʒ ſeu eliſſam quę poſuit vrbẽ ſcʒ carthaginẽ in collib⁹ libycis: ſpolians dico ære .i. pecunia. viro.i. marito ſicheo. patria ſcʒ tyro. & pellens eã circũ ęquora peregrina.i. externa: iactauit eã ꝓfugaʒ per rapidas ſyrtes.i. vada breuia & harenoſa periculorũ plena in mari libyco: & per regna barbara.i. barbarorũ: hoc eſt imaniũ & ferociũ populorũ: iactauit dico diu terris & vnda. vnde ipſa primo ęnei. Nõ ignara mali miſeris ſuccurrere diſco. Hæc ſcʒ auaricia polymneſtoris regis thraciæ pemit mucrone thraicio iuuenẽ innocuũ ſcʒ polydorũ: natũ.i. filiũ priami latentẽ procul ab obſidione patria.i. patrię ſuę troię: cui lõga ira martis.i. belli decẽnalis: pepercerat.i. qui tãto bello abſumi nõ potuit auaricia abſumptus eſt. vñ exclamat poeta. Ah ſcelus. ah dirũ facinus: & piandũ.i. purgandũ & luendum multo ſanguine.i. multi ſanguinis effuſione: perfidus id eſt polymneſtor: obtrũcat puerũ imberbẽ.i. inueſtem nondũ habentẽ barbã ſub flore primę iuuentę. & ignarum doli & nil tale verentẽ (quę oĩa pathos habẽt) & placidũ decus roſei oris & caput regale.i. regali diademate dignuʒ: aut de regia ſtirpe ortũ & pectus ſimplex ſine crimine: Et ipſe ĩmitis vulnerat manus natas ad ſcęptra.i. regna nã regũ inſigne ſcęptrũ eſt in manu. & precantes veniam.i. implorantes miſericordiã. vulnerat dico ictu ſępius repetito. Pręterco (color ẽ rhetoricus) .i. dicere nolo .ſ. tantalũ qui dedit corpora ſui nati.ſ. pelopis conciſa: epulanda.i. comedenda diis. & pręterco curionem ſup. qui vẽdidit vrbem ſcʒ romã: aut laſchenem qui vendit olynthũ vrbem thracię. auro: & pręterco eũ ſup. videlicet achillem: qui ſuperans ſuũ hoſtem videlicet hectorẽ: exiſtens ſuperatus.i. victus ab auro miſit corpus exanimũ.i. exangue ſcʒ hectoris: verſatũ.i. ter tractum: puluere phrygio.i. circũ muros troianos: miſit dico ad extremos ignes.i. ad vſtrinã & ad patriuʒ ſepulcrum.i. ad vrnam maiorũ ſuorũ: non motus prece ſcʒ priami: non lachrymis: & nõ voce paterna: nec miſero caſu ſenis queruli.i. queruloſi exiſtens immemor omnis iuſtitię: quia poterat a priamo interfici: placatus.i. contentus tandem ſolo munere.i. auro reſtituit priamo hectora.i. patri ſua pignora.i. filium ſuũ. aut ſic reſtituit priamo patri ſua pignora hectora videlicet: ſed prior conſtructio ſignificantior eſt & plus veneris ac gratiæ habet in auribus bonis. Et præterco ſup. eum ſcʒ ptolemeũ cypriũ qui ne perderet per vndoſum ęquor dulces diuitias: rediit non inſcius.i. p̄ſcius mali futuri ad patriam ſcʒ ſuam cypron: & ad ſęuos hoſtes ſcilʒ catonem & alios miſſos ad pecuniam eius auferendam: quo nihil ſęuius

(c) 2006 Ministerio de Cultura

in illũ mitti poſſet: rediit dico naue conuerſa retro.i. retrorſum per vndas.i.retrouerſa eo vnde exierat. ꝗ pro & prętereo ſup.eũ videlicet dionyſium ſiracuſanum tyrãnũ: qui rapiens dona.i.oblata & munera pendentia.i.affixa manibus deum.i. deorũ exiſtens ſacrilegus irriſit vanos honores id eſt inutilia ornamenta ſuperum id eſt deorum (vt ipſe putauit) cœleſtium. Et prętereo ſup. eum (ſiue is pedius ſiue petillius capitolinus ſiue brẽnus gallorum dux. ſiue vt dixi Q. Fuluius ſit ſeu quis alius ſacrilegus) qui ſurripiẽs duo millia pondo id eſt bis mille libras auri: & fuluos id eſt aureos lateres id eſt tegulas ſubintulit id eſt reſtituit: ęra fucata id eſt inaurata in ſuperficie ſcilicet tenui auro tecta. Et prętereo ſup. vt id eſt qualiter Naſamon populus ille in cõfinibus libyę & ęgypti exiſtens genus effrenum id eſt extra frenum enorme. qui verſus in auſtros id eſt ad auſtralem plagam: incolit rura cõtermina id eſt confinia: canopo iſiaco.i. ægyptio vbi iſis colitur. Et quęrens victum naufragiis id eſt ex naufragio inter ſyrtes facto: ſolet gaudere procellis & turbinibus id eſt tempeſtatibus quibus naufragia fiant: & colligit merces fuſas.i. diſperſas: per ęquora: & ſimulans auxilia violat id eſt ſpoliat aut interimit nautas pulſos.i.appulſos ad littora punica id eſt libyca: Sic improbus raptor auri ſi viderit queq̃ angi id eſt affligi & premi in aduerſis caſibus exultat: & dum ipſe aſtutior promittit ore ficto opem.i.auxilium: ſpoliat ſupple eos: & ipſe reportans prędam cęlat id eſt occultat: & cõgerit id eſt accumulat exuuias id eſt ſpolia quibus exuit miſeros: antro occulto. Hęc ſcꝫ auaricia: fecit quoqꝫ id eſt etiã deum ſcilicet chriſtũ: eſſe venalem: quis crederet orcũ id eſt plutonem ditem: tanti id eſt tanti fieri aut ęſtimari poſſe: vt precium ſit dei? hoc per acclamationem dicit: deũ dico exiſtentem ſemen cœleſte id eſt verbũ dei patris progenitum id eſt incarnatum: ſceleri piando id eſt ad piandũ ac purgandum ſcelus humanum: & alũnum diuinæ mentis id eſt vnigenitũ dei patris: & alitum.i. nutritum: gremio virgineo id eſt ſinu matris virginis: aut alitũ id eſt cretum: gremio virgineo id eſt in ventre virginali de puriſſimis ſanguinibus eius: & volentẽ ſoluere id eſt delere crimen & labem contractam antiquo fomite.i. peccatum originale. dira id eſt execrabilis fames auri.i. pecunię (quia vt dicit Saluſtius in cata. Auaricia pecuniæ ſtudiũ habet quã nemo ſapiens concupiuit. ea quaſi malis venenis ĩbuta corpus animũqꝫ virilem effœminat) exiſtens regina & parẽs.i.mater culpę. Om̃is enim culpa eſt filia auaricię id eſt naſcitur ex quadam inordinata auiditate: vnde Horatius ſecundo ſermonũ Danda eſt hellebori multo pars maxima auaris. Neſcio an anticyram ratio illis deſtinet omnẽ: id eſt neſcio an toto genere purgationis egeant auari cũ ſoli ſtulti ſint. nec quiſ

Auaricia

(c) 2006 Ministerio de Cultura

q̃ ſtultus niſi auarus.i.rei illicite quodãmodo cupidus. vnde.i.Thi.vi. Radix omniũ malorũ eſt cupiditas. Hæc ergo parẽs & radix culpę per didit corpus ſcꝫ ieſu: ſignatuꝫ indigno verbere id eſt flagellatũ indigne & inhumane.& ſup.chriſtus moriens monſtrabat plebi ingratę ab alta arbore.ſ.crucis.caput confixum ſcilicet ſpinis: & pectora manantia duplici rore.ſ.ſanguinis & aquę: quia aperto latere cõtinuo exiuit ſanguis & aqua. & genas pallentes: quia vidimus eum non habentem ſpeciem neqꝫ decorem.& frontem cadentem: quia dimiſſo capite emiſit ſpiritũ: & hoc terra abſorbente id eſt imbibente ad tempus: cruorem ſcꝫ chriſti purpureuꝫ.Hęc ſup.ſunt opera: & hii ſunt fructus & hęc gaudia auaræ mentis.i.tantũ malum efficit auaricia.

Hic memor antiqui ſceleris dum triſtia flerem
Funera uirgineæ prolis: largoqꝫ maderent
Imbre genæ uidi ex alto telluris hiatu
Deformẽ prodire chorum: Sartagine lata
Signifer armatus ueſtigia lentus agebat:
Quem confuſa cohors cultris armiſqꝫ popinæ
Preſſa ſequebatur: patinas unctoſqꝫ lebetes
Viſceraqꝫ oblongis uerubus confoſſa gerebat:
His comes in bellum turmis ueniebat inerti
Turba canum greſſu: quorum cutis aſpera multam
Fluxerat in ſcabiem: ſanieqꝫ fluentia linguis
Vlcera lingebant: & crebro ardentia morſu
Scalpebant terga: & ſcabras prurigine clunes:

¶Hic memor &c. More ſuo ſubtiliter tranſit ad quintuꝫ monſtrũ hoc eſt ad guloſitatem quam vt dicam gręci γαςριμαργιαν.i.gaſtrimargian vocant deſcribendam. Ordo eſt. Ego memor: hic id eſt hoc loco antiqui ſceleris id eſt auaricię iudę & ſacerdotum: dum flerem triſtia funera id eſt doloroſam morteꝫ: prolis virginęę id eſt chriſti: & genę ſupplemeæ maderent largo imbre: ſcilicet lachrymarum: vidi deformem

(c) 2006 Ministerio de Cultura

.i.fœdũ & turpẽ chorũ.i.cœtũ.ſ.guloſorũ ꝓdire ex alto hiatu telluris .i.ex ſpecu ĩfernali.Signifer.i.miles p̄ambulꝰ ſigna ſeu vexilla ferens:armatꝰ ſartagine.i.vaſe illo coquinario:lata.i.patẽte & ampla: agebat veſtigia.i.incedebat lentꝰ.i.piger vtpote obeſo vẽtre & abdomine tardus quẽ cohors cõfuſa.i.circũfuſa ſequebat̃ preſſa.i.onerata cultris & armis .i.inſtrumẽtis ſup.cęteris:popinę.i.pinguis culinę ſeu coquinę.& gerebat.i.portabat:patinas.i. vaſa eſcaria patẽtia: & lebetes.i.ollas ęreas: vnctos.ſ.pĩgui.& viſcera.i.carnes cõfoſſa.i.trãſfixa:oblõgis verubus: ſeu veribꝰ.Turma canũ veniebat ĩerti.i.ignauo & ſegni greſſu:comes ĩ bellũ qđ.ſ.cũ eſcis gerit̃:his.ſ.gulę proceribꝰ.quorũ.ſ.canũ : cutis.i.pellis: aſpera.i.rugoſa ſcabioſa fluxerat ĩ multã ſcabiẽ:& lingebãt lĩguis.ſ.ſuis vlcera fluẽtia ſanie.i.corrupto & putri ſanguine: & ſculpebant crebo.i. frequẽti morſu:terga ardentia.ſ.prurigine:& clunes ſcabras.i. rugoſas: prurigine.i.tentigine pruritus puſtularũ.

## Quintum Monſtrum Gaſtrimargia.

Hoc quocꝫ cerbereis monſtrũ de faucibus exit
Ridiculũ:nã pingue caput:frõs prominet alta
Labra.genas.oculoſcꝫ tumens:ſub gutture lato
Surgit:& inflatum tollit cutis uuida pectus.
Trita.breuis:maculata mero.& pinguedine ueſtis
Vix rhenes clunemcꝫ tegit:uentremcꝫ profuſum.
Raracꝫ colliſis ęgre ueſtigia mutat
Poplitibus:curuis putruere ſub unguibus eſcę.
Ad lumbos:ad utrũcꝫ latus lachrymantia circum
Tuceta:& guttis ſuſpenſa fluentibus hęrent
Sumina:lapſus adeps iter & ueſtigia ſignat.
Oenophoro leua armata eſt.abdomine dextra.
Ante cibos q̄ preſſa graui ſub faſce priores
Concoxit natura nouas ſuperingerit offas.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Impatiens famis:eſcarum infinita uorago:
Pocula prenſa manu ſitis implacabilis haurit:
Et crebro exhilarat bacchus conuiuia potu.
Garrula:lenta.ſalax:petulans.improuida:turpis.
Immemor:indocilis:leuis:ebria:dedita ſomno
Semper olet:nareſqꝫ graui contriſtat odore:
Talis erat multo ſpumans Silenus hiaccho
Quom capitis nutu in collum curuatus aſelli
Ceruicem ſuper atqꝫ iubas ſtillante ſaliua
Riſus erat faunis nymphiſqꝫ colentibus agros.
Concaua non tantum maris abſorbere charybdis
Dicitur a Calabris quæ diuidit arua pelori.
Quantum hæc ingluuies uini demergit in aluum:
Hirſutam ſetis aluum denſaqꝫ comantem
Pube:per humentes it grex teterrimus umbras
Grex olim ſyllæ infeſtus uatiqꝫ tragœdo:
Et pingui ſudore cutem depaſcitur udam.

HOc quoqꝫ. Perſequit̃ igit̃ quintũ mõſtrũ.i. γαϛριμαργιαν hoc ẽ guloſitatẽ:& vẽtris igluuiẽ:nã γαϛηρ. & γαϛρη venter dicitur: & γαϛριδιον vẽtriculus & γαϛριζω ventri inſuio:& λαϛριμαργοσ guloſus. Dicit aũt mõſtrũ hoc eẽ ridiculũ qa in ſe nõ eſt tam pernicioſum: verũ origo mali: nam ebrietas furorẽ & ſatietas nimia libidinẽ inducit. Ordo eſt. Hoc monſtrũ.ſ.guloſitas: exit: quoqꝫ.i.etiã de faucibus cerbereis.i.infernalibꝰ: quarũ cerberus excubitor. exit dico exiſtens ridiculũ.i.riſum excitans: nam caput eius ſup. eſt pingue: & frons prominet.i.porro: hoc eſt de longe eminet: exiſtens alta: tumens labra genas & oculos.i.habens ea tumeſcẽtia. cutis vuida.i.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

humorē intrinſecus habēs & ſucci plena : ſurgit.i.erigitur ſub lato gut
ture:& tollit.i.erigit pectus inflatū: veſtis ſup.eiꝰ trita:& breuis: & ma
culata.i.cōtaminata.mero.i.vino & pinguedine (Seruiꝰ negat pingue
dinem dici : ſed non ſemel apud idoneos reperitur.) tegit vix rhenes &
clunem:& ventrem profuſum.i.longe extenſum.Et ſup.monſtrū:mu
tat ægre.i.moleſte:veſtigia rara.i.tardiſſime incedit:poplitibꝰ.i.poſte
rioribus partibus genuū colliſis:eſcæ.i.reliquiæ eſcarum:putruere ſub
vnguibus curuis.i.intra vngues curuos & oblongos: Tuceta.i.farſumi
na lachrymantia.i. pingue emittentia hęrent circum lumbos & vtrūq;
latus: ſumina.i.obſonia pinguia ex vulua ſuilla ( Vnde Perſius Calidū
ſcis ponere ſumen) hęrent id eſt cohęrent : guttis.i.vaſculis quo vtūtur
in balneis ad oleum guttatim diſtillandum : adeps.i. pingue carnium:
lapſus id eſt delapſum ſignat iter & veſtigia ſcilicet guloſitatis aut gulo
Oenophorum ſorum:Leua ſup.manus eſt armata: œnophoro id eſt vaſe vinario quo
vinū fertur: quod græce οινοφορον dicitur id eſt œnophoron: quia
οινοσ : hoc eſt œnos eſt vinum : vnde & οινοφοροσ vinifer. dextra
eſt armata abdomine id eſt vulua porcina aut quouis obſonio pingui
Vorago id eſt veracitas eius eſcarum infinita id eſt inſatiabilis: & impa
tiens famis id eſt nequiens pati famē:ingerit id eſt ingurgitat:nouas of
fas id eſt fruſta carniū : ante id eſt prius q̃ natura id eſt naturalis digeſtio
preſſa id eſt oppreſſa ſub graui faſce id eſt pōdere & cumulo comeſtorū
cōcoxit cibos priores id eſt prius ingurgitatos. Sitis implacabilis id eſt
inſedabilis:haurit pocula prenſa id eſt appręhenſa manu:& bacchus.i.
vinum: exhilarat id eſt lętificat crebro potu conuiuia. Et ipſa guloſitas
ſeu ebrietas. exiſtens garrula.i.multiloqua:lenta ſcilicet ad bonū opus:
ſalax.i.lubrica (quia venter mero ęſtuās facile deſpumat in libidinē: au
tore hieronymo: vnde apoſtolus Nolite inebriari vino in quo eſt luxu
ria) Petulans.i.moleſta vnūquēq; petens & infeſtās: improuida turpis
īmemor.indocilis: leuis.i.incōſtans:ebria: dedita ſomno : olet ſemper
ſcꝫ vina aut crapulam:& contriſtat nares ſcꝫ odorantiū :graui odore.Si
Silenus lenus ſatyrꝰ ille nutritor bacchi:de quo Virgi.ī buco. Silenū pueri ſom
no videre iacentem Inflatū heſterno venas (vt ſemper) iaccho. Serta ꝓ
cul tantū capiti delapſa iacebant Et vetus attrita pēdebat cantharus an
ſa. Diodorꝰ ſiculus dicit ſilenū bacchi alūnū fuiſſe:& bonarū artiū prę
ceptorem extitiſſe:& eū ſecutum fuiſſe in indiam vſq;:Ouidius autē in
nuit eū iam ſenē ſuper aſelluꝫ inſediſſe:vnde lib.i. de arte amādi. Ebrius
ecce ſenex pādo ſilenus aſello Vix ſedet & preſſas cōtinet arte iubas &c.
Iuxta quod dicitur hic. Silenus ſpumās multo iaccho.i.vino:erat talis
quom.i.quando: ipſe curuatus nutu capitis in collū aſelli & hoc ſaliua

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ſtillãte ſuper ceruicẽ atq; iubas aſelli: erat riſus faunis & nymphis colentibus agros.i.agreſtib⁹. Charybdis mulier illa voraciſſima in periculũ maris mutata iuxta calabriã: concaua.i.cauernoſa & ampla voragine q̃ diuidit arua pelori.i.illi⁹ ꝓmõtorii in ſicilia: a calabris populis illis italiæ: nõ dicitur abſorbere tantũ maris.i.aquę marinę: quãtũ vini hęc ingluuies.ſ.gaſtrimargia: ĩmergit in aluũ hirſutã: aluũ dico comãtẽ ſetis.i.duris pilis: & denſa pube. Grex teterrimus.i.obſcœniſſim⁹.ſ.pediculorum ſexquipedũ: it.i.decurrit per vmbras humentes.i.loca obſcura & humentia vbi pili creſcunt Grex dico infeſtus.i.nocens vſq; ad mortem: olim ſyllę & vati tragœdo ſc; pherecidi. vñ Sirenus vt dixim⁹ in vita ſyllæ. Sed quis nõ paueat pherecidis fata tragœdi Qui nimio ſudore fluens animalia tetra Eduxit: turpi miſerũ q̃ morte tulerunt. Sylla quoq; infœlix tali languore pereſus Corruit: & fœdo ſe vidit ab agmine vinci &c. & ſup. grex ille pediculorũ: depaſcitur.i.mordicus abſumit cute; vdam pingui ſudore: inde enim fere naſcuntur illi vermiculi.

Blandior ingreſſu primo ſemeleia proles
Incalet: atq; uias fumos exhalat in omnes
Concluditq; aditus: per quos a pectoris antro
Spiritus aſcendit curuas in uerticis ædes:
Nam nebulæ feruente mero per guttura pingues
Attoniti capitis ſummam uoluuntur in arcem.
Pugnaq; fit: ualidis alti mens incola tecti
Defenſura ſuum limen ſuccingitur armis.
Sed conata diu bacchantem extinguere fumum
Victa fugit: uictor ſubiens penetralia Bacchus
Cui comes it ſopor & torto dementia greſſu
Per cęrebri humenteſq; ſinus animæq; ſacellum
Lętheo ſpargens hauſtos de flumine rores
Inducit ſomnos hebetes & morphea doctum

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Fallere imaginibus:nocturnaq; figere monſtra:
Pondere preſſa dei conniuent lumina crebris
Nutibus:& placidę nequeunt obſiſtere nocti.
Lingua loquax prius & nullis obnoxia uinclis
Iam deluſa labat:uerba imbecillia preſſo
Fine cadunt:bleſo ſonus euaneſcit ab ore:
Labentéq; pluit per mentum barba ſaliuam.
Qualis in umbroſo Protheus mutabilis antro
Preſſus Ariſteo iacuit qua carpathus inter
Niligenas claramq; Rhodon caput extulit undis:
Qualis in occidua pugnax antheus harena
Et ferus ęmonię uictore ſub hercule taurus
Fuſus humi cubuit.Qualis minois in ęde
Semiuir eructans ſpumantem ſanguine prædam
Cęcropio:qualiſq; cauo ſub carcere plena
Cerberus ingenti diffundit uiſcera campo:
Talis in immundo uinoſum belua corpus
Puluere diſtendit:tumidam ſic explicat aluum:
Aegraq; turbato ſic deiicit ordine membra.
Nunc uentoſa tument:nunc contrahit ilia flatus
Alterniſq; ſonat uocis uia murmure rauco:
Pectus & ora lauat tepido fumantia rore
Sudor:& undantes currunt per tempora riui:

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Somniaqꝫ occurrunt: pingues ſunt ſomnia menſę.
Atqꝫ coronati fuſo crateres iaccho:
At celeres nunc labra bibunt nunc humida muſcę
Lumina nunc bifido rimantur tempora roſtro.

¶Bládior ingreſſu primo docet ebrietatis ex vino ĩmodice ſumpto naturá & ĩcõmoda. Ordo eſt. Proles ſemeleia.i.bacchus ſemeles ex ioue fili⁹:hoc eſt vinũ(ná deorũ noĩa ꝓ reb⁹ quibus pręeſſe putabátur ponũtur.)exiſtẽs bládior.i.tractabilior & ſuauior hoc eſt placida & lenis primo ingreſſu.i.dũ bibit:incalet.i.int⁹ calet aut multũ calet dum hauſta eſt:atqꝫ exhalat.i.euaporat:fumos.i.vapores:ĩ oẽs vias.i.meat⁹ cerebri & cõcludit adit⁹.i.meat⁹:per quos ſpirit⁹.i.potẽtia ſpirit⁹ hoc eſt intellectus & ratio aſcẽdit ab antro pectoris.i.a corde:ad ędes.i.cellulas verticis.i.capitis:curuas.i.orbiculares. Ná nebulę.i.vapores & exhalatiões: pingues.i.craſſę & cõdẽſę: voluũtur in ſũmá arcẽ capitis attoniti.i.ſtupefacti & oppſſi p guttura.i.fauces.hoc eſt ex ſtomacho.& hoc mero.i.puro vino:feruẽte.i.bulliẽte:& pugna.i.cõcertatio vaporũ cũ ratione fit:& mẽs.i.ratio:incola alti tecti.i.q̃ in capite vires ſuas maxime oſtẽdit vbi.ſ.ſenſus ſũt exteriores & ĩteriores: defenſura.i.ꝓtectura ſuũ limẽ.i.fines ſuos:ne.ſ.ebrietate vincaĩ graſſãtib⁹ vaporib⁹ vini: ſuccingiĩ validis armis.i.reſiſtit totis virib⁹:natura enĩ obhorret ebrietatẽ.ſed ipſa conata diu: extinguere fumũ.i.exhalationẽ vini e ſtomacho aſcẽdentem: bacchãtẽ.i.furibũde irruẽtẽ & graſſantẽ:fugit victa.i.oppſſa a vehemẽtia vaporũ.Bacch⁹.i.vinũ:ſubiẽs.i.ſubĩtrãs: penetralia.i.ĩteriora capitis:eſt ſup.victor.i.dñator.Cui.ſ.baccho:ſopor.i.ꝓfundus ſõnus:it comes:& demẽtia.i.furor ebrioſitatis it comes torto.i.obliquo greſſu p ſinus.i.ãgulos cerebri humẽtes:& p ſacellũ.i.ſanctũ receptaculũ:aię.i.rationis:& ĩpa ſpargẽs rores hauſtos de flumine letheo.i.ĩfernali obliuionẽ ĩducẽte(vñ.v.ęnei.de ſõno deo. Ecce de⁹ ramũ letheo rore madentẽ Viqꝫ ſoporatũ ſtygia ſup vtraqꝫ quaſſat Tẽpora: cũctãtiqꝫ natãtia lumina ſoluit)ĩducit ſõnos hebetes.i.ĩgeniũ hebetãtes & obtũdẽtes:& morphea.i.deũ ſõnioꝝ & formatorẽ figurarũ(vt pri⁹ oſtẽſum eſt)doctũ.i.peritũ:fallere.i.illudere imaginib⁹.i.fantaſmatib⁹ ſeu fãtaſmatis.& figere.ſ.in cerebro aut fingere mõſtra nocturna.i.q̃ tẽpore nocturno ſõniãtib⁹ apparẽt.Lumĩa pſſa põdere dei.i.ſõni aut morphei.ſ.oculi grauati ſõno:cõniuẽt.i.micãt & titubãt cerebris nutib⁹: & nequeũt obſiſtere nocti.i.quieti ſecluſo viſu:placidę.i.delectabili.Lingua.ſ.ebrii: loquax



(c) 2006 Ministerio de Cultura

.i.garrula & dicax:priꝰ.i.anteq̃ vino caperet.& nullis.i.nõ vllis:nõ ob noxia.i.nõ irretita:vllis vinclis.i.nexibꝰ aut ĩpedimẽtis: labat.i.cadit & ab ĩſtituto decidit:deluſa.i.viribꝰ deſtituta ac ĩpedita nexibꝰ:& verba i. becillia.i.ĩbecilliter ꝓlata cadũt.i.lãguide proferũtur.ſine p̃ſſo.i.ſupp̃ ſo & ĩperfecto:q̃a ſonꝰ euaneſcit ab ore bleſo.i.balbutienti(vñ chremes terẽtianꝰ ĩ eunucho. Vicit me vinũ qđ ego bibi: at dũ accũbebã q̃ videbar mihi eſſe pulchre ſobriꝰ:poſtq̃ ſurrexi neq; pes neq; mẽs ſatis ſuũ officiũ facit. Quibꝰ verbis oſtẽdit etiã illud Blãdior ingreſſu &c.)& barba pluit.i.diſtillat ſaliuã labentẽ p̃ metũ. Qualis ĩ vmbroſo. Ponit quinq; ſi-

Protheꝰ militudĩes ad ebriũ depĩgẽdũ. Prima ẽ prothei de quo habet georg.4. Eſt ĩ carpathio neptuni gurgite vates Ceruleꝰ ꝓtheus:magnũ q̃ piſcibꝰ ęquor Et iũcto bipedũ curru metit equorũ. Et ĩfra. Cuiꝰ ariſteo q̃m eſt oblata facultas Vix defeſſa ſenẽ paſſus cõponere mẽbra:Cũ clamore ruit magno:manicisq; iacẽtẽ Occupat &c. Protheꝰ ergo deꝰ marinꝰ pecoris neptuni cuſtos & vates offenſus eſt ab ariſtęo Cyrenes nymphę filio & mellis iuẽtore ſõno ꝓſtratꝰ ĩ ãtro:quo modo ſeſe ebrii ꝓſternũt. Car-

Carpathꝰ pathos aũt iſula eſt excelſa circuitũ.cc.ſtadiorũ habẽs diſtãſq; ab alexã-

Antęus ria mille ſtadia. vñ mare carpathiũ dictũ ẽ. Secũda ſimilitudo ſumit de antęo ab hercule ꝓſtrato. Erat aũt antęꝰ vir terribilis ĩ libya latrocinãs: qui ob corpis molẽ ac ꝓceritatẽ terrę filiꝰ dictꝰ eſt:q̃ ĩ ſpelũca ſup humũ deliteſcẽs leonũ carne veſcebat:& ita paleſtra oẽs ſupare ſolitꝰ erat: quia quotiẽs fatigabat terrę m̃ris cõtactu reſumebat vires: qđ hercules cũ eo cõgreſſus tandẽ aĩaduertẽs eũ erectũ & ſubleuatũ tenẽs cõpreſſu expira-

Taurus re coegit:ꝓſtratũq; dereliq̃t. Tertia de tauro ab hercule ꝓſtrato de quo Seneca. Taurũq; cẽtũ nõ leuẽ pp̃lis metũ. Et ouidiꝰ. voſne manꝰ validi preſſiſtis cornua tauri? Erat aũt ferociſſimus & atticã regionẽ deuaſtãs.

Minotaurꝰ Quarta de minotauro ſemiuiro q̃a fingebat pro dimidio vir & ꝓ dimidio taurꝰ:ex minoe.ſ. cretẽſiũ rege & tauro ex paſiphae genitꝰ. de quo virg.ĩ p̃ricipio vi.ęnei. Hũc theſeus ĩ labyrintho ꝓſtrauit ope ariadnes

Cerberus fretꝰ. Quĩta eſt de cerbero cane ĩfernali de quo vi.ęnei. Cerberꝰ hec ĩgens latratu regna trifauci Perſonat:aduerſo recubãs ĩmanis ĩ antro. Cui vates horrere vidẽs iã colla colubris Melle ſoporatã & medicatis frugibꝰ offã Obiicit:ille fame rabida tria guttura pandẽs Corripit obiectã: atq; ĩmania terga reſoluit Fuſus humi:totoq; ĩgẽs extẽdit antro. Ordo igit eſt. Qualis ꝓtheꝰ deꝰ ille marinꝰ:mutabilis.ſ.ĩ varias formas: iacuit p̃ſſus ab ariſteo filio cyrenes:ĩ vmbroſo antro.i.ſpelũca:ſup.in ea p̃te:qu- carpathus:iſula illa extulit(q̃a ardua eſt)caput vndis.i.erigit iter niligenas.i.ęgiptios & Rhodõ clarã.i.noĩatã iſulã & ciuitatẽ. Et qualis antheus filiꝰ terrę pugnax q̃a oẽs ĩ paleſtra ſupans:iacuit ſup. ĩ arena occidua

(c) 2006 Ministerio de Cultura

.i.libyca occidētē verſus. Et qualis taurꝰ ferꝰ emoniȩ.i.theſſaliæ fuſus.i. ꝓſtratꝰ humi: cubuit.i.iacuit ſub hercule victore: & qualis ſemiuir.ſ.minotaurꝰ eructās prȩdā ſpumātē ſanguine cecropio.i.athenienſi (nā ob mortē ādrogei ab athenieſibꝰ īterēpti cogebātur athenieſes ſingulis annis mittere ſeptena corpa a minotauro deuorāda. vn̄ dicit vi. æneí. Tū pēdere pœnas Cecropidȩ iuſſi miſerū ſeptena quotānis Corpa natoꝝ) ſup.iacuit ī domo minois regis creteñ.hoc eſt ī labyrintho: & qualis cerberꝰ: canis ille īfernalis triceps: diffundit.i.ꝓſternit: ingēti.i.valde amplo cāpo viſcera plena.i.ſatura: ſub carcere.ſ.īfernali cauo: talis diſtēdit .i.in diuerſas ptes extēdit: belua.ſ.gaſtrimargia corpus vinoſum.i. vini plenum ī puluere īmūdo: & explicat: i.extēdit ſic aluū tumidā.i. turgē- tem cibis & potu: & deiicit ſic membra ſup ſua: ȩgra.i. oppreſſa vino ordine turbato.i.cōfuſo. Ilia ſup.eiꝰ tumtē: nūc.i.interdū exiſtētia vētoſa .i.īflata: & flatꝰ.i.efflatꝰ & expiratio ꝯtrahit.i.cōſtrīgit nūc.i.aliqn̄ ſup. ea. & via vocis.i.arteria: ſonat alternis.i.alternatim: rauco murmure: & ſudor lauat.i.eluit aut potiꝰ polluit tepido rore: pectꝰ & ora fumātia & riui vndātes.i.vndatim fluētes: currūt ꝑ tēpora.i.ptes illas capitis & ſōnia occurrūt.ſ.crapuloſis & vinoſis: & mēſȩ pingues ſunt ſōnia.i.mate- ria ſōniādi: quia nō aliud ſōniāt: atꝙ crateres.i.pocula magna coronati.i.coronā de pāpino habētia: iaccho.i.vino: fuſo ſup.ī ea. Muſcæ celeres bibūt nūc.i.aliquādo ad humida labra: & rimanť.i.ꝑforāt nūc.i.aliquādo tempora.ſ.ebrii iacētis: roſtro bifido.i.ī duas partes fiſſo.

Dum loquor & turpis moror ad ſpectacula mōſtri
Ecce nouȩ gentis reſonans fragor impulit aures:
Et tellus noua caſtra uomens ingentia fudit
Agmina: quȩ campis immiſſa patentibus omnes
Compleuere uias: & culta noualia: nec iam
Rus capit has acies & non numerabile uulgus.
Vicinas intrare urbes incendere templa
Viſa cohors & ferre nouas in mœnia flammas.
Signa ſequebantur mœrentes ordine turmȩ
Compoſito: ſigna arcus erant: fax: tela: pharetræ:



(c) 2006 Ministerio de Cultura

Et q̄q̄ hæc eſſent hoſtilia caſtra genuſqꝫ
Peſtiferum: ridere tamen facileſqꝫ choreas
Ducere permixtis lęta ad conuiuia turbis
Suadebant fieriqꝫ leues cum carmine ludos.
Dux erat his formoſa uenus: ſuſpenſa Cupido
Filius haſtili longo uexilla ferebat:
In gremio matris molliqꝫ in ueſte uolutus
Inſidias Iocus & uarias excogitat artes:

¶ Dum loquor &c. Facit tranſitum ad ſextū monſtrū: videlicet luxuriā veneriā: deſcribendū: dicēs dū loquor. ſ. de gaſtrimargia: & moror. i. detineor ad ſpectacula turpis mōſtri: ecce fragor. i. ſtrepitus: nouę gētis. i. generis vitiorū: ĩpulit. i. cōcuſſit aures: ſup. meas: & tellus vomēs noua caſtra. i. nouā militiā virorū: fudit. i. emiſit ingētia agmina: qa plurimis luxuria dn̄atur: q̄. ſ. agmina ĩmiſſa cāpis patentibꝰ: cōpleuere om̄s vias & noualia culta. i. prata florida & amœna. vn̄ dicūt luxurioſi ſap. ii. Coronemꝰ nos roſis anteq̄ marceſcāt. Nullū pratū ſit qđ nō ꝑtrāſeat luxuria noſtra. Nemo veſtrū exors ſit luxurię noſtrę. Vbiqꝫ reliquamꝰ ſigna lętitię: qm̄ hęc ē ꝑs noſtra: & hęc ē ſors noſtra &c.) nec ꝓ & nō: & rus nō capit has acies: & nō capit vulgꝰ nō numerabile. i. ĩnumerū. Cohors. i. multitudo luxurioſorū viſa eſt ĩtrare vicinas vrbes & incēdere tēpla & ferre nouas. i. magnas flāmas in mœnia. Turbę mœrētes. i. obtriſtes ꝓpter ĩpatiētē amorē: ſeq̄bant̄ ſigna ordine cōpoſito. Signa. ſ. militaria q̄ ſunt ĩ vexillis: extāt arcus. fax. tela & pharetrę. Iis enĩ inſtructus eſt cupido deꝰ amoris: gerit enĩ altera manu arcū ad quē pharetra & ſagittę pertinent: ſagittis aūt vulnus amoris infert. altera vero faces quibꝰ flāmas ĩfert: vnde. iiii. ęnei. Vulnꝰ alit venis: & cœco carpit̄ igni. Et q̄q̄ hęc eēnt caſtra hoſtilia: & genꝰ peſtiferū: tn̄ ſuadebāt turbis ꝑmixtis ad lęta cōuiuia ridere: & ducere faciles choreas: & ſuadebant leues ludos fieri cū carmine. i. cātilenis. Venꝰ formoſa erat his dux. & cupido. i. deus amoris filius. ſ. veneris / & martis ferebat vexilla ſup. in longo haſtili. & iocus ĩuolutus in gremio matris. ſ. veneris: in molli veſte: excogitat inſidias & varias artes: vnde Terentius in eunucho. In amore hęc om̄ia inſunt vitia. Iniuriæ. ſuſpitiones. inimicitiæ. induciæ. bellū. pax rurſum &c.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

## Sextum Monſtrum Luxuria.

HAec fera cocyti de triſtibus enatat undis
Ore nitens:animo maculata:ſimillima ſorbo
Quod nitido triſtes claudens in cortice ſuccos
Decipit ignaros:morſuq; uenenat amaro.
Illecebris & fraude potens aſtuq; doliſq;
Dimicat:& uultu pacem prętendit amico.
Hanc contra certare caue:contendere uinci eſt:
Vincere terga dare:& retro ueſtigia ferre:
Fulget in egregio decor inſuperabilis ore
Ornatuq; iuuat formam:ligat auricolorem
Luthea uitta comam:molles quę fuſa per armos
Leniter inflexos ſenſim finitur in orbes.
Candida frons lateq; patens ad tempora currit.
Clara ſuperciliis uelantur lumina nigris.
Picta genas:preſſi ſub honeſtis naribus oris
Purpureos coeunt imitantia labra colores:
Aurea procero teretiq; monilia collo
Pyrgotelis cęlata manu:formatus in illis
Qualis erat uiuens paſtor formoſus Adonis
Pendet:& intextis uiridi curuamine ramis
Myrtus opus cingit:geminęq; in fronde colūbę
Mutua porrecto collibant oſcula roſtro.



(c) 2006 Ministerio de Cultura

Cum graditur tenui ſummum bulla aurea pectus
Verberat applauſu: perſtringit eburnea ueſtem
Fibula coccineam: textoq́ ſubalbicat auro
Corpus: & exili fila inter ſerica ueſte
Lacteus apparet mixtus cum ſanguine candor.
Qualis odoratis peſti quę naſcitur hortis
Eſt roſa confuſis rutilante coloribus albo:
Rara ſinum chlamys: & uiſu penetrabilis ambit:
Albaq́ ſub tenui cutis interlucet amictu.
In geminos orbes glomerata utrinq́ tumeſcunt
Pectora: ʒona ſinus cohibet baccata fluentes:
Gemma humeros non una tegit digitoſq́ micantes.
Hoc habitu ad ripas phrygii ſimoentis amatum
Ibat ad Anchiſen: marti uelamine in iſto
Eſt congreſſa: cauo dum uir ſudaret in antro
Mole ſub ętnea: qua fortibus æra lacertis
Voluit in ardenti durus fornace pyragmon:
Qualis erat tyrios ludens Europa per agros
Siue per hybleas errans Proſerpina ualles
Cum cyane in liquidum fluxit mutata liquorem.
Qualis in ornatu libyco ſidonia mater
Comptior: & feſtis ſolenni more diebus
Cum nuribus phrygiis multo ſpectabilis auro

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Tyndaris ad diuę ueniens Tritonidis arcem
Seu quales ineunt regum conuiuia nuptę
Buxea cum lętos modulatur tibia cantus:
Tale ſuper picto per rura per oppida curru
Progrediens monſtrum nunc hos nunc uulnerat illos
Luminibus motis apte geſtuqꝫ uenuſto.
Obuia diffuſos crines ueſtemqꝫ decoris
Motibus impellens diuinum ſpargit odorem
Aura: ſonat tenui ludens uaga bractea uento.
Ore pudiciciam ſimulat caſtumqꝫ ruborem:
Nam magis innocuo ſi ſit coniuncta pudori
Forma mouet: condita graui comitate uenuſtas
Accendit rapidos furiis afflantibus ignes.

HEc fera. Deſcribit (vt dixi) habitū & mores luxuriæ veneriæ: quod addo quia in aliis quoqꝫ rebus luxuria eſt: vt ī veſtium domorumqꝫ apparatu qui etiā luxus dicitur. & in ſalacitate & abundantia ſegetū herbarum ac florum. Non eſt hic faciēdum principium alteriꝰ libri vt ſuo loco dicam. Ordo eſt. Hec fera. ſ. luxuria idomita: enatat de triſtibꝰ vndis cocyti: illiꝰ fluuii infernalis a triſtitia dicti: & recte quidē: quia oīs anima triſtat̄ poſt coitū ſempqꝫ extremū talis gaudii luctꝰ occupauit: vn̄ taliū regiōes apud inferos ſūt lugētes cāpi. enatat aūt nitēs. i. reſplēdēs ore. i. ſupficie exteriore: maculata aīo. i. ītrīſecꝰ exiſtēs ſimillia ſorbo. i. illi fructui amaro naſcēti ī arbore piro nō diſſilī: cuiꝰ facies exterior pulcherrima ſuccꝰ aūt ante maturitatē ꝓcipue amariſſimus. quod ſup. ſorbum claudens in cortice nitido ſuccos triſtes: decipit ignaros. i. īcautos: & venenat. i. īficit: amaro morſu. Ipā potēs illecebris. i. illectiōibꝰ & blāditiis dimicat. i. cōcertat aſtu & dolis & ꝓtēdit. i. prę ſe fert & īdicat geſtu exteriore pacē amico vultu. i. ꝑ vultū amiciciā ſimulātē Caue certare ꝯtra hāc (Prudēter hoc monet: nō enī obnitēdo citius ꝙ̄ fugiendo ſalus acquirit̄. Eſt tn̄ certādi mlt̄iplex ratio: nam qui ieiuniis vigiliis. laboribus. curis alienis ab amore: parcimonia victus &



© 2006 Ministerio de Cultura

amictus:auerſione oculorũ a vanitatib⁹ & id gen⁹ ſtudiis cũ luxuria cõ tendit ii quidẽ poti⁹ fugere ꝗ cõgredi cẽſendi ſunt. At q corã cominuſqꝫ cõgrediũtur litib⁹.iurgiis.rixis.ꝓteruiis.inſidiis.miniſqꝫ cũ puellis cõ tendẽtes:renitẽdo vincũtur vñ ſubdit) cõtendere ſup. cũ venere ẽ vinci ſup.ab ea:& vincere ſup.eã: eſt dare terga.i.fugere & ferre veſtigia retro .i.retrocedere.Cui⁹ verbi vt duplex ordo ita duplex põt eſſe ſenſus.Nã vt mõ ordinauim⁹ ſenſus ẽ vincere.i. ſupare venerẽ.ſ. rixis & iurgiis eſt vinci ab ea:hoc ẽ tũc maxime vinceris quũ victor.i.voti cõpos es:qa q potitur amica:vict⁹ ẽ ab ea: & ita dehortat̃ a certamine & iurgiis cũ cœ tu venerio.Si naũt ordo ſit. Dare terga &c.i.cedere & nolle habere ratio nẽ aut cõmerciũ cũ venere: eſt vincere ſup.eã qa nõ vincit̃ facili⁹ ꝗ fuga & obliuiõe:& ita ad fugã cohortat̃) Decor iſupabilis.i.idelebilis fulget in ore egregio:& ſup.ven⁹ iuuat formã.i. ſpeciẽ naturalẽ ornatu.i.phu co & cultu.vitta luthea.i.faſcia aut reticulũ luthei coloris: cui⁹ ẽ roſtrũ merulæ.ligat comã.i.capillũ: auricolorẽ.i.aurei coloris. q.ſ.coma fuſa .i.diſpſa.leniter.i.molliter ꝑ armos.i. humeros molles.i.flexiles & tene ros:finit̃ ſenſim.i.paulatim & ꝑceptibiliter ad ſenſum:quo ſubit⁹ mot⁹ difficulter ꝑcipit̃:i orbes.i.cirros flexos.i.reductos.frõs cãdida & patẽs late.i.lata & ãpla:currit.i.extẽdit̃ ad tpa.i.auriũ fere ten⁹.Lumina clara .i.oculi pellucidi & peti velãt̃ nigris ſupciliis.ipa ſup.ẽ picta genas.i.ha bẽs genas pictas & phucatas:& labra ſup.ei⁹ oris preſſi.i.occluſi & non multũ extãtis:imitãtia colores purpureos: coeũt.i.cõgrediunt̃ ſub ho neſtis.i.pulchris:narib⁹.Monilia.i. ornamẽta colli aurea.i. ex auro fa cta cęlata.i.exculpta & fabricata: manu pyrgotelis: illi⁹ laudatiſſimi ar tificis:& optimi gẽmarũ ſculptoris (adeo vt teſte plinio l.xxxvii.natu ralis hiſtorię alexãder magn⁹ edixerit ne qs ſe i gẽma ꝑter pyrgotelẽ ſcul pat) Adonis formoſus paſtor quẽ ven⁹ depibat (vñ Virg.i buco.Et for moſus ouis ad flumia pauit adonis) pẽdet format⁹ i illis.ſ.monilib⁹ ta lis ſup. q̃lis erat viuẽs.i.formoſiſſim⁹:& myrt⁹ arbor ſuauis odoris & ve neri ſacra:cigit.i.circũdat opes.ſ.moniliũ ãbitũ:ramis itextis viridi cur uamine: & colũbę geminę.i.duę aut pares (q ꝓpter amoris nexũ & fer tilitatẽ i tutela venerꝫ ſũt.vñ i ſexto de colũbis.Maternas agnoſcit aues. & i buco. Parta meæ veneri ſũt munera:nãqꝫ notaui Ipe locũ aeriæ quo cõgeſſere palũbes: Hę aũt trahũt cõchã venerꝫ) collibãt.i.molliter dãt i frõde.ſ.myrti roſtro porrecto.i.extẽto:oſcula mutua (hoc eni eis pecu liare ẽ: vt deoſculari videat̃: Sane ſũt nõ ignobiles auctores q negãt ro ſtrũ de alio ꝗ de icuruo dici) Cũ.i.qñ ſup.ven⁹ aut luxuria:gradit̃.i.ice dit:bulla aurea:verberat ſũmũ pect⁹ tenui applauiu:& fibula.i.ꝑnectu ra eburnea ꝑſtringit.i.ꝑnectit veſtẽ coccineã:& corp⁹ ſubalbicat.i.nitet

Pyrgoteles

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ſub auro:texto.i.qđ circũtextũ ẽ.& cãdor lacteꝰ.i.nitidiſſimꝰ:mixtꝰ cũ ſanguine.i.cũ rubore ſanguineo:appetĩ exili.i.tenuiſſima veſte ĩter fila ſerica.i.tenuiſſimę lanę quã ſeres ex arboribꝰ vellũt & pectũt:bombicinę haud multũ diſſimilẽ.Qualis ẽ roſa q̃ naſcit̃ odoratꝫ.i.odoriferꝫ hortis peſti.illius oppidi italię (cuiꝰ meminit ſic virg. biferiq; roſaria peſti: bis enĩ naſcũt̃ illic quotãnis roſę)& hoc albo rutilãte ſup.ĩ coloribꝰ ꝓfuſis.i.mixtis cũ purpureis.Chlamys.i.veſtis illa militibꝰ apta:ſꝫ ꝓ palla accipit̃ rara & ꝓ.i.penetrabil' viſu.i.ita rara vt ꝑ mediũ eiꝰ videre poſſis ãbit.i.cingit ſinũ.i.mamillas mulierũ decora:q̃ videri volũt & cutis alba ĩterlucet.i.trãſparet:ſub tenui amictu:Pectora glomerata ĩ geminos orbes.i.globulos mamillarũ:tumeſcũt vtrinq;.i.ex vtraq; pte(Aĩaduertere poſſumꝰ poetas vario ĩſtituto ad formã deſcribẽdã ĩduci:amaſii ei ſuarũ formas deſcribẽdo laudãt:poeta aũt nr̃ vt phucũ & fraudẽ q̃ ſub tali cultu latet prodat diligẽtiꝰ eũ exequit̃:q̄uis ſint qbꝰ iſta nimia(vt inquiũt)diligẽtia & exactiſſima deſcriptio diſpliceat.Ea enĩ(inq̃ũt)ẽ humana fragilitas vt dũ laſciua carpũtur ĩprudẽtiꝰ:illiciãt:itaq; meliꝰ monuiſſe vt fugiẽdo q̃ cõtẽdẽdo deuitemꝰ.Sꝫ quo pacto deuitabit fraudẽ q eã ignorat:Et qs exactius metricũ blãditias aut fraudes deſcripſerit q̃ Salomon ꝓuer.vii?Sꝫ arceamꝰ calamũ a cẽſura)Zona.i.faſciola baccata.i.baccis hoc ẽ margaritis ornata:cohibet.i.ꝯſtrigit ſinus fluẽtes.i.laxos.Nõ vna.i.multiplex gẽma tegit humeros & digitos micãtes.Venꝰ ſup.ibat hoc habitu.i.ĩ tali amictu & ornatu ad.i.iuxta ripas ſymoentis illiꝰ fluuii:phrygii.i.troiani:ad anchiſen virũ illũ troianũ & patrẽ ęneę amatũ.i.quẽ amauit(vñ.i.ęnei.Tu ne ille ęneas quẽ dardanio anchiſæ Alma venꝰ phrygii genuit ſymoentis ad vndã.Declinat̃ aũt hic ſymois huiꝰ ſymoẽtis vt ĩ eodẽ.vbi tot ſymois correpta ſub vndis ſcuta virũ galeaſq; & fortia corpa voluit?Nullũ enĩ gręcũ in ns deſinit:ſꝫ ſępe n ĩ obliquis ſumit:vt adamas adamãtis)Et ſup.venꝰ ẽ cõgreſſa marti.i.cũ marte:ĩ iſto velamine:dũ vir.i.maritꝰ eiꝰ.ſ.vulcanꝰ faber iouis ſudaret.ſ.fabricãdo ĩ antro ſub mole ętnea.i.ętnę mõtis ſicilię:qua.i.ĩ q̃ pyragmon .i.cyclops ille vnꝰ ex tribꝰ noĩatiſſimis famulis vulcani:durꝰ.ſ.ad laborẽ:voluit fortibꝰ lacertis.i.brachiis æra.i.q̃uis metalla ĩ fornace ardẽti. Et qualis erat europa filia.agenorꝫ:ludẽs ꝑ agros tyrios:dũ a Ioue amata.ſ.eſt.Siue q̃lis ſup.erat ꝓſerpina filia cereris errãs ꝑ valles hybleas.i.ſiciliẽſes(iuxta hyblã oppidũ q̃ nũc megara dicit̃.vbi optimũ mel naſcit̃ vñ ab hybla hyblę dicũt̃ apes:vt ĩ buco.Hybleis apibꝰ florẽ depaſta ſalicti.)cũ.i.qñ cyane nympha illa ſicula ꝓſerpinę ſocia fluxit mutata ĩ liquorẽ liq̃dũ.i.ĩ fontẽ ſui noĩs(Cũ enĩ ꝓſerpina a plutone raperet̃ & cyane obſtare neq̃ret fletibꝰ emollita ĩ fõtẽ ſui noĩs verſa.dicit̃ met.amor.v. Cyane

© 2006 Ministerio de Cultura

Eſt autē iuxta anapū fluuiū nō lōge a ſiracuſis vñ idē Ouidius lib. ii. de pōto. Quaq; ſuis cyanen miſcet anapus aquis. Et ſubdit. Nec ꝓcul hinc nymphe quę dū fugit helidis amnē Tecta ſub ęquorea nunc quoq; currit aqua) Qualis in ornatu libyco &c. Haud cōſtat an vna an gemina ſit ſimilitudo. nā videtur de didone principiū eſſe & finis de helena: dido enim dicta eſt a Virgilio ſæpe ſidonia: eo ꝙ qui tyron condiderunt a ſidone profecti ſunt. Helena autē dicitur tyndaris eo ꝙ putabat̃ filia tyndari: tanta autē pulchritudine enituit: vt cęteræ pręſtanti forma mulieres ab ea helenę dicantur vnde ſunt qui volunt hic didonem tyndarida .i. helenam dici: ſed non placet. vnde diſtinguamus ſic. Qualis ſup. erat mater ſidonia .i. dido in ornatu libyco. & ſup. qualis erat tyndaris .i. helena veniens comptior .i. ornatior ſolito: ſolenni more diebus feſtis: ad arcem diuę trytonidis .i. palladis: cū nuribus .i. matronis phrygiis poſt ꝗ ſcilicet deiphobo paridis fratri nupſerat: exiſtens ſpectabilis multo auro. Seu .i. ſiue quales nuptæ .i. vxores aut ſponſæ ineunt conuiuia regum. cū .i. quando tybia .i. fiſtula ad morem tybię fabricata: buxea .i. ex buxo modulatur lætos cantus. Monſtruȝ ſcȝ luxuria progrediens tale .i. i tali ornatu: curru ſuppicto .i. ornato variis picturis: ꝓgrediēs dico per oppida .i. ciuitates muratas: in quibꝰ vt ociū ita plus viget luxuria ꝗ in agro. vulnerat nunc hos nūc illos: luminibus .i. oculis: motis apte id eſt molliter & lubrice (vnde ab eo motu dicitur venus habere oculos petos) & venuſto geſtu. Aura obuia impellens decoris .i. decentibus & pulchris motibus crines diffuſos .i. paſſos & veſtem: ſpargit diuinum odorem .i. ambroſium (vnde de venere dicitur primo ænei. Ambroſięq; comę diuinum vertice odorem Spirauere) bractea id eſt tenuis lamina: vaga id eſt mobilis. ludens tenui vento: ſonat id eſt dulcem crepituȝ facit. Et monſtruȝ ſupple ſimulat ore id eſt vultu pudiciciā & caſtum ruborem. (Nihil eniȝ magis allicit ꝗ ſimulata ſanctitas atq; pudicicia) Nā ſi forma id eſt pulchritudo ſit cōiuncta pudori innocuo ideſt qualis eſt īnocentibꝰ & pudicis: mouet id eſt afficit & delectat magis: venuſtas id eſt formoſitas: cōdita ideſt temperata graui comitate accendit rapidos ignes ſcilicet amoris. & hoc furiis afflantibus. Pręter moreȝ autē primā corripit in dictione comitate. nam comis & comiter primā producunt Ennius Comiter impartit &c.

Hæc ſunt illa quibus ueneris puer arma ſuperbit:
Et quibus imperium terris quęſiuit & alto.
Hinc hominum ſurgit crucians inſania mentes:

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Quæ dulces abigit ſomnos: quæ pallida reddit
Ora: parit gemitus: in amaros lumina fletus
Soluit & in totum ſuſpiria ſeminat orbem.
Mira huius natura ferę: non enſe nec haſta
Vincitur: inter equos thoraces inter ahenos
Per galeas conoſq; truces incedit inermis.
Nuda manus: ſine thoracis ſine caſſidis uſu
Concita in hoſtilem uictrix agit eſſeda turbam:
Pręterienſq; hominum caſtra imbecillia ridet.
Martia fert Macedo teretes in bella ſariſſas:
At ſcythicæ longis utuntur amazones haſtis.
Romulidæ certant pilis: celereſq; catheias
Barbarus aduerſos gallus iaculatur in hoſtes
Parthus equo uerſis pugnat fugiente ſagittis.
Sunt uarii mores: uſus non omnibus idem
Militiæ: non omne unis genus utitur armis:
Sunt iſti ſua tela ioci riſuſq; modeſtis
Nutibus & pulchro ridentia lumina uultu:
Dura quibus penetrat compagibus æra ſolutis
Scutaq; multiplici chalybis circũdata ueſte.
Scit paris ęneaſq; pius ſcit durus Achilles:
Alcideſq; Iouis proles: ſcit Iuppiter ipſe
Sæpe feræ inſidiis factus fera. cygnus. & aurum.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Scit crudelis idem Theſeus: uictorq; meduſę
Cuius adhuc retinent illuſtrem ſydera prædam.
Hoc regiua modo Babylonia paſiphaeq;
Sic bacchi deluſa parens: ſic & phaetontis
Victa cupidineo mater quę languit igne:
Venatrixq; ſoror phœbi: ſcit lamia rupes.

¶Hec ſunt illa &c. Cõtinuat ĩcœpta docẽs videlicet mores & illecebras veneris & q̄ ex eis ſequũtur mala. Ordo eſt. Hec.ſ. forma cũ comitate & ſimulata pudicitia: ſũt illa arma qbꝰ puer.i.filiꝰ miniſter tñ veneris.ſ.cupido: ſupbit: & qbus q̄ſiuit impiũ terris.i.ĩter terrigenas: & alto.i.ſcd̃m ethnicos ĩter cęlicolas vñ.i. æneí. venus ad eũ. Nate meę vires: mea magna potẽtia: ſolꝰ Nate p̃ris ſũmi q tela tiphœia tẽnis. vñ pius nr̃. Ah venus ad nutũ trahis oĩa numina tecũ) hĩc.i.ex his armis cupidineis.i.illecebris venereis: ſurgit ĩſania.i.ĩſanus amor: cruciãs.i.torquẽs mẽtes hominũ: q̄.ſ.ĩſania abigit.i.expellit dulces ſõnos (vñ æneí.4. Nec placidã mẽbris dat cura qetẽ. Itẽ. At nõ ĩfœlix aĩ phœniſſa: nec vnq̄ Soluit in ſõnos: oculiſve aut pectore noctẽ Accipit) & q̄ reddit ora pallida: & q̄ ſoluit lumina.i.oculos: ĩ amaros fletꝰ: & q̄ ſeminat ſuſpiria ĩ totũ orbẽ. Mira eſt ſup. natura huiꝰ ferę.ſ.luxurię aut veneris: ipſa non vincit̃ enſe nec haſta: ipſa ĩermis incedit ĩter equos: & inter thoraces.i.armaturã pectoris (Declinat̃ aũt hic thorax genere maſculino: vñ thoracas ahenos etiã virg. dixit lib.7. Sed vltimã corripit more gręco: hic aũt thoraces leget̃ quia vltima ꝓducit̃.) & p galeas & conos.i.criſtas galearũ: truces.i.truculentiã eorũ qui eos geſtant ſignificantes. Inermis dico incedit exiſtẽs nuda manus.i.habens manus nudas: aut manus eius nuda ſup. eſt: ſine vſu thoracis.i.cuſtodię pectoris & ſine vſu caſſidis.i.galeę: Ipſa victrix agit ĩ turb[illegible] hoſtilẽ.i.in obſtãtes: eſſeda.i.vehicula belgica: cõcita.i.cõcitata & feſtinã[illegible] & ipſa pręteriens.i.pertranſiens ridet imbecillia caſtra hominũ. Martia [illegible]c. docet ſua cuiq; arma eẽ at veneri iocos & riſus. Macedo.i.pplus ex [illegible]acedonia fert.i.portat ĩ bella martia.i.ferocia q̄lia mars gerit ſariſſas te[illegible]ptes.i.haſtas ſibi ꝓprias vt ſẽtit feſtꝰ. vocat enĩ macedonicas. At amaz[illegible]es ſcythicę.i.iuxta ſcythas habitãtes vtunt̃ lõgis haſtis Romulidę.i.romani certãt pilis. Luca. & pila minãtia pilis: & gallꝰ barbarꝰ.i.ĩmanis & efferꝰ hoſtis (Semp enĩ romanis gallicũ nomẽ inuiſum videt̃) ia[illegible]ulatur in hoſtes aduerſos: catheias celeres.i.iacula leuia gallis

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ſm Seruiũ accõmodata: dicit enĩ gallica eẽ: cũ virgili⁹ dicat Teutonico ritu ſoliti torq̃re catheias. Parthus pugnat ſagittis verſis .i. retroductis equo fugiente: fidit enĩ parthus in fuga: Mores ſup. hoĩm ſunt varii: & vſus militię nõ ẽ idẽ oĩb⁹: nõ oẽ gen⁹ ſup. militãtiũ vtitur vnis armis (Vbi ſcies grãmatice vnus. na. nũ. qa adiectiuũ ẽ ſubſtãtiuo debere conformari: ꝓinde quotiẽs ſubſtãtiuũ ſingulari caret: recte pluraliter efferri: vt vnĩ codicilli. vnæ litterę. vna arma &c.) Ioci & riſus modeſtis .i. decentibus & aptis nutibus (nõ ad modeſtiã & decentiã ſeruandã: ſed ad illiciendos & irretiendos ĩperitorũ animos modeſtis vtitur ven⁹ .i. meretrix q̃uis nutib⁹) ſunt iſti .i. veneri: ſua .i. ꝓpria tela .i. inſtrumẽta inuadendi. & lumina ridentia .i. oculi dulces ridenti pſimiles: pulchro .i. formoſo & decenti vultu: quib⁹ ĩpa penetrat dura ęra & ſcuta circũdata .i. munita mĺtiplici veſte .i. tectura & munimẽto: chalybis .i. duriſſimi ferri .i. q̃uis obſtacula: & hoc cõpagib⁹ .i. cõpactionib⁹ & cõſolidationib⁹ ſolutis .i. diſſipatis. Paris capt⁹ ab aſpectu helenę: & ęneas pius capt⁹ ab aſpectu didonis aut lauinię. ſcit ſup. ita eſſe vt dictũ eſt .i. veneris oculos oĩa penetrare: & achilles durus capt⁹ amore briſeidos ſcit hęc. & alcides .i. hercules captus variis amorib⁹ vt dianyrę. omphales &c. ꝓles iouis ſcit hęc. ĩpe iuppiter .ſ. ſummus deorũ habitus: factus ſępe fera: auxiliis ferę .i. qui fingitur ſępe in feras & beluas verſus vt voto potiret̃ vt in taurum dum europã amaret: in aquilã dum ganymedem raperet: & factus cygnus dum ledam opprimeret: & aurũ dum in danaes acriſii filię ſinũ per impluuiũ deſcenderet &c. ſcit ſup. hęc: & theſeus crudelis .i. impius & ingratus qui ariadnã minois filiã cui⁹ opera ſaluatus fuerat in dio inſula dereliquit amore phedrę ſororis erit captus: ſcit idem ſcilꝫ quod dictum eſt: & victor meduſę ſcilꝫ perſeus qui andromedam deperibat ſcit idem: cuius ſcꝫ perſei ſidera retinent adhuc illuſtrem prędã: quia in cœlum tranſlatus fingitur cũ capite gorgonis ſeu meduſæ. Regina babilonia .i. ſemiramis quę amore equi vſqꝫ ad concubitũ capta dicitur: eſt deluſa hoc modo. & paſiphae .i. vxor minois regis cretẽſium q̃ amore tauri pulcri capta ſe in vaccã lignẽã ĩcludi fecit: & ita ab eo cognita fingitur Seruius autẽ taurũ illũ ſcribã regis fuiſſe ſentit: & parens bacchi .i. ſemele eſt deluſa hoc modo: & mater phaetontis ſcꝫ clymene ab apolline oppreſſa quę victa ab igne cupidineo languit .i. quæ amore languit. & ſoror phœbi .i. luna capta amore eudimionis ſcit ſupple hęc & lamia rupes .i. lamius mons ioniæ fama eudimionis notus: vnde & eudimion ab eo lamius dicitur. (Ouidius. Lamius eudimion non eſt tibi luna pudori &c.) ſcit ſup. hæc .i. veneris oculos & blandũ inſpectũ omnia arma penetrare & intima precordia vulnerare.

Lamia rupes

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Hęc fera adulterium parit inceſtuſq; nefandos:
Stupraq;: & igne ſcelus dignum quo barbara quondã
Abſtulit immixtis ſulfur quinquurbia flammis.
Nunc lacus eſt: ubi tunc homines errare ſolebant:
Et qua pentapolis regio fuit ęquora lentus
Pigra liquor ueſtit: qui mortua corpora ſorbet.
Viua gerit tergo ſceleris monumenta uetuſti.
Hanc uenerem dixere patres: quã ſpumeus humor
Progenuit: leniq; ſalo delata propinquum
Littus ut applicuit placido per pectora lapſu
Se inſinuans delubra ſibi quęſiuit & aras.
Flamma latens uenis Venus eſt: furor oſſibus hęrens
Hinc iocus: hinc frater ſatus eſt qui tela facemq;
Geſtat: & auratis ſine lumine militat alis:
Omnibus has natura potens & prouida curas
Addidit hos ſtimulos atq; hunc animantibus ignem
Quod pręſtat magis oſſa calet: uenus acrior urget
Nam meliora magis prohibens natura perire
Ad genus augendum flammis grauioribus inſtat.
Aſt hominem cui plus diuini luminis auctor
Tradidit: & flecti uoluit rationis habenis
Legibus hunc certis iuſſit cohibere furorem:
Impoſuitq; modum ueneri: ne pluribus unã

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Nubat: ut unius coniunx ſit coniugis unus.
Hinc proles. hinc ſancta fides: & honeſta feracis
Copula connubii: legis myſteria noſtræ.
Sed uenus hos mores naturęqꝫ addita frena
Non patitur: nulloqꝫ poteſt manſueſcere uinclo:
Ac uelut unda fluens pronus quā colligit amnis
Si ſolitos miſſo tardaueris obiice curſus
Murmurat: & clauſtris furit indignata teneri.
Perluſtranſqꝫ aditum tumet: & ſpumantia terga
Eleuat: & molem fluxus quæ intercipit urgens
Pondere creſcenti ſemper conuellere tentat.
Et tandem euerſo celerem trahit aggere curſum
Aſſuetum per iter notiſqꝫ dat oſcula ripis.
Sic uenus iniectis creſcente libidine uinclis
Vento inflata calet: pedibuſqꝫ repagula uincens
Libera pernicem facto rapit agmine greſſum.
Ite procul iuuenes ſimplex & credula turba
Pręda eritis: dabitis pœnas: hæc belua thyſben.
Hæc Cinyrę natam rapuit: ſcyllamqꝫ paterno
Crine ream: prœti ſobolem lotideſqꝫ puellas.
Ite uiri procul: ite nurus: hæc belua tinxit
Cęde maritales thalamos & ſanguine lemnon
Hęc iras hæc bella parit: circūſpice campis

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Quę ſtygiis errant umbras.pallere uidebis
Triſticiaqꝫ premi:& rubrum ſudantia rorem
Tela coronari myrto:& nunc ire per umbras
Pallentes umbras nemorum cœnoſaqꝫ luſtra
Et nunc ęre graues ueſtigia ferre per haſtas
Nunc per equos:has dura uenus certare coegit:
Puluereqꝫ aſpergi:& grauibus ſudare ſub armis:
Atqꝫ pati geminum duplici ſub marte furorem.
Dicta ſub exiguo claudantur ut omnia uerſu
Diuitias.animum.corpus:necat.inficit.aufert.
Talibus exultans armis & milite tanto
Multa cathenatis heroum milia ſecum
Ducebat manibus:nitidoſqꝫ per omnia flores
Compita iactabat.uiolas.hiacynthon & alba
Lilia:purpureaſqꝫ roſas.Amaranthon.Anethi
Gramen odoriferum Caſias.& cynnama nardi
Semina & aſſyrię dederant quę balſama ſiluæ:
Narciſſum.croceaſqꝫ comas rutilantia fila.
Sed paſſim infeſtę iactis de floribus herbę
Surgebant quas gignit ager ſardous amaris
Frondibus:& taxus:triſtiqꝫ abſinthia ſucco:
Mordentis genus urticę:curuiſqꝫ rubeta
Dentibus:& tribuli:Titimallus:inane Cicutę

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Germen:& erectę tollunt quę haſtilia ſentes:
Omnigeniq; ſeges ſubit importuna ueneni.

¶Hec fera &c. Docet hic pęcipue mores & facinora veneris enumerans primū varia genera nefandę libidinis: dicēs. Hec fera.i. effrenis libido: parit.i. ꝓducit & ꝓcreat: adulteriū.i. violationē legitimi thori alterius (dicit eni ſcd'm quoſdā eo ꝙ ad alteriꝰ cōiugē accedit) & īceſtꝰ nefandos .i. deteſtabiles & illicitos cōcubitꝰ vt cū cōſanguineis aut veſtalibus aut aliis voto caſtitatꝫ ꝑpetuę aſtrictis: dicitq; eo ꝙ ſit cōtra ceſtū.i. ʒonā veneris qua legitime nubētes cingūtur: tales eni matrimoniū īter ſe cōtrahere non poſſunt: aut dicit ab in & caſtus quaſi non caſtus eo ꝙ cū ſit vetita libido omnino contra caſtitatē ſit. & Stupra.i. deflorationes ſeu deuirginationes: aut q̄uis aliā illegitimā fornicationē cū vidua: virgine: aut etiā corrupta q tamē fornicationis noīe fere exprimit: & ſcelꝰ dignū igne.i. ſodomiticū crimē dignū igne: quo ſulfur abſtulit quōdā flāmis imixtis.i. cū admixtiōe flāmarū: quiquurbia barbara.i. quiq; vrbes barbaras aut barbarorū.i. imaniū & ſceleratiſſimorū hoim q habitabāt ſodomā & gomorrā. Vn̄ dicit gen̄. xix. Dn̄s pluit ſup ſodomā & gomorrā ſulfur & ignē a dn̄o de cęlo: & ſubuertit ciuitates has & vniuerſam terrā regionis illiꝰ &c. Lacus.ſ. aſphaltus (de quo dictū eſt in opuſculo cōtra īpudice ſcribētes).i. mare mortuū: eſt nūc vbi hoīes ſolebāt tūc errare.i. vagari & diſcurrere ac libere ābulare: & liquor.ſ. aq bitumīs plenę & cœnoſę: lētus.i. torpēs: vn̄ mortuū mare dicit: veſtit.i. obſidet & cooperit ęquora pigra: in ea ſup parte: qua regio pentapolis.i. quinq; vrbes habens fuit tunc: qui.ſ. liquor ſorbet.i. inuoluit & immergit corpora mortua quia nihil viuum ferre poteſt: & gerit tergo.i. in ſuperficie: corpora viua que immergi nequeunt: appoſitorie: monumenta.i. quę res ſunt monumenta.i. teſtimonia & indicia vetuſti ſceleris.ſ. ſodomitici: tot ſęculis inuenti. Patres.i. maiores noſtri: hoc eſt veteres poetę: dixere.i. appellauerūt hanc venerem quam ſpumeꝰ humor.ſ. teſticulorū cęli progenuit. Nam vt inquit Seruius ad finem quinti æneidos. Sa[tu]rnus cælo ſeu cęlio patri falce virilia amputauit quę lapſa in mar[e ſ]unt de quorum cruore & maris ſpuma nata eſt venus: vnde αφρο[...]ιτη.i. aphrodite dicitur: nā aphros ſpuma eſt. Ratio eſt ꝙ omnes vi[...]s vſu venereo debilitantur: qui ſine corporis damno nō geritur. ergo [d]e damno orta eſt venus & ex mari: quia ſudor ſalſus eſt qui ſemper elic[it] coitum. hinc myrtus ei ſacratur quia littoribus orit. hec ille. Nata aut venus ex ſpuma maris: dicit in cōcha ad cyprū vecta vbi mire colebat vt in carmine ii.

Adulteriū
Inceſtus
Stupra
Veneris geneſis
Aphrodite
Venꝰ cypria

(c) 2006 Ministerio de Cultura

contra impudice ſcrihētes late diximus. Macrobi⁹ aũt. lib. iii. ſaturnaliũ ſcribit Cypri eſſe veneris ſignũ ſeu ſimulacrũ barbatũ corpore ſed veſte muliebri cũ ſceptro ac ſtatura viri putãtq; eũdē marē ac fœminã eſſe. Lactãti⁹ aũt ſcribit lib. i. ca. xvii. ꝙ venus vt in hiſtoria ſacra cõtinet̃ prima artē meretriciã inſtituit auctorq; mulieribus in cypro fuit: vt vulgo corporũ quęſtũ facerēt: quod idcirco ĩperauit ne ſola pręter alias mulieres ĩpudica & virorũ appetēs videretur. Vtq; Iuſtin⁹ lib. 8. recitat. Mos erat cypriis virgines ante nuptias ſtatutis diebus dotalē pecuniã q̃ſituras in quęſtũ ad littus maris mittere pro reliqua pudicicia libamenta veneri ſoluturas. Herodotus autē ait antiquiſſima veneris templa fuiſſe duo: alterũ aſcalone vrbe aſſyriæ: alterũ in cypro: vbi lege cautũ fuit vt oẽs mulieres ſemel ſaltē in vita in honorē veneris eo ĩ templo cũ alieno viro cõcumberēt: dicit ergo poeta nr̃) q; pro & ipa venus delata. i. vecta leni ſalo. i. tranquillo mari: vt. i. poſtq̃ applicuit ſup. ſe aut conchã ſuam litt⁹ ꝓpiquũ. ſ. cypriũ (Aduerte grãmatice applico & appello actiua eē itaq; poti⁹ dices ego applicit⁹ & appulſus ſũ: q̃ applicui aut appuli niſi cum accuſatiuo dicas more Virg. ęnei. iii. Hinc me digreſſum veſtris deus appulit oris: vbi accuſatiuum cum datiuo ponit quo modo & applico vſitatius cõſtruitur. ſed virtute prępoſitionis dicit auctor applicuit littus pro applicita eſt littori) ipſa inſinuans. i. more ſerpentis ingerens ſe placido lapſu per pectora. ſ. hominum. i. inducēs occultis inſpirationibus cyprios ad cultum ſibi exhibendum: quęſiuit ſibi delubra: ideſt templa & aras. Vnde primo ęnei. Inde paphum ſublimis abit ſedeſq; reuiſit Lęta ſuas: vbi templum illi centumq; ſabeo Ture calent arę: ideſt q̃ſiuit ſibi latriam & cultum diuinum. Ven⁹ eſt flamma latens venis. Vnde venerem & venenum quidam dici volunt ꝙ per venas eant: ſed vena primam producit quam venus & venio corripiunt. Cicero autem dicit venerem dictam ꝙ per eam omnia veniant. Venus eſt furor hęrens. i. infixus oſſibus Vnde 4. ęnei. Eſt mollis flamma medullas Interea: & tacitum viuit ſub pectore vulnus &c. vbi eſt deducitur ab edo es eſt. i. conſumit. Contra autem dicitur in buco. His certe neq; amor cauſa eſt vix oſſibus hęret.) Iocus. i. petulans luſus eſt ſatus hinc. i. ex venere: & frater. i. cupido qui geſtat tela & facem: & qui militat ſine lumine. i. cæcus alis auratis: ſatus eſt hinc. Vnde Horatius primo carminum. Siue tu mauis

Ven⁹ ericina

ericina ridens Quam iocus circũuolat & cupido. vbi ericina dicit̃ ven⁹ quia eius templum in erice monte ſicilię pręcipue colebatur

Ridens

Ridens autem quia id eſt epitheton ab homero quoq; datum eſt dicēte φιλωμε-

Iocus

δησ αφροδιτησ. i. riſum amantis veneris. Iocum vero ſecundũ Quintilianum dici⁹ quod eſt contrarium ſerio. Nam effingere & terrere &

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ꝓmittere iterim iocus eſt. Et catullus ait verboſa gaudet ven⁹ loq̄la. Et vt pretactū eſt Cantus riſus & ſaltationes & fiſtulę venerem comitātur: Vnde ipa ī certamine de pomo aureo. Plectra ſonora: ioci: plauſus: laſciua voluptas: Hec mea. &c. Cupido veneris martiſq; filius dicitur a poetis deus amoris cęcus in altera manu arcum cum ſagittis in altera flammas tenens. Natura potēs. i. ad cōſeruationem ſui beneficio dei multū valens & prouida. i. circūſpecta addidit omnibus animantibus has curas: hos ſtimulos & hunc ignem. i. ardorem amoris. vnde georgico. iii. Omne adeo gen⁹ in terris hominumq; ferarumq; Et genns æquoreum pecudes pictęq; volucres In furias ignemq; ruunt: amor omnib⁹ idem. &c. Quod præſtat &c. docet cur homini maior ſit libido: quia cum ſit animalium pręſtantiſſimum natura magis nititur ad eius conſeruationem: quę cum in ſingulis fieri non poteſt per propagationem ſpeciē cōſeruat. De libidine aūt hoīs ſic dicit plini⁹ lib. x. ca. lxxii. Cæteris ſatietas in coitu: homini pene nulla &c. Ordo eſt. Id ſup. animans aut animal: quod pręſtat. i. cęteris pręſtanti⁹ ac meli⁹ eſt: videlicet homo. calet magis oſſa. i. habet oſſa magis calentia libidine: & acrior venus. i. libido vrget ſup. ipſum. Nā natura prohibens. i. nolens: meliora. i. præſtantiora ſup. aīalia videlicet hoīes perire: īſtat grauiorib⁹ flāmis. i. maiori libidine ad augēdū. i. multiplicādū genus. Aſt. i. ſed auctor. i. creator oīm de⁹ iuſſit hominē cui ipſe tradidit plus luminis. ſ. rationis & intellectus: & quem ſupple voluit flecti. i. reprimi & cohiberi: habenis rationis: iuſſit cohibere. i. coarcere & reprimere hunc furorē. ſ. amoris venerei: certis legib⁹: & impoſuit veneri. i. coitui hūano: modū. i. moderationē: ne vna. ſ. mulier nubat pluribus & vt vn⁹. ſ. vir ſit cōiunx vnius cōiugis. Hinc. i. ex hac īſtitutione matrimonii: ſup. eſt: proles. i. bonum prolis: & ſancta fides eſt hinc. & honeſta copula. i. cōiunctio cōnubii. i. matrimonii feracis. i. fertilis & fœcundi: eſt hinc: & myſteria noſtrę. i. chriſtianę legis. i. bona ſacramenti ſup. ſunt hinc. i. ex hac inſtitutione matrimonii ad quod tria pertinēt: proles fides & ſacramentum. Sed venus. i. libido diſſoluta: non patitur hos mores & frena addita naturę. i. natur[illegible] libidini & nullo. i. non vllo: non poteſt manſueſcere. i. domari vl[illegible] vinclo pro vinculo: ideſt vlla obligatione legis aut ſacramenti. Ac v[illegible]ut vnda fluēs quam amnis pronus. i. pręceps colligit murmurat. i. cu[illegible] murmure obnititur: ſi tu tardaueris ideſt impediueris curſus. ſupple eius: obice ideſt obſtaculo aut obiecto miſſo (Memineris lector obex ab obiiciendo dici: itaq; debere ſcribi obiex: & inde in genitiuo obiicis & in ablatiuo obiice: quo more quotiens producitur merito ſcribi deberet. Sed quia iu[illegible]dum corr[illegible]itur poteſt & obex ſcribi: Vnde vix aliter reperies: forte

Cupido

Obex



(c) 2006 Ministerio de Cultura

vt diſcrimen ſit inter obliquos eius & verbi. Nā a verbo obiicio dicim⁹
obiicis obiici & obiice) & ipa vnda indignata.i.indigne ferens: teneri.i.
ꝙ teneatur clauſtris.i.ꝙ includatur: furit & tumet perluſtrās.i.in circui
tu quęrens aditu ꝫ.i.acceſſum: aut potius abitū.i.fugam.& eleuat.i.eri
git: terga ſpumantia & ipſa vrgens tentat ſemper cōuellere pondere cre
ſcenti.i.multitudine aquarū: molē.i.obicem: quę intercipit.i.impedit:
fluxus.ſ.ſuos.& trahit tandem celere ꝫ curſum per iter aſſuetum: & hoc
aggere.i.obice aggeſto ſeu cōgeſto: euerſo.& dat oſcula.ſ.alluens: ripis
notis.i.conſuetis. Sic ven⁹ calet inflata vento.i.turgiditate ac tentigine
& hoc vinclis.i.vinculis iniectis: libidine creſcente.i.dum libido creſcit
& vincens repagula.i.obſtacula: pedibus ſup.ſuis. ipſa libera.i.expedi-
ta rapit pernicem.i.celerē greſſum: & hoc agmine.i.impetu facto. O iu
uenes & turba ſimplex.i.incauta & credula.i.faciliter credēs: ite ꝓcul.ſ.
ab aſpectu veneris: hoc eſt ab obiecto ad venerē incitante. vos eritis prę
da. & dabitis pœnas.i.ſtuprabimini aut vitiabimini ſi vos offenderit ve
nus. Hęc belua.ſ.libido veneria aut venus: hoc eſt effrenis amor rapuit
thyſben amicā ſcꝫ pirami: vnde alibi ſatis dixim⁹. Hęc rapuit natā ciny
rę.ſ.mirrham quę poſt concubitū cū patre in arborem ſui nominis ver

Scylla Niſus — ſa: docetur ab Ouidio meta.x. & hæc rapuit ſcyllā filiā Niſi regis mega-
renſium: ream crine.i.ob capillū patris. Vnde Seruius ad illud Virg. in
buco. Quid loquar: aut ſcyllam niſi. Altera ſcylla fuit filia Niſi megaren
ſium regis: cōtra quos tunc pugnabat minos: ꝓpter androgei filii iteri
tū quē athenienſes ac megarenſes dolo niteremerāt. hic amatus ē a ſcyl-
la niſi filia: q̄ vt illi placeret purpureā comā parenti totondit. Nā illā ita
habuerat niſus vt tādiu regno potiret̄ q̄diu haberet intactā. Illā aūt mi-
noi tradidit ſꝫ cū deinde ab eo cōtēneret̄: dolore i auē ē cōuerſa: & niſus
etiā extinctus i auē ſui nōis deoꝝ cōmiſeratiōe ē ꝯuerſus: q̄ aues flagrāt

Prœtides — iter ſe magna diſcordia) & hęc rapuit ſobolē.i.filias prœti de qb⁹ Virg.
ęglo.vi. Prœtides iplerunt falſis mugitib⁹ agros. Vbi Serui⁹. Prœti filię
& ſthenobeę ſiue ātiopę ſ̄m Homerū cū ſe iunoni ꝑpoſuiſſent illa irata
hunc illis errorē imiſit vt ſe v[a]ccas putarent has melāpus purgauit: hęc
Serui⁹ ſ̄m q̄ [m]agis p ſupbiā [q̄] luxuriā peccaſſe cōuincūtur. Victruuius
aūt ab ebrietat[e] liberatas dicit) [&] rapuit puellas lotides. q̄ aūt ſint nō ſa-

Lotos Locrides — tis cōſtat. Nā l[o]tos ipa i arborē [c]ui nōis verſa fingit̄ ab Ouidio meta.ix.
cū priapū fug[e]ret. Habet aūt [p]rimā longā lotos vn̄ hic nō lotides ſꝫ lo
crides legendū [p]uto. Nā mo[re] cypriū quo virgines dotē merebant̄ etiā
locri ſeruabāt. [.] O viri ite ꝓcul. o nurus ite ꝓcul. Hęc belua tinxit [c]ęde
.i.ſanguine effu[ſ]o thalamos maritales: & lemnon inſulā [ſa]nguine.ſ.ma
ritorū: cū enim le[mn]iades: hoc [e]ſt mulieres lemni venerem [ſ]pernarēt[ur]

(c) 2006 Ministerio de Cultura

immiſiteis fetorem hircinum: ob quam rem ſe contemni a maritis mo-
leſte ferētes nocte eos iterē merūt..Hec.ſ. ven⁹ belua pit iras.hec parit bel
la. Vnde horatius primo ſermonū. Nam fuit ante helenam cūnus teter
rima belli Cauſa: ſed ignotis perierunt mortibus illi Quos venerem in-
certam rapientes more ferarū Viribus editior cędebat: vt in grege taur⁹
Circūſpice vmbras.i.animas quę errāt in cāpis ſtygiis.i.triſtitię inferna
lis.tu videbis ſup.eas pallere & premi triſtitia: & videbis tela.ſ. cupidi-
nea ſudātia rorem rubrum.i.ſanguinem: coronari myrto: arbore vene-
ri ſacra: & videbis vmbras.i.animas damnatas ire nunc pallētes per vm
bras nemorū & luſtra.i. latibula cœnoſa.i.lutoſa: & ferre nunc veſtigia
.i.verſari per haſtas graues ęre.i.munitas graui ferro: & nunc per equos
Venus dura: quæ gaudet videlicet malis miſere pereuntiū: coegit has
certare.i.contendere inter ſe & aſpergi puluere: vt fit in harena & in cer-
tamine curuli.horatius in primo carmine. Sunt quos curriculo puluc-
rem olympicum Collegiſſe iuuat. & ſudare ſub grauibus armis: atq; pa
ti geminū furorem.ſ.belli & amoris.hoc eſt martis & veneris quorū cu- Cupido
pido ob id fingitur filius ſub duplici marte.i.militia: quia etiā amantes
in militia ſunt ſecundū ouidiū. Sane videtur id dicere qđ maro vi.ęnei.
q̄ gratia currū armorumq; fuit viuis: q̄ cura nitentis Paſcere equos ea-
dem ſequitur tellure repoſtos.hoc eſt defunctos eiſdē ſtudiis teneri qui-
bus viui tenebantur.quia quales inuenti tales iudicati ſunt: manētq; in
vltima voluntate: vnde de iis qui pdite amantes perierunt dictū erat in
eodē ſexto. Nec procul hinc partē fuſi mōſtrantur in oēm Lugentes cā-
pi (ſic illos nomine dicūt) Hic quos durus amor crudeli tabe peredit Se
creti cęlant calles: & myrtea circū Silua tegit: curę non ipſa in morte reli
quūt. His phedrā procrinq; locis: mœſtāq; eryphilē Crudelis nati mō-
ſtrantē vulnera cernit & c. vt omnia dicta claudantur. i. compręhēdant
exiguo verſu: venus aufert diuitias: inficit animū & necat corpus. Et ve
nus exultās talib⁹ armis & tāto milite: ducebat ſecū multa milia heroū
.i.fortiū virorū & principū: manib⁹ cathenatis.i. vinctis in manicis: &
iactabat nitidos flores per omnia cōpita: vtpote violas: hiacin[illegible]hon: &
lilia alba: epithetū eſt vniuerſam naturā ſig[illegible]ificās non diſcretiuū. & ro
ſas purpureas: & amarathon.i.herbā aut [illegible]orē in quē puer regius muta
tus dicitur. (vt alibi recitauim⁹) & gra[illegible]n odoriferū anethi: & caſſas.i.
herbas illas ſuauiſſimas: & cynnama & ſe[illegible]nina nardi & balſama q̄ ſiluæ
aſſyrię dederāt. naſcūtur enī balſama in a[illegible]ria ī hortis babyloniis (Vir-
[illegible]li⁹ et[illegible] in buco. dicit. aſſyriū vulgo naſcetur [illegible]momū. vn̄ quidā de eo in-
tellig[illegible] volūt: ſed nō [illegible]ſt neceſſe.) narciſſum & comas croc[illegible]s.i.flores cro
ci [illegible]ppoſitorie [illegible]a rutilātia.i.crocea q̄ ex flor[illegible] carpunt. S[illegible]d herbę infeſtę

ii.iii

BIBLIOTECA

(c) 2006 Ministerio de Cultura

.i. violente vim inferentes & necem: ſurgebant paſſim de floribus iactis (hoc eſt quod dicitur ĩ buco. & quiſquis amores aut metuet dulces aut experietur amaros. ſemper enim voluptatē veneriā ſeqtur amaritudo pœnitentię. vnde cū lais meretrix (vt recitat A. gelliꝰ lib. i. ca. viii.) corithia a demoſthene pro copia ſui poſceret μυριασ δραχμασ. i. decē drachmarū milia: illę pecunię magnitudine ictꝰ expauidusꝗ auertit & diſcedēs. Ego inquit pœnitere tanti nō emo. Eſt ergo veneri comes pœnitentia: vnde inter flores illos ſuauiſſimos latēt herbę aſperę & amarę Vnde ſequitur) quas. ſ. herbas gignit ager ſardous. i. q̄ eſt ĩ ſardinia ama-

Sardoa herba

ris frōdibꝰ. i. habētes amaras frōdes (vn̄ Virg. ĩ buco. Immo ego ſardois videar tibi amarior herbis: vbi quidā ſardoniis legunt cū notū ſit ſardoū dici media lōga. vn̄ ouidiꝰ faſtoꝝ 4. Sardoaꝗ regna ſiniſtris Reſpi-

Sardinia

ciet remis. Eſt aūt ſardinia ĩſula in tirrheno mari ſita: a ſardo filio herculis qui e libya veniens eā occupauit teſte ſolino nomē ſortita. Herba autem ſardoa ſecūdū Seruiū apiaſtri ſimilis: q̄ ora hominum in rictus dolore cōtrahit vt veluti ridentes moriantur. Apte ergo venereis floribus cognata dicit̄: nam veneris diſcipuli volētes & ſciētes & quaſi ridētes in pręcipitiū ruūt) & taxus cuius vmbra necat & plurima in corſica naſcit̄: vt diximꝰ in carmine contra ĩpudice ſcribētes: & abſinthia triſti ſucco. & genus vrticę mordētis. Eſt aūt herba pruriginis excitatiua vt venus. & rubeta. i. vepres curuis dētibꝰ. i. hirſuti & hamati hoc eſt curuos dētes

Titimallus

habētes & tribuli: & titimallus herba illa (quā quidā myrſimitem vocāt alii Cariotē foliis myrti acutis & pungentibus: cuius fructus nux vocatur: herba autem cariotes appellata eſt quia caryon gręci nucem vocant Eius herbę ſipontinꝰ multa genera enumerat: eſt & timalos herbę genꝰ quę & heracleon & nymphea vocat̄: quę naſcitur in locis aquoſis foliis magnis & flore liliis ſimili aquis ſupnatāti: ſed ea cū aſpera nō ſit ad hūc locū refragāte etiā metro non ſpectat) & germē cicutę. herbę illius ob frigiditatē venenoſę & cito necantis: inane. i. fiſtuloſum: & ſentes q̄ erectę tollūt haſtilia (alii ſentes genere maſculino rectius proferūt) & ſeges importuna omnigeni. i. omnis generis: veneni ſurgit. i. ſuborit̄ ex herbis uiſſimis quas circumfert clorus venerius.

Dumꝗ oculis abiens agmen ſequor ultima pigris
Paſſibus umbroſo gens aſcendebat ab orco:
Gens obſcura carens titulis. ingloria. laudum
Indiga. uulgus inops. proles ignara laborum:

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Segnis.iners.timida pictum teſtudine uelum
Anteferens ibat torpor:ſine nomine longa
Turba ſequebatur pompa:dux ultima caſtra
Nixus equo tenui:uultum deformis agebat.

¶Dũq; oculis abiens &c. Aggreditur ſeptimũ & vltimũ vitiũ videlicet acidiã ſeu pigriciã aut deſidiã dicẽs. Dũ ego ſequor oculis agmẽ.i.chorũ & exercitũ militũ venereorũ. vltima gẽs.i.vltimũ genus vitiorũ criminaliũ:aſcẽdebat ab orco vmbroſo.i.ab ĩferno tenebroſo pigris paſſibꝰ. Gẽs dico obſcura.i.ignobilis:carẽs titulis.i. ĩſcriptionibꝰ laudũ gẽs ingloria.i.nullã gloriã cõſecuta.ĩdiga.i.egena laudũ vulgꝰ inops. proles ignara laborũ.i.ignaua. Segnis.i.ſine acrimonia q̃ſi ſeorſũ ab igne qui actiuiſſimꝰ dicit̃.iers.i.ſine arte & ĩduſtria. Torpor.i.pigricies q̃ſi ex frigore cõcreta ibat anteferẽs.i.prȩferẽs velũ.i.vexillũ & ſignũ: pictũ timida teſtudĩe.i.habẽs ꝓ inſigni teſtudinẽ aĩal tardiſſimũ & maxime timidũ:turba ſine noĩe.i.ignobilis ſeq̃batur lõga pompa.i. lõgo tractu vt ĩcedũt pompoſi:dux deformis vultũ.i.habẽs vultũ deformẽ: quia forma dicit̃ a foruo.i.calido.calor aũt deeſt ſegnibꝰ & pigris: itaq; vultum deformẽ habens:nixus.i.innitens tenui equo agebat vltima caſtra: qđ & xerxes facere ſolebat in pugna cum primus eſſet in fuga.

## Septimum Monſtrum Acidia.

HAec eſt curarum genitrix exercita nullis
Artibus officii nullo laudabilis uſu
Segnicies: inter ſocias nutrita megȩrȩ.
Doctaq; languores animi:luctuſq; magiſtra.
Sola ſedens:oculoſq; ſolo defixa:malignum
Criſpa ſupercilium:pallens.impexa capillos:
Phthiriaſim patiens ſcalpit caput unguibus uncis:
Os immunda.manus illota.cadente ſaliua
Barba madens:pluit imbriferis de naribus humor.



(c) 2006 Ministerio de Cultura

Debilis. & longo pendens in pectora dorſo
Fauce tumet: leuat anguſto ſub pectore uentrem
Vtris ad exemplum morbiq; intercutis inſtar.
Crus exile. genu ſurgens: pes pinguis & amplus
Tardat iter: grauibuſq; dolet iunctura podagris.
Hęc fera ſeruilis ſanctę faſtidia uitę
Ingerit: & tardos ad clara negocia ſenſus
Somnifero languore premit: frigentia corda
Inuoluit gelido denſæ uelamine nubis:
Nil niſi terrenis hauſtum de fecibus unq̃
Cogitat: annales ueterum dubiamq; futuri
Temporis ignorat ſortem: non ulla latentes
Cernere naturas rerum cauſaſq; tueri
Cura ſubit: ſubiecta oculis uix aſpicit: ęgre
Palpebras leuat hęrentes humore tenaci.
Lumen hebet: ſurdent aures: uox languida: ſermo
Barbarus: obſcuro uerba interclusa palato.
Seminat infœlix lolium frigenſq; papauer
Letheiſq; rigat ſteriles humoribus hortos.
Plumbea liuenti geſtat connexa metallo
Vincula captiuos homin[illegible]um quibus alliget artus.

HEc eſt curarū g[illegible]itrix &c. Deſcribit primo loco acidiā [illegible] pigriciam quę ad habitū ac diſpoſitionē: deind[illegible] genus e[illegible]s & mo[illegible]s. Sʒ n[illegible] quid erres lector noris acidiā [illegible]plici ſcrib[illegible] ut

Acidia idic[illegible]t ver[illegible]us q ſtat[illegible]m p[illegible]net[illegible] hic hoīm falſo deludit acidi[illegible] uultu[illegible] nec eſt

(c) 2006 Ministerio de Cultura

latinũ vocabulũ ſed grecũ. grece enĩ ακηδια dicitur pigricia. tediũ. tri
ſticia: a verbo ακηδεω quod eſt negligo: aut ab ακηδησ quod eſt ne
glectus & inſepult⁹: quocirca qa ſecũda p η hoc eſt p ita litterã ſcribit̃ q̃
apud nos mutat̃ in e lõgã: poſſet dici acedia: ſed in qbuſdã p̃ualuit vſus
vt more greco ꝓferãtur: vt paraclitus: cũ ſecũdũ verã ꝓlationẽ dixeris
paracletus: ꝙ ſi more greco (greci enĩ η vt i ꝓferunt) mauis paraclitus
dicere: ſit tñ ſecũda longa ſicut in acidia. Ordo ẽ: Hec ſcʒ quã dixit vide
licet ſegnicies. i. acidia: eſt genitrix curarũ (id mirũ quidẽ ſed verũ: qa q
curas & labores opportunos fugiũt illis ſeſe inuoluũt) nullis. i. nõ vllis
nõ exercita vllis artibus (Noris puer etiã excitus. a. um. participiũ eẽ ab Exercitus
exerceor: itaqꝫ ſepe apud doctos legi: pro quo vulgo exercitatus dicit̃)
& nullo. i. nõ vllo: nõ laudabilis vllo vſu officii. i. debiti muneris ac ex-
ercitii: ſegnicies dico nutrita inter ſocias megere: illi⁹ furie infernalis: &
docta lãguores animi. i. quã megera docuit: aut q̃ didicit lãguores ani-
mi: & magiſtra luctus. i. q̃ luctũ docet: ſedens ſola: vnde deſidia dicta eſt
& defixa oculos. i. habẽs oculos defixos: ſolo. i. in terra nõ in ſignũ mo
deſtie aut pudicicie: ſed negligentie & ignauie ac torporis Criſpa. i. ha-
bens criſpũ: hoc eſt rugoſum: ſuperciliũ malignũ. i. quod p̃ ſe fert mali-
gnitatẽ: pallens: quod torporis idiciũ eſt: ĩpexa capillos. i. habẽs capil-
los impexos & incõptos more incultorũ & negligẽtiũ: & patiẽs phthi
riaſim. i. morbũ pedicularẽ (graece aũt ſcribit̃ φθειριασισ hoc ẽ per ei Phthiriaſis
diphthõgon in prima ſyllaba q̃ in i longũ mutat̃. φθειρ aũt ẽ pedũcu
lus ſeu vt dicũt pediculus) ſcalpit caput vnguib⁹ vncis. i. icuruis: exiſtẽs
ĩmũda os. i. habẽs os ĩmũdũ. illota manus. i. habẽs manus illotas: Bar-
ba ſup. ei⁹ madet. i. madefit: ſaliua cadente (Sed aduerte qa ſigniciei quã
fœminino generi vox accõmodat barbã aſſignat: forte ſicut & veneri in
cypro) humor pluit. i. aſſidue diſtillat: de naribus imbriferis. i. fluẽtib⁹
in morẽ imbris: Et ĩpa debilis & pendens longo dorſo. i. habens longũ
dorſum pendens in pectora: tumet fauce. i. habet fauces ĩflatas & turgi
das. & leuat ventrẽ. i. habet ventrẽ extẽſuʒ aut leuatũ ſub pectore angu-
ſto ad exẽplũ. i. ad modũ: vtris. i. ſacci ex c[illegible]rio: & inſtar. i. in ſtatũ & for-
mã morbi ĩtercutis. i. hydropiſis. Crus ſup. eius eſt: exile. i. tenue & mo-
dicũ: genu ſup. eius eſt: ſurgẽs. i. leuatũ: pes ſup. ei⁹ pinguis. i. turgidus
& amplus: tardat. i. ĩmoratur iter. i. itio[illegible]e: & iunctura. ſ. articulorũ: do-
let grauibus podagris. i. egritudinibus pedũ. Hec fera ſeruilis ſcʒ ſegni-
cies & acidia ignobilis: ingerit: faſtidia. i. t[illegible]dium & contemptũ ſanctæ
vite & premit languore ſomnifero ſenſus ta[illegible]os. i. premendo facit tar-
[illegible]ad clara[illegible]gocia. & inuoluit corda frig[illegible]ti[illegible]. i. igna[illegible]a & tarda: geli-
[illegible] velamin[illegible] denſe nubis. i. ignoratione [illegible]rũ [illegible] imp[illegible]dentia. Et nil co-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

gitat vnq̃ niſi hauſtũ de fecibus.i.ſordibus terrenis.i.rerũ terrenarũ: &
ignorat ãnales.i.libros in quibus ſingulorũ ãnoꝝ geſta ſcribũtur: vete
rũ.i.rerũ p̃teritarũ: hoc eſt nõ reuoluit hiſtorias aut ãnales in quib⁹ res
p̃teritas diſcens ꝓuida ſit ad futuras: vñ ſubdit: ꝙ ꝓ &: ignorat dubiaꝫ
ſortem tẽporis futuri. Vlla cura cernere.i.cernẽdi & vidẽdi: latẽtes.i.oc
cultas naturas rerũ & tueri.i.inſpiciendi cauſas rerũ nõ ſubit.i. ingredit̃
eã: hoc eſt nõ curat cognoſcere latentes cauſas rerũ: quia vix aſpicit ſub
iecta oculis.i.q̃ in cõſpectu eius fiunt. & leuat ęgre.i.moleſte: vix cũ dif
ficultate palpebras.i.cilia ſeu tegmina oculorũ: herentes.i.conglutina
ta tenaci humore. Lumen.i.viſus ei⁹: hebet.i.obtuſus eſt: aures ſup. ei⁹
ſurdent. vox ſup. eius eſt languida: & ſermo barbarus.i.aſper & incult⁹
& verba ſup. eius ſunt interclusa palato obſcuro.i.rauco: & ip̃a ſeminat
infœlix lolium.i.quod agricolaꝫ infœlicem facit. Sic in Geor. Grandia
ſępe quibus mandauimus ordea ſulcis Infolix loliũ & ſteriles dominã
tur auenę. & papauer frigens.i.ſoporiferum: & rigat hortos ſteriles hu
moribus letheis.i.obliuionis & negligẽtię infernalis. & ipſa geſtat vin
cula plumbea id eſt grauia & liuida cõnexa.i. compacta aut cõſolidata
metallo liuenti.i.liuidi coloris quibus ſcilicet vinculis ipſa alliget artus
hominũ captiuos ſcilicet a pigricia quæ plumbeos.i.graues pondero
ſos & ſubliuidos eos faciat.

Saturnus pater eſt iſti: nox humida mater
Hanc genuit magnos iouis ut compeſceret auſus
Itala cretęis petiit cum littora roſtris.
Penula trita. fluens humeris. a pectore aperta
Sordida: neglecto cultu: dimiſſior ante
A tergo breuior: textu laxata ſoluto
Fila oras circũpendent: i[illegible]ſere cothurnos
Articuloſq̃ pedum mures [illegible]olentia nigris
Sordibus immundę ſulca[illegible]t calcanea rimæ.
Ipſa ſibi grauis eſt. tur[illegible]i deiecta quiete
Mœret: & ig[illegible]orat cau[illegible]m mœroris: & ortum.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Ebria lethargo ſemper triſtiqꝫ ueterno
Virtutum formidat iter: monſtratqꝫ labores
Difficileſqꝫ uias: & re maiora uideri
Cuncta facit: ceu ſi uitreo ſub gurgite uirga
Merſa ſit aerio quia corpore denſior unda eſt
Ingentem ſparſa mentitur imagine formam:
Sic hominum falſo deludit acidia uultu
Spem minuens: animoſqꝫ premens operumqꝫ futura
Pręmia deridens: contēni fulmen & ignes
Tartareos fruſtraqꝫ docet phlegetonta timeri
Aeacon & minoa negat: nullum Rhadamantho
Iudicium tribuit: fœdęqꝫ libidinis uſum
Et ueneris concedit opus: conuiuia uentris
Ingluuiem laudat: ſic lentus pectora torpor
Occupat: & pigras ita uincit inertia mentes:
Inſtructis laute menſis ſi copia detur
Indulget: quęſita uorat: ſed quęrere neſcit:
Inde graues curę longęuaqꝫ tędia ſurgunt.
Sic nocet hoc monſtrum: & iuſtis conatibus obſtans
Suadet ab obſcœnis quæri ſolatia rebus.

¶Saturnus pater eſt &c. Deſcribit vt dixi genus ac mores acidiæ dicens ſaturnũ eſſe patrē eius: is enim frigidus eſt & tardus: tardiſſime cōplens curſum ſuũ propriuꝫ: q̄uis motu raptus celerius q̄ inferiores rapiat cũ maiorē ambitũ faciat: matrē autē dicit noctē: quę quia nihil in ea fit itē [illegible]ſa dicitur [illegible]nde pigriciæ mater eſt caligo noctis: ſicut laborum dies.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Ordo eſt Saturnus eſt pater iſti.ſ. vili monſtro:& nox humida eſt mater
Saturnus genuit hãc. ſ.acidiã aut ſegniciẽ: vt compeſceret. i. reprimeret
magnos auſus.i.conatus audaces iouis(id aũt phiſicũ eſt & hiſtorię ſeu
fabulę quadrat. Nã iuppiter planeta malignitatẽ ſaturni tẽperat: vñ iup
piter rex patrẽ ſuũ regno expuliſſe fingitur: ſed multi ab hiſtorica veri-
tate nõ abhorrere putant ſaturnũ tẽpore Iani in latiũ veniſſe: vñ extare
dicũt numiſmata i quorũ altera facie eſt ſaturnꝰ cũ naue qua appulſus ẽ
& in altera ianus.)cũ.i.qñ ſaturnꝰ petiit littora itala roſtris.i. nauibꝰ ro-
ſtratis:aut roſtro nauis ſuę:cręteis.i.cretẽſibꝰ quia ex creta fugit in italiã
quę qa ibi latuit latii nomẽ ſũpſit. Penula.i. veſtis exterior q̃ cõtra pluui
am aſſumit:trita fluẽs.i.decidens humeris:aperta a pectore.i.a parte pe
ctoris:& ſordida cultu neglecto:demiſſior.i. lõgior & magis deorſum
miſſa: ante.i.a parte anteriore: vel quia curuata icedit:aut quia negligẽ-
ter formata:& breuior a tergo.i.a pte poſteriore: & fila pẽdẽt circũ oras
.i.extrẽitates laxata tex tu ſoluto.i.textura ſoluta. Mures roſere cothur
nos.i.alta calceamẽta & articulos pedũ:& rimę immũdæ.i. fiſſurę ſor-
didæ: ſulcant.i.findunt & corrugant calcanea.i. calces hoc eſt extrema
pedum:olentia.i.fetentia nigris ſordibus: id eſt propter nigras ſordes.
Ipſa:ſcilicet ſegnicies eſt grauis: ideſt moleſta & onerofa ſibi: & mœret:
ideſt triſtatur deiecta turpi quiete:ideſt per turpem quietem: & ignorat
cauſam & ortum.i.originem mœroris. quod melancolicis ſępe accidit
exiſtens ebria ſemper lethargo.i. morbo ſoporem tam profundum in-
gerente vt niſi violenter excitet̃ ęgrotus eo conficiatur:& veterno.i.tor-
pore & pigricia triſti:formidat iter virtutũ:quod.ſ.arduũ & difficile eſt
primo aſpectu:& monſtrat labores & difficiles vias virtutum.i.quibus
venitur ad virtutem:& facit cuncta videri maiora re.i. q̃ ſint in effectu.
ceu.i.pinde ac:ſi virga ſit merſa ſub gurgite vitreo: ideſt lympido & trãſ
parenti:quia vnda eſt denſior(ſcilicet decuplo)corpore aerio ipa mẽtit̃
.i.mẽdaciter apparere facit:igentẽ formã.ſ. virgę:& hoc imagine ſparſa
ob quã cauſam ſenes vitreis oculis vtũtur.ſic acidia.i. negligentia & pi-
gricia hoim deludit ſup.eos vultu falſo.i.deceptorio.minuens ſpem &
premẽs aios:& deridẽs futu[illegible]p̃mia operũ.ſ.bonorũ & ipa docet fulmẽ
.i.fulgura & ignes tartareos c[illegible]temni.i. vilipẽdi: & docet phlegethõta
.i.ardorẽ infernalẽ timeri fruſtr[illegible]& negat Aeacon & minoa.i. iudices &
executores iuſtitiæ apud infer[illegible]s: & nullum.i. non vllum: non tribuit
rhadamãto iudici illi apud in[illegible]eros vllũ iudiciũ. De his in ſiluis noſtris
Minos ita ſcripſimꝰ. Minos. Aeac[illegible]& Rhodamãtus filii iouis & europæ ſ[illegible]m
Aeacus quoſdã fuerũt qui poſt[illegible]facti ſunt apud inferos iudices v[illegible]dicit ſer[illegible]ius
Rhadamãtꝰ Solẽt añt commẽtarii [illegible]ueſa officia ipſis aſcribere. Rha[illegible]mãto qu[illegible]

(c) 2006 Ministerio de Cultura

inquiſitionis faciendę vñ. vi. ęnei. Gnoſius hæc rhadamātus habet duriſſima regna Caſtigatq; auditq; dolos ſubigitq; fateri Quæ quis apud ſuperos furto lętatus inani diſtulit in ſeram cōmiſſa piacula mortē. Minoi vero ſententię ferendę. vnde Hora. Et de te ſplendida minos Fecerit arbitria. Aeaco autē executiōis faciēdæ vnde Iuuenalis. Quas torqueat vmbras Aeacus. Ea tamē officia ſunt ipſis cōmunia: vnde horati⁹ ſcđo carminū. Quā pene furuę regna ꝓſerpinę & iudicantem vidimus ęacū Strabo autē dicit rhadamantū ātiquiſſimū cretę regē fuiſſe & primū legibus cretenſes inſtituiſſe. Cuius imitator minos deinde extitit fratrēq; habuit ex huius imitatione rhadamantū appellatū. Diodorus tamen ſiculus ait iouem e phœnicia in cretā europam rapuiſſe & ex ea Minoē rhadamantū & Sarpedonē genuiſſe: ac deinde europā aſterio regi cretenſi vxorē dediſſe: qui cū filiis careret illos in ſucceſſionē regni adoptauit: & Minos regnū ſuſcepit: Rhadamantus leges cretenſibus tulit.) Et pigricia concedit vſum fœdę libidinis & opus veneris: vñ ouidius Quęritur ęgiſthus quare ſit fact⁹ adulter. In prōptu cauſa eſt deſidioſus erat. Ocia ſi tollas piere cupidinis artes. & laudat cōuiuia & ingluuiem. i. ingurgitationem ventris: Sic lentus. i. tardus torpor occupat pectora: & inertia vincit ita mentes pigras: ipſa indulget. i. ampliter incumbit mēſis īſtructis laute. i. opipare: ſi copia. i. facultas detur: & vorat quæſita. i. parta & vt dicūt lucrata ab aliis: ſed neſcit quęrere. i. acquirere. & graues curæ & longęua tędia ſurgunt inde: quia ſcil3 neſcit quęrere. aut deinde poſtq̄ ſe inanem videt. Sic. i. hoc modo nocet hoc monſtrum ſc3 acidia & obſtans iuſtis. i. honeſtis & licitis conatibus: ſuadet ſolatia quæri ab obſcœnis rebus.

Hoc inhonoratum ſcelus ignauumq; ſequuntur
Ignotæ triſteſq; animę: quas nulla futuri
Cura nec æternæ ſtimulauit gloria famę.
Si tamen hoc quędam retinent ex ordine nomen
Non ſua ſed uirtus illos laudata [illegible]rum
Vel genus excelſæ gentis: uel regia uirga
Imbelli geſtata manu: uel nobile crimen
[illegible]egiūue [illegible]us ſciri ſine laudis hono[illegible]e

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Cogit.& inuitas hominum tranſmittit ad aures.
Iſtorum turpi ex numero & de plębe nefanda
Vnus erat modico dominum qui uendidit ęre:
Vnus & oſtriferam ſeſto qui iunxit abydum
Pontibus:& magnum ſalſis Athon abluit undis.
Mox ubi conuulſas audiuit in ęquore puppes
Et pontem ęquoreis confractum uiribus amens
Qua phryxi germana iacet rate fugit inermi.
Talis & ęneadum phrygio de ſanguine Cęſar
Vltimus auſonię labes & dedecus aulæ.
Talis ab Aſſyrio ueniens longo ordine Belo
Sardanapalus iners:qui non chironis in antro
Nutritus:non inter equos erat inter & enſes
Sed calathos circum:ſaturataq; uellera rore
Muricis.& tenues lanas quas Sericus altis
Pectit ab arboribus.uiolaſq; imitantia penſa
Purpureoſq; Croci uultus.hyaliq; colores:
Crinitoſq; colos:ſolium Regale tueri
Neſcius:ut regni inuaſor iurata coegit
Auxilia & celeri maturat arma paratu
Attonitam cinxit ſubitis legionibus urbem
Stamina depoſuit tandem:& de plębe fugaci
Componens raras acies cum milite pigro

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Exiit in pugnam: molles talaribus armos
Aſſuetum tunicis clypei grauis ęreus umbo
Preſſit: ut horribilis pugnæ caua buccina ſignum
Edidit: ut rigidum campos ingreſſa patentes
Terrifico cantu cecinit uox bellica martem
Et leuis inſonuit crebris hinnitibus aura:
Obriguit: ſtupuere oculi: liquere trementes
Lora manus: Clypeuſq; cadens (res digna triumpho)
Formicam oppreſſit ueteris de ſanguine natam
Myrmiones quę Myrmidonum genus acre uirorum
Edidit: excuſſum eſt roſtri de forpice granum
Et triſtem moriens liquit ſub puluere uitam.
Non poterat tanta armorum dux mole ſepultus
E tanto ſine cęde pedem ſubducere bello:
Talis in ignauo regnabat pectore uirtus:
Poſt clarum facinus fugit: ſolitumq; cubile
Depoſitis repetens armis ſe miſit in ignes
Fœmineos ſemper mores imitatus & artes
Hoc animi fortis moriens opus edidit unum.

¶Hoc inhonoratũ &c. Docet vt in ſuperiorib9 q hoc vitio pcipue infi ciantur aut ĩfecti leganť. Ordo ē. Animę ignotę. i. ignobiles & ſegnes & triſtes. quę ſcz tędio afficiuntur cũ bene operandũ ſit: ſequũtur hoc ſce lus inhonoratum. i. nullo honore dignatũ aut inhonorãdum. i. quod non eſt honorandũ nec dignum honore: & ignauum. i. inutile ad ope randũ: nihil nauans: quas ſup. animas nulla cura futuri. i. rei futurę nec [illegible]a famæ a[illegible]næ ſtimulauit. Tamen ſi quędam ideſt aliquæ animæ

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ignauę retinent hoc nomen.ſ.famę & gloriæ ex ordine.i.ſucceſſione & ſerie maiorũ:non virtus ſua.i.propria illis: ſed virtus laudata priorũ.i. anteceſſorum: vel genus gentis excelſę.i. generoſę & alto loco natæ vel virga regia geſtata manu ibelli.i.ſceptri claritas: vel nobile crimẽ (Quia vt dicit Iuuenalis. Omne animę vitiũ tanto cõſpectius in ſe Crimen habet: quanto qui peccat maior habetᷣ) ve pro vel ſcelus egregiũ.i.excellẽs & non vulgare cogit ſup.eas ſciri.i. cognoſci & notas eſſe : ſine honore laudis.hoc eſt contingit quoſdã ignauos famoſos eſſe & notos vt ſardanapalũ ſed non laudatos: & ſcelus aut ſceptrũ tranſmittit tales ignauos ad aures hominũ inuitas.i.non libẽter taliũ mentionẽ audiẽtes. Vnus .ſ.iudas qui vendidit dominũ.ſ.chriſtũ modico ære. videlicet triginta argenteis: erat ex turpi numero. ſ.iſtorũ.ſ. viliũ qui p ſcelus ſuũ diffamãtur: & ex nefanda.i. deteſtabili plebe: & ſup.is videlicet xerxes qui iũxit pontibus abydũ oſtriferã.i. vrbẽ illã aſię ferentẽ oſtrea ſeſto.i. vrbi europę. Conſtruxit eni xerxes pontẽ ſuper mare helleſpōticũ ab abydo vrbe aſię vſq in ſeſton vrbem europæ vnde luca.lib.2. Tales fama canit tumidũ ſup ęquora xerxẽ Conſtruxiſſe vias: multũ cũ põtib⁹ auſus Europamq aſię ſeſtũq admouit abydo Inceſſitq fretũ rapidi ſuper helleſpõti Non eurũ zephyrũq timẽs: cum vela rateſq In mediũ deferret athõ) & abluit athon montẽ illũ magnũ vndis ſalſis. i. marinis hoc eſt æquauit montem mari. Mox.i.paulo poſt: vbi ipſe amens.i. ſine mente audiuit puppes conuulſas.i.concuſſas in ęquore: & pontem confractũ viribus ęquoreis.i.maris ipſius impetu: ipſe fugit iermi rate. i. i vna ſcapha qua ſe traiicere fecit: in ea ſup. parte qua iacet germana.i. ſoror phryxi.ſ.

Xerxis fuga.

helle.i.in mari helleſpontico. vnde Iuſtin⁹ lib. 2. Themiſtocles timens ne interclusi hoſtes deſperationẽ in virtutẽ verterẽt xerxi maturare fugã & occupare tranſitũ ſuadet. Ille pculſus nũcio tradit ducib⁹ milites perducendos: ipſe cũ paucis abydon contendit vbi cũ ſolutũ pontẽ hibernis tempeſtatib⁹ offendiſſet: piſcatoria ſcapha traiecit trepid⁹. Erat res ſpectaculo digna & ad ęſtimationẽ rerũ hũanæ ſortis varietate mirãda in exiguo latentẽ videre nauigio: quẽ paulo ante vix ęquor omne capiebat: carentẽ etiã omni ſeruorũ miniſterio cuius exercitus propter multitudinẽ terrę graues erãt. hec ille. Talis.ſ.p ſcelus ſuum nobilis: erat cęſar tyrannus romani iperii: vltim⁹ de ſanguie phrygio ęneadũ: exiſtens labes & dedecus aulę auſonię (Poſſet etiã de nerone itelligi) Talis erat ſardanapalus iners. ſ.rex aſſyriorũ veniẽs lõgo ordine.i.p longã ſucceſſionem a belo aſſyrio. i. aſſyriorũ rege. vnde Iuſtin⁹ lib. primo. Imperiũ aſſyrii qui poſtea ſyri dicti ſunt annos MCCC. tenuere. Poſtremũ apud eos regnauit Sardanapalus vir muliere corruptior. A[illegible] videndũ

Aſſyrii Sardanapalus

(c) 2006 Ministerio de Cultura

(quod nemini ante eũ permiſſum fuerat) prefectus ipſius: medis prepoſitus noie Arbact⁹ cũ admitti magna ambitiõe ægre obtinuiſſet: iuenit eũ inter ſcortorũ greges purpurã colo nentẽ & muliebri habitu cũ mollicia corporis & oculorũ laſciuia oẽs fœminas anteiret: penſa iter virgines partientẽ. Quib⁹ viſis idignatus tali fœminę tantũ virorũ ſubiectũ tractantiq; lanam/ ferrum & arma portantes parere: progreſſus ad ſocios ſuos: quid viderit refert. Negat ſe ei parere poſſe q ſe fœminã malit eẽ q virum. Fit igitur cõiuratio. bellũ Sardanapalo iſertur: quo ille audito non vt vir regnũ defenſurus: ſed vt metu mortis mulieres ſolent primo latebras circũſpicit: mox deinde cum paucis & incõpoſitis in bellũ progreditur. Victus in regiã ſe recipit & extructa pyra ſe & diuitias in incendiũ mittit hoc ſolo imitatus virum. Hec ille q auctor noſter fere tangit. Quod autem dicit eum formicam occidiſſe ridiculum eſt: eoq; animo ab ipſo poſitum vt pigriciam & inertiam regis illius rideat: fabulam autem de myrmidonibus qui ex formica orti dicuntur ſic tãgit Serui⁹ ad ſecundi ænei. fere principium. Myrmidones dicti ſunt a formicis quæ appellantur μυρμικεσ. Nam æacus cum ob peſtem populum amiſiſſet orauit iouem vt tot ſibi ſocii adeſſent quot in arbore fici formicas vidiſſet: & ſtatim formicę ſunt in homines verſę. Hoc fabulę. Heratoſthenes aũt eos a myrmidone iouis filio & eorũ duce ſeu rege dictos cenſet. Idem Serui⁹ alibi dicit In attica regione fuiſſe puellam myrmionẽ noie ob ſolertiã & caſtimoniã mineruę gratã: q cũ aratrũ in odiũ cereris a minerua conditũ hominib⁹ miniſtraret a turbata minerua in formicã verſa fuit quæ greca lingua myrmix dicitur: quã ſic dãnauit vt nũq deſiſteret a cõgregãdis granis. Verum aduenięte peſte in ęgina iſula ex formicis deide populi reſtituti ſunt. Sed ad ordinẽ redeo) Talis igitur erat ſardanapalus iners: qui non nutrit⁹ in antro chironis (ſicut achilles vt homer⁹ & poſt eũ late docuit. Statius i achilleide. Eſt aũt chirõ nutritor & preceptor achillis iuſtiſſim⁹ centauroꝝ qui populi theſſalię fuerũt vmbilico tenus equi q tales cũ primi equos aſcendiſſent videbantur ſtupidis crediti fili⁹ neptuni i equũ cõuerſi & phyllirę nymphę: q chirurgiæ multa pcepta iuenit atq; cõſcripſit: quiq; ſup ſaxũ recubantẽ in antro achillẽ ferinis carnib⁹ adhuc crudis pauit & ſanguine potauit.) Nõ erat nutritus inter equos & enſes: ſed circũ calathos. i. vaſcula viminea i quibus puellę roſas deferũt: vnde in buco. Tibi lilia plenis Ecce ferũt nymphę calathis. aut arma ſutoria: mũdũq; muliebrẽ. Vnde Iuuenalis ſatyra. 2. Vos lanã trahitis calathiſq; peracta refertis vellera. & circũ vellera ſatur[illegible]a. i. tin[illegible]: rore muricis. i. ſanguine cõchiliorũ: hoc eſt purpura: [illegible]ũ tenues [illegible]as: quas ſeric⁹ ſup. popul⁹: ſed patriũ ꝓ getili ſũpſit

Myrmidões

Myrmione

Myrnix

Chiron

Centauri

Calathi



(c) 2006 Ministerio de Cultura

Nam ſeres dicunt populi aſię ſcythicę vt ſolino in collectaneis & plinio
Seres in ſeptimo naturalis hiſtorię placet mites & q̄etiſſimi ĩter ſe: apud quos
arbores lanã ꝓferũt nedũ frondes. Vñ georg. i. Velleraq; vt foliis depe
ctunt tenuia ſeres.) quas ergo ſeric⁹ pectit. i. decerpit: ab altis arboribus
& penſa. i. lanas penſas & carptas ad nendũ aptas: imitantia violas. i. co
lorẽ violarũ: & imitãtia purpureos vultus croci illius floris cuius radio
Hyalus los ſeu lanugines galli ſaffranum vocãt: & colores hyali. i. vitri ſeu vitri
ni (Hyalos enim vitrum dicitur: Eius autem color viridis fere eſt: imi
tatur autem illud georg. 4. Mileſia vellera nymphę Carpebant hyali ſa
Colus turo phucata colore) & circum colos crinitos. i. lanam aut lini corticẽ ĩ
crines hoc eſt tenues tricas fiſſum habentes (Alexander fœmininum cẽ
ſet: ſed cap & probus etiam maſculinum: eſt autem pẽſum ſeu inſtrumẽ
tum nẽdi: cuius meminit ouidius meta. 4. dicens. Et colus & fuſus digi
Solium tis cecidere remiſſis) exiſtens neſcius tueri. i. protegere: ſolium regale. i.
ſedem ex ſolido ligno aut lapide ne adorirentur reges fieri ſolitam: vt
ideſt poſtq̃ inuaſor regni videlicet Arbactus coegit auxilia iurata: ideſt
milites auxiliares coniuratos (vt dictum eſt) & ipſe inuaſor maturans:
ideſt mature parans & colligens celeri manu arma (Quęres ſi celeri ma
Maturũ nu: quomodo ergo maturans dicatur Maturũ enim dicitur quod neq;
ſerius neq; citius q̃ decet fiat: ſed noris pro opportunitate celeriter fa
ctum mature factũ cenſeri poſſe. quia ĩ cõiuratione niſi celer fueris ſerus
cenſeberis) cinxit legionibus ſubitis. i. ſubito collectis vrbem ſcilicet ba
biloniam: attonitam: ipſe ſardanapalus depoſuit tandem. i. poſt longã
cunctationẽ: ſtamina. i. fila vñ ſtamina fierent: aut reuera ſi texebat tunc
forte ſtamina: & componens. i. congregans raras acies: de plębe fugaci
. i. fugere ſolita: quia ĩbelli & rerũ militariũ ĩperita: exiit tãdẽ in pugnã
cum milite pigro. i. non exercito: vmbo ęreus. i. curuatura ex ęre clypei
grauis preſſit. i. ſardanapalum: aſſuetum armos molles. i. habenteʒ ar
mos: hoc eſt humeros molles aſſuetos: tunicis talaribus. i. vſq; ad talos
defluẽtib⁹ more muliebri. vt. i. poſtq̃ caua buccina. i. tuba: edidit ſignũ
horribilis pugnę: & vt. i. poſtq̃ vox bellica. i. clangor tubarum aut ſtre
pitus cornuum: ingreſſa campos patentes cecinit cantu terrifico: timi
do videlicet ſardanapalo: martem rigidum: ideſt pręlium atrox cõmit
tendum: & aura leuis inſonuit crebris hinnitibus. i. clangoribus lituo
rum: aut hinnitibus equorum poti⁹. Ipſe ſardanapalus obriguit: ideſt
ſtupore perculſus exanimatus fere concidit: oculi ei⁹ ſtupuere. i. obtuſi
facti ſunt: & manus tremẽtes liquere lora. i. frena equi aut potius retina
cula clypei quę lora. i. corrigię ſunt & clype⁹ cadẽs (q̃ ſunt iſt res digna tri
Sarcaſmos umpho: qđ dicit per ironiã aut per ſarcaſmon (Eſt a[illegible] ſarcaſmos

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Seruiū iocus cū amaritudine ſeu amara irriſione)oppreſſit formicā na-
tam de ſanguine veteris myrmiones: puellę illius atticæ in formicā ver-
ſę: quę edidit.i. per ſucceſſum produxit acre genus myrmidonū viroꝝ
qui ſunt populi theſſalię bellicoſi ſocii achillis in bello troiano. Granū
quod formica trahebat eſt excuſſum de forpice.i.ſi ſic dicam tenella(Eſt
enim forpex tenella qua fabri foruum.i.calidum prendunt)roſtri.ſ.for
micę: quæ in ore granum tum forte tenebat. & ipſa formica moriens li-
quit ſub puluere triſtem vitam.i.animam indignantem a tali oppreſſā
eſſe: Vnde virorum fortium animę cum indignatione corpus linquere
dicuntur in bello: ſicut de turno dicitur ī fine ęnei. Vitaq; cum gemitu
fugit indignata ſub vmbras. Dux ſepultus: ideſt ſtipatus & occultatus
(quia latere voluit) tāta mole armorum non poterat ſubducere.i.retra
here pedem e tanto bello: ſine cęde.i.occiſione alicuius: quia formicam
occidit caſu clypei quem præ timore amplius tenere non valuit. Talis
virtꝰ(ironia eſt)regnabat ī pectore ignauo.ſ.ſardanapali: ipſe fugit poſt
darū facinꝰ.i.poſtq̄ formicā opp̄ſſerat: & repetēs cubile.ſ.puellarū ſoli-
tū.i.aſſuetū: & hoc armis depoſitis miſit ſe ī ignes.i.ī rogū ardentē quo
ſe pręcipitē dedit. Non enī hic ignis ſignificat amores: qa hiſtoria habet
ꝙ ſe & diuitias ſuas cōſtructa pyra īcēdio abſumpſerit: & ipſe imitatus
ſemp mores fœmineos & artes.i.exercitia fœminea: moriēs edidit hoc
vnū opus.i.facinus animi fortis: quia ſe fortiter in ignem iniecit.

## Liber Secundus

ISta regunt orbem: ſcelerumq; licentia regnat.
Relligio contempta iacet: ſpretuſq; deorum
Cultus abit: tritaq; fides iam pallida ueſte
Infirmis titubat pedibus: peſſundata legum
Maieſtas: tot monſtra pios immania mores
Inuaſere: ſilet probitas: pudor exulat: alas
Explicat ad limen pietas reditura paternum:
Vilis & attrita uirtus in ueſte relictis
Vrbibus egrediens loca per deſerta uagatur
[illegible]q;.nam [illegible]rces: laus.gloria.fama.triumphus.



(c) 2006 Ministerio de Cultura

Gaudia.pax:ſucceſſus:honor: reuerentia:cultus.
Maieſtas.fauor.imperium.populiq; ſecures
Virtutum comites olim dum pinguia curuo
Iugera ſcindebat conſul Romanus aratro
Et dum prima ſuis gaudebat ouilibus ętas
In ſcelerum fugere domos:dolus:arma:rapinæ:
Furta:uenena:neces:ueneres:iniuria:fraudes:
Inſignes celebrant ſolēni laude triumphos.
Pallida uelato uirtus abſcondita uultu
Qualis it amiſſo mulier uiduata marito
Viſa ſub ambiguo nocturnæ lumine lunæ
Sępius eſt:& ſola die lugere per umbras
Per loca ſyluoſas inter frigentia ualles
Qua dryades habitant ubi feſſa quieſcit oreas
Eſt audita procul tales effundere queſtus.

ISta regunt &c.Poſtq̄ deſcripſit auctor irruptionē & graſſationem ſeptē vitiorū criminaliū:ſubinfert virtutis exiliū ac miſerā ſortē.Sūt aūt q hic ſecūdi libri pricipiū ꝯſtituāt cū veriores codices vnū tantū librū eſſe ſignificēt:q; ſi in tris quoq; libros diſtinguere lubet:cōuenietī⁹ hic ſecūdi libri initiū poſueris q̄ vbi alii:qa neq; pricipiū nouę materię neq; caput ſentētiæ illic erat:ſicut hic.vbi qa oia facilia ſunt Ordo ē.Iſta.ſ.abominādavitia ī ſupiori libro dicta:regūt orbem.i.mūdū:hoc ē hoīes ī ſua ſeruitute tenēt: qa q facit peccatū ſeru⁹ ē peccati.& licentia ſcelerū.i.mala ꝑmiſſio ſeu impunitas peccandi (accipitur enī fere in malā partē) regnat.i.dn̄atur: Relligio.i.timor dei cū charitate:contempta.i.ſpreta:iacet.i.vilipenditur Sicut apud Ouidiū Paup vbiq; iacet:& cult⁹ deorū.i.dei & ſanctoꝝ: aut cult⁹ diuin⁹:hoc ē latria ſpret⁹:abit.ſ.ī deſuetudinē:neglectū & abolitio[illegible] fides ia[illegible]lli da.ſ.ęgritudine aut negligētia qa nō colit̄: veſte trita.i.[illegible]era & nō re[illegible]

(c) 2006 Ministerio de Cultura

uata:titubat.i.vacillat vicina caſui.i.pedibus īfirmis.i.qa pedes īfirmos habet maieſtas.i.verēda obſeruātia & dignitas legū: ē ſup. peſſūdata.i. pedib⁹ cōculcata:tot īmania mōſtra.i.vitia q̄ ꝯtra naturā ſūt:īuaſere pi os mores:ꝓbitas ſilet:pudor exulat:pietas reditura.i.parās r̄ditū & pa rata auolare ad limē paternū.i.ad deū a quo oē bonū & oīs virt⁹: expli cat.i.extēdit:alas more.ſ.auiū auolare volētiū. Virt⁹ vilis.i.puí æſtima ta & ſola.i.deſerta egrediēs ī veſte trita: vagat̄ ꝑ loca deſerta: relictis vrbi bus ī qb⁹.ſ.vitia magī regnāt. Vagat̄ īquā ſola:Nā merces.i.ꝓmiū: laus glīa.fama triūph⁹.gaudia.pax.ſucceſſus.i.proſpitas ad bona aut hono res acquirēdos.honor.reuerētia.cult⁹.maieſtas.fauor.iperiū.& ſecures populi.i.gladii qbus ſecātur colla noxiorū:hoc eſt ptās iudicialis ī ſan guinē & vitā:appoſitorie:comites.i.q̄ oīa erant comites virtutū olī dū cōſul roman⁹.ſ. Curi⁹ aut Fabrici⁹ aut Lucius Quīti⁹ Cincinat⁹ (vñ Per ſius ſaty. i. ſulcoq͂ terens dentalia quīti Cū trepida āte boues dictaturā induit vxor. Et tua aratra domū lictor tulit. Et Virg. lib. vi. vel te ſulco ſerane ſerentē) dū ergo cōſul roman⁹ ſcindebat aratro curuo pīguia iu gera. i. rura aut reuera iugera qa nō plus q̄ iugeri ſpatiū tūc appetebāt. .i.quātū iugo boū vno die arare poſſet: & dū pria ętas.ſ. iuuenta gaude bat ſuis ouilib⁹.i.dū paſtores pecoꝝ eſſēt nobiliſſimi quiq͂ ī adoleſcētia ſicut & romul⁹ & inter iudeos Abrahā. Iſaac. Iacob. & filii. Dauid quoq͂ rex ) fugere ī domos ſcelerū. i.ſceleratorū:hoc ē qđ Iuuenal̄ iquit ſaty.i. Aude aliqd breuib⁹ gyaris & carcere dignū Si vis eē aliqd: ꝓbitas laudat̄ & alget. Criminib⁹ debēt hortos ꝓtoria:mēſas Argētū vet⁹:& ſtantē ex tra pocl̄a caprū.&c.dolus.arma ſup.iniq ſūpta.rapinę.furta. venena.i. intoxicatiōes aut veneficia. veneres.i.fornicatiōes ac ſtupra:iīuria.frau des:celebrant ſolenni laude inſignes triumphos.i. nunc dn̄antur & oīa ad nutum gerunt ſcelerati: virtus pallida abſcondita vultu velato viſa eſt ſępius ſup. talis: qualis mulier it: ideſt ingreditur viduata: ideſt orba ta marito amiſſo: viſa eſt inquam ſub ambiguo lumine lunę nocturnæ ideſt indubia luce & ita vix erat agnoſcibilis. & viſa eſt lugere die: ideſt interdiu ſola: ideſt incomitata: quia omnes dereliquerunt eam: per vm bras: & audita eſt procul effundere tales queſtus: ideſt querelas per lo ca frigētia: ideſt deſolata. ſicut feruere dicitur quod a frequentibus fit vt primo ęneidos. Feruet opus & c. inter valles ſiluoſas: in ea ſupple parte qua dryades: ideſt deę ſeu nymphæ arborum: habitāt: & vbi oreas: ideſt nympha montium quieſcit feſſa: ideſt dum fatigata eſt in abditiſſimis ſcilicet montium locis. ſane dryades dicuntur eo ꝙ Δρυσ dicebatur olī omnis arbor quis nunc pro quercu fere accipiatur. & oros dicitur mōs Vnde hec o[illegible] huius oreados & cętera.

Dryades
Oreas



(c) 2006 Ministério de Cultura

## Querimonia urrrutis.

CVr ego quę magni ſum ſemine nata tonantis
Et cęleſte genus ſenior ſublimibus aſtris
Deſeror: humaniſne unq̄ fortaſſe negaui
Rebus opem: uel forte meis non amplius armis
Mundus eget: Cur nunc tanto ſurgente tumultu
Debilis hęc hominum ſoboles tot milia contra
Ditigenum noſtra nullum munimen ab arte
Poſtulat: An ualidę non ſunt ad prælia uires:
Nonne acies totidem: nonne eſt induſtria nobis:
Nonne animi: liceat de me mihi uera fateri
Fortunę domitrix ego ſum ſcelerumq; flagellum
Semper tela manu ferimus: cum crimine ſemper
Si genus humanum poſcat: ſunt aſpera bella:
In promptu nobis & opes: & miles. & arma:
Vtq; hominem tuear ſuperumq; in tecta reportem
Incolumem: ſtygias omnis demolior artes.
Ars mea mortales ad olympica regna deumq;
Hortari: monſtrare uias quibus itur in altum
Aethera: ſum medium dirimens iter orbita recto
Limite qua monſtrantur adhuc ueſtigia patrum:
Qua ueteres cęlo digni petiere tonantis
Limen: ubi nitidis ſunt lactea flumina campis.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Neſcio delicias: nullum inſidioſa uoluptas
Mecum fœdus habet: mihi lis de limite regni
Cum uiciis: multumq; inter contraria pugno
Namq; meos inter regnum mihi contigit hoſtes.
Me labor aſſiduus ualidam facit: ocia frangunt.
Et quotiens opus eſt armis exterrita nullis
Congredior uinci & ſuccumbere neſcia: ſiquod
Pondus ab aduerſis iniectum eſt caſibus ęqua
Mente fero: ipſa hominem doceo uariaſq; per artes
Erudiens paucis diis immortalibus annis
Perſimilem reddo: ſine me cognoſcere rerum
Non licuit cauſas: per me pulcherrima mundi
Machina quæ miris ſubiectum legibus orbem
Temperat expreſſo rapidi patet ordine cęli.
Me ſine quæ in magno numeris elementa ligantur
Corpore non poterant: nec ros nec fulmina ſciri.
Me duce nota ſoli uis eſt & mobilis undę. Soli. i. terræ caue legas ſolis.
Me quoq; ſumma patris pietas interprete conſtat
Vnaq; cum duplici ſimplex eſſentia partu.

Cur ego &c. Introducit virtutē ſeſe cōmendātē: & vtilitatē ſui oſtentantē: querentēq; q ſic deſerat ab hoībus & expellatur a vitiis vnde graphice cōdititonē virtutis cōmodaq; ac vires deſcribit. Ordo eſt. Cur: ideſt quamobrem ego (inquit virtus) quę ſum nata ſemine magni tonantis. i. ab altiſſimo deo: & quæ ſum genus cæleſte: & sen[illegible]. i. antiquior aſtris ſublimibus (Non recte ergo alexander Mas tantū [illegible]or: qa etiā fœmininū repitur apud ſenecam: ſed fere tunc



(c) 2006 Ministerio de Cultura

maſculinū eſt cū ſubſtātiue ponit̄ in plurali numero: nā cōpatiue vt hic
nihil ꝓhibet̄ eē cōe) cur ego inquā deſeror. i. derelinquor: ne. i. an: nega
ui fortaſſe vnq̄ rebꝰ humanis opē. i. auxiliū? q. d. minime. vel forte mū
dus nō eget āplius meis armis. i. ꝓtectionibꝰ? q. d. maxime nūc quoqꝫ
eget. Cur nullū. i. nō vllū: cur hęc debilis ſoboles. i. progenies hoim̄ nō
poſtulat ab arte noſtra: vllū munimen. i. vllā ꝓtectionē: cōtra tot milia
ditigenū pro ditigenarū. i. demonū genitorū a dite. i. plutone. hoc eſt
principe iſerorū: nō quidē quātū ad naturā q̄ a deo eſt: ſꝫ quātū ad mo-
res corruptos quos lucifero cōſentiendo ꝯtraxerūt: vñ per imitationē
filii eius dici poſſunt. An noſtrę vires nō ſunt validę ad pręlia? q. d. ma-
xime validę ſunt: vnde ſubdit. Non totidem acies ſup. ſunt nobis quot
ſcꝫ vitiis: nōne īduſtria eſt nobis: nōne animi ſunt nobis. Liceat mihi fa-
teri vera de me. i. vt me cōmendē vere: & vt verū fatear: Ego ſum domi-
trix fortunę. quia vt dicit Iuue. Nullū numen habes ſi ſit prudentia: ſed
te Nos facimus fortuna deā cœloqꝫ locamus. & ego ſum flagellū. i. per-
ſecutio ſcelerū: Nos ferimus. i. portamus ſemper tela manu. i. paratę ſu-
mus ſemper ad pugnā. Aſpera bella ſūt nobis ſemper cū crimine. i. ma-
gno peccato: ſi genꝰ humanū poſcat opes: & miles & arma ſunt nobis
in promptu. i. paratiſſima. Et vt ego tuear. i. defendā hominē: & repor-
tem. i. reuehā hominē īcolumē. i. ſanū in tecta ſuperū. i. cœleſtiū (Non
dicitur incolumꝰ ſed incolumis vñ accuſatiuꝰ eſt incolumem: ꝓ quo q̄
neſciūt diſtinguere īter columen columinis: & incolumē a noīatiuo in-
columis ſcribunt incolumen: īeptiſſime quidē. Ego demolior. i. diruo
& quaſi molē deſtruo: oīs artes ſtygias. i. īfernales. Ars mea ſup. eſt: hor-
tari mortales. ſ. hoīes: ad regna olympica. i. cœleſtia: & ad deū. i. cōtem
plationē dei. & ars mea eſt mōſtrare vias quibꝰ itur in altū ęthera. i. cœ-
lum: id enī herculi monſtraſſe dicit̄ Ego ſum orbita. i. via dirimens me
Virtus diū iter. i. cōſiſtens in medio: recto limite. quia vt dicit horatiꝰ. Virtꝰ eſt
medium vitiorū vtrinqꝫ reductū. qua ſup. orbita: veſtigia patrū. i. anti
quorū monſtrantur adhuc: & qua veteres digni cœlo petiere limen to-
nantis. i. ſummi dei. hoc eſt regnū cœlorū: vnde Virgilius lib. vi. ænei.
aut ardens euexit ad ęthera virtus. vbi flumina lactea. i. aīorum refectio
nes dulciſſimę: ſunt in campis nitidis. Ego neſcio delicias (vnde Hiero-
nymus dicit. fieri non poſſe vt de deliciis quis tranſeat ad delicias: & vt
hic ventrē & illic mentem impleat) voluptas inſidioſa. i. blande decipi-
ens: nullū. i. nō vllū: non habet vllū fœdus. i. cōmerciū mecū. mihi eſ[...]
lis. i. ego habeo litem cū vitiis: de limine regni. i. an ego an ipſa ī animis
hominū regnent: & ego pugno inter multū contraria. nā [...] regnū cō-
tigit. i. cū difficultate euenit mihi inter meos hoſtes: qu[...]rtus eſt iter

(c) 2006 Ministerio de Cultura

duo vitia inter ſe contraria & cũ virtute: contraria aũt inter ſe pugnant: vt fortitudo contrariaẽ meticuloſitati & temeritati inter ſe cõtrariis iter quas eſt. ſimiliter liberalitas auaricię & ꝓdigalitati. Modeſtia ſuperbię & abiectioni: ſapientia ignorãtię & arrogantię &c. Labor aſſiduus facit me validam: quia virtus in infirmitate perficitur. ocia frangunt me. et quotiens opus eſt ego exterrita. i. non nimiũ audax: nullis. i. non vllis non congredior vllis armis: exiſtens neſcia vinci & ſuccumbere: ſiquod pondus. i. ſiqua vis aduerſitatis: iniectum eſt ab aduerſis caſibus: ego fero. i. patior & tolero æqua mente. Ipſa. i. ego doceo hominẽ: & ego erudiens hominẽ per varias artes: reddo. i. exhibeo ipſum: paucis annis. i. ſpacio paucorũ annorũ. i. intra paucos annos: perſimilẽ. i. valde ſimilẽ diis immortalibus. i. ſuperiis aut cœleſtibus ſpiritibus. Non licuit. i. nõ fuit alicui permiſſuꝫ cognoſcere cauſas rerũ ſine me. i. ſine auxilio meo. Pulcherrima machina mũdi. i. ſtructura & fabrica totiꝰ vniuerſi q̃ tpat orbeꝫ. ſ. cœlorũ aut mũdũ totũ ſubiectũ miris legibus: patet per me: & hoc ordine rapidi cœli. expreſſo. i. declarato expreſſe. Elementa quę ligantur numeris. i. numeratis ꝓportionibus in magno corpore. ſ. totiꝰ vniuerſi: nec ros nec fulmina nõ poterant ſciri ſine me. vis. i. efficacia ſolis & vndę. ſ. maris mobilis. i. fluentis & refluentis: aut q̃ quia corpꝰ liquidum eſt continuo moueri appetit: eſt nota me duce. i. ducente. Summa pietas patris ſcꝫ cœleſtis: conſtat. i. manifeſta eſt: quoqꝫ. i. etiã me interpꝛte. i. interpꝛtante & docente. & vna ſimplex eſſentia. ſ. diuinitatis: cũ duplici partu. i. nixu & ꝓductione: quia pater genuit filiũ: & pater & filiꝰ producunt ſpiritum ſanctum qui ab eis procedit.

Ipſa feros hominum docui componere mores:
Ipſa Solonigenas leges: pręcepta lycurgi.
Plębiſcita numę: magni conſulta draconis:
Biſſenaſqꝫ dedi tabulas: & ferrea iura.
Me duce regnarunt belus beliqꝫ nepotes
Et Perſę libyciqꝫ duces: me pręſide Roma
Floruit: & lata rerum ditione potita eſt.
Ipſa comes graiis aderam quom Troica contra
Pergama c[illegible]ulſis ex Aulide nauibus ibant:

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Me duce romanus tyrias radicitus arces
Eruit: & ſolymas turres: bimaremq́ꝫ corinthum
Atq́ꝫ ſyracuſios Arethuſę mœnia muros.
Belliger extremas duce me tulit arma per urbes
Bacchus: & ardentes uictricia ſigna per indos:
Nyſeamq́ꝫ locans Arabis de nomine Nyſę
Dixit: & ad teretes hederas coniungere thyrſos
Pampineaſq́ꝫ comas tremulis agitare corymbis
Menades inſtituens dionyſia feſta quotannis
Iuſſit ab ęoa fieri ſolennia pube.
Ipſa ego combuſtę retinent quę nomina mammæ
Fœmineas ad equos turmas & ad arma paraui.
Plębis ego ſolymæ ſiccis ueſtigia plantis
Per maris erecti pendentes undiq́ꝫ fluctus
Murorum in ſpeciem uada phœbo incognita duxi:
Me quoq́ꝫ prima uiros ratis inuentrice per altum
Aequor & audaci tulit aurea uellera curſu.
Alcides tot monſtra meis deformia uicit
Viribus: Et quicquid muſis phœboq́ꝫ uetuſtas
Aſcripſit noſtrum eſt: Vates ego ſanctaq́ꝫ uatum
Pectora melliflui diuino nectaris imbre
Largius irroro: dulciq́ꝫ aſpergine luſtro.
Fons ego. Caſtalius: Pallaſq́ꝫ ego: nomina plura

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Res eadem: Non ſum morbo confecta nec annis:
Incorrupta. uirens. immortaliſq; remanſi.
Cœleſtes etenim nihil in me motibus orbes
Sidera nil radiis poſſunt: nil lumine titan.

¶ Ipſa feros &c. Proſequit̃ incœptũ: adhuc loquit̃ virtus dicens. Ipſa. i. ego: docui cõponere. i. domare & reformare: feros mores hoim̃. Ipſa. i. ego dedi leges ſolonigenas. i. a ſolõe ſalaminio genitas ac traditas athenienſibus: & p̃cepta licurgi illi⁹ lacedemonii legiſlatoris optimi: & plebeſcita numę. Illi⁹ regis romanorũ religioſiſſimi: & cõſulta magni draconis legiſlatoris athenieñ. & ego dedi biſſenas tabulas. i. leges duodecim tabularũ q̃ a decẽviris quõ romã allatæ ſunt docet̃. ff. de orig. iuris: & iura ferrea. i. duriſſima: quõ a virgilio dicit̃ Geor. ii. nec ferrea iura In ſanũq; forũ aut populi tabularia vidit. Enumerat ergo fere iuris ſcripti ſpecies q̃ ſunt lex. p̃cepta. i. principũ placita ſeu decreta: plebiſcita: ſenatuſcõſulta: leges duodecĩ tabularũ & iura. Bel⁹ rex aſſyrioꝝ apud quos primũ regnũ fuiſſe quidã credũt: & nepotes. i. minores beli: hoc eſt ab eo deſcendẽtes vſq; ad ſardanapalũ: & duces perſę & libyci regnarũt me duce. i. per virtutẽ: & ſapientiã. vñ Prouerb. viii. Per me reges regnant: & legũ cõditores iuſta decernũt. Per me principes ĩperãt: & potẽtes decernũt iuſtitiã. Roma floruit me p̃ſide. i. p̃ſidio meo: vel dũ ego p̃ſiderẽ & potita eſt lata ditione rerũ: Ip̃a. i. ego aderã graiis. i. gręcis comes. i. ſocia expeditionis cũ. i. quãdo ip̃i ibant. i. profecti aut ꝓuecti ſunt ex auli de portu illo in ſinu euboico quinquaginta nauiũ capaci: cõtra pergama. i. mœnia troica. i. troiana: & hoc nauib⁹ depulſis. i. violenter diductis. Romanus ſcʒ populus aut dux ſcipio eruit radicitus. i. a radicibus ſeu a fundamẽtis euertit: arces tyrias. i. carthaginenſes a tyria didone cõditas. & turres ſolymas. i. hieroſolymitanas: & corinthum vrbẽ achaiæ florentiſſimam bimarem. i. inter duo maria incluſam: quã tamen ferocitate potius q̃ virtute vera euerterunt romani: atq; muros ſiracuſios. i. ſiracuſarum pulcherrimę ciuitatis ſiciliæ a pompeio euerſæ: appoſitorie: mœnia arethuſę. i. iuxta quę arethuſa fluuius labitur. Bacchus ſcʒ liber bellig[illegible]r. i. belligerans tulit me duce arma ad extremas vrbes: ſcilicet i[illegible]diæ: & tulit ſigna victricia per indos ardentes ſcilicet æſtu ſolis. & ip̃e locans id eſt ædificans Nyſęam: vrbem illam clariſſimam in india teſte Herodoto & Curtio ſub radicibus montis quem Neron vocant: dixit id eſt nuncup[illegible] eã de nomine Nyſę arabis. i. arabicę hoc eſt quę eſt in- Nyſęa Nyſa

(c) 2006 Ministerio de Cultura

fœlici arabia teſte diodoro ſiculo lib. hiſto. i. ab eodem condita & ipſe inſtituens coniungere thyrſos teretes. i. haſtas pāpinis. i. frondibus vitium inuolutas: ad hederas. i. frutices illos in india naſcētes: & inſtituens agitare tremulis corymbis. i. fructu hederarum comas pampineas. i. vitium frondes: iuſſit feſta dionyſia. i. bachanalia fieri quotannis ſolēnia ideſt cum ſolennitate: ab pube. i. pubeſcentium multitudine ęoa. i. orientali. Ego ipſa. i. eadē: paraui turbas fœmineas quę retinent nomina mammæ combuſtæ. i. turbas amazonum mulierum ſcythicarum (Amazon enim dicitur ab α priuatiua particula: ideſt ſine: & μαζον. i. mamma quaſi ſine mamma altera quam exerunt aut inurūt ne arcui officiat: ſpernunt hæ mulieres connubia. Vnde Stachius in achilleide. Poſcit amazonio connubia pellere ritu: bellatrices autem inclytæ fuerunt. Et vt dicit Virgi. libro. xi. ęnei. Pulſant & pictis bellantur amazones armis) paraui inquam eas ad equos & ad arma: ideſt ad rem militarem. Ego duxi veſtigia: ideſt pedes plębis ſolymę. i. iudaicæ hoc eſt filiorū iſrael in exitu de ęgipto. plantis ſiccis per fluctus maris. ſ. rubri erecti: ideſt ſuſpenſi pendentes vndiq;. i. ab vtraq; parte in ſpeciem murorum appoſitorie vada incognita: ideſt non prius iſpecta: phœbo: ideſt ſoli. Ratis prima ſcilicet argo tulit quoq;. i. etiam viros. ſ. argonautas: per altum æquor. i. mare profundum: & tulit. i. abſtulit audaci curſu (quia audax nimirum fuit quiſquis primus nauigauit. Vnde Horatius primo carminum. Illi robur & ęs triplex Circa pectus erat: qui fragilem truci commiſit pelago ratem Primus: nec rimuit pręcipitem aphricum decertantē aquilonib⁹ Et paulo poſt Quem mortis timuit gradum Qui ſiccis oculis monſtra natantia: Qui vidit mare turbidum &c. Sane danaus prim⁹ dicitur inuexiſſe nauim in gręciam ex ęgipto: cum ante ratibus: ideſt cōnexis trabibus nauigaretur. Longa autem naui Iaſonem primum nauigaſſe philoſtephanus auctor eſt vt ſcribit Plinius libro vii. Diodor⁹ vero libro vi. ait Neptunū ſecundū cretenſes primū nauigādi arte inuenta claſſem inſtituiſſe eiuſq; pfectum eſſe a ſaturno factū: qua propter traditū eſt poſteri⁹ neptunū m[illegible] iperaſſe: ſacraq; ei a nauigātib⁹ facta. hic ego loquit̄ de lōga naui q̄ argo dicit̄: vnde ī buco. & altera q̄ vehat argo) vellera aurea: ex colcho ɣ inſula. Alcides. i. hercules vicit meis virib⁹ tot deformia. i. īmania & turpia mōſtra: vt hydrā: cacū. antęū. leonē. taurū gerionē. diomedē thraciū. cerberū &c. Et q̄cquid vetuſtas aſc[illegible] ipſit muſis & phœbo. i. q̄cquid bonę atris īuētū ē: eſt nrm. i. virtut[illegible]. Eg[illegible] irroro. i. irrigo largi⁹. i. abūdāter aut largius q̄ cęteros diuino ībre melli flui nectarꝭ. i. īfuſiōe cęleſtis īgenii ac doni ſācti ſpirit⁹: v[illegible]. i. pp[illegible]etas & poetas: & ſancta pectora vatum: & ego luſtro: ideſt [illegible]ifico pectora

Amazon

Prima nauiſ

(c) 2006 Ministerio de Cultura

vatum: dulci aſpergine.i.aſperſione. Ego ſup.ſum fons caſtalius muſis in phocide ſacer: qꝫ pro & ego ſup.ſum pallas (legendum puto pallaſqꝫ ego: quia pallas vltimã corripit: & non vacat qꝫ) Nomina ſup.ſunt plura.i.multa & diuerſa: res ſup.eſt eadẽ. Ego non ſum cõfecta morbo: nec annis.i.ſenio. ego ſum incorrupta. virens.i.ſemp vigens: & remanſi immortalis. Etenim orbes.i.ſphęrę cœleſtes nihil poſſunt in me: motibꝰ.i.temporali reuolutiõe rerũ: ſidera nil poſſunt in me radiis ſup.ſuis. & titan.i.ſol nil põt ſup.in me: lumine.i.violẽtia luminis ſui: hoc eſt non ſum ſubiecta corruptibilitati & tranſmutabilitati rerũ corruptibiliũ & temporaliũ: quia virtus ſenio perficitur & ãnoſitate ſplendet.

Poſt igitur tantorum operum experimentia: fidemqꝫ
Deſeror ignotis errans inglori a campis.
O uere ingrata & meritorum oblita meorum
Sęcula: nec priſcæ quicq̃ ſeruantia laudis.
O Numa romulidũ ſanctiſſime uoſqꝫ Catones
Maſcula progenies: tuqꝫ o metuende ſecuri
Et celtę ſpolio inſignis Torquate ſuperbo:
Voſqꝫ genus Decii ęgregium: tuqꝫ optime Quinte
Eximium patrię decus: & tu magne quiritum
Maxime: quo Cęſar fortuna & crimine tantum
Clarior eſt: uobis iſta cum gente profana
Iudicibus ſi fas eſſet contendere coram
Dicere ueridicis cauſam ſermonibus auſim.
Sola queri poſſum: mecumqꝫ ſub ilice muta
Teſti[illegible] ubi nemo niſi numina conſcia recti
Arm[illegible] [illegible]ere ingratas gentes oblitaqꝫ mores
G[illegible] n[illegible]: mea ſit tacitis querimonia ſyluis

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Nota:nec ad ſtolidi ueniat conſortia uulgi.
Patrono mea cauſa caret:quia pectora plena
Perfidię faſtuq; animos tollente ſuperba
Ire per anfractus audent impune malorum:
Aduerſaſq; ſibi leges inimicaq; iura
Frangere & audaci culpas defendere uultu.
Propterea ſanctis ratio cum moribus urbes
Iam fugit & magni rector moderaminis ordo
Poſthabitis terræ ſolum regit æthera curis
Sceptra ſcelus rapuit:poſitis cuſtodibus omnis
Scrutatur regni fines adituſq; tuetur.
Scire pati ſanctum eſt:partem deus omnibus ęquam
Seruitii imperiiq; dedit:non omnia ſemper
Aſtra:ſed alternis nunc hoc nunc imperat illud.
Delia regnabat mundiq; tenebat habenas.
Cum moles ęquanda ioui conſurgeret:& cum
Saxa gyganteæ uoluebant ardua uires.
Tum primum ignotis homines ſermonibus uſi
Diſtinctoſq; habuere ionos.duce marte profuſum
Aequor in aerios miſit uada cerula montes.
Triſte reluctando non eſt leue uincere fatum
Conariq; polos & fortia ſydera contra.
Nauis ut aduerſa remo cum impellitur unda

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Fortia ni totis incumbant brachia neruis
Ictibus & crebris inſtent non uincitur amnis.
Cedendum eſt: leges in idonea tempora noſtrę
Peruenient dabitur noſtris ſua moribus ætas.
Nec ꝙ ſola uager doleo: perdenda uirorum
Milia tot: tantamq̃ dari prędam queror orco.
Non pereo deſerta: perit qui deſerit: error
Alligat errantem: mea ſi tamen ora fuiſſet
Fas homini uiuumq̃ decus formamq̃ tueri
Non illum blandis unq̃ peritura uoluptas
Flecteret illecebris nec ficto falleret ore.
Sed mihi ſecretum uoluit pater eſſe decorem
Vt labor obluctans iniucundiq̃ dolores
Humanos acuant animos: poſt perdita primę
Munera iuſticiæ ueterumq̃ infauſta parentum
Exilia & preſſos iniecto fomite ſenſus.
O miſerum mortale genus Quid debuit ultra
Pro te proq̃ tua deus attentare ſalute:
Vltra immortales animos ſuperaddidit ætas
Ornamentum ingens: ſociam me tradidit: ipſum
Se tibi ſollicitus: cœli tibi limen apertum:
E[illegible]is auctorem: ſeruatorem q̃: ducemq̃:
E[illegible] obſcurum claro prępo nis olympo:

(c) 2008 Ministerio de Cultura

Vlympo ſedes ubi ſunt: & templa tonantis:
Qui niue non albet: nulloq; madeſcit ab imbre:
Nec quatitur uentis: nec fulmine uapulat ullo.
Gl[illegible]ſcit ibi ſine ſine quies ſine fine uoluptas
Pax ęterna: iubar ſtellis & apolline maius:
Ah genus ingratum: fera mens ignobile ſemen:
Degeneres animę: mores imitata ferarum
Progenies: tali proles indigna parente.
Nam pater eſt deus ipſe tibi: tibi maxima tellus
Paret. & illius dono tibi militat aer:
Vnda ſubeſt: ſeruitq; tibi neptunia doris.
Tu refugis: patremq; negas: tot dona ferentem
Diſſimulas: Quę pœna tuis erroribus æqua eſt?
Quę ſceleri tormenta tuo debentur? & audes
Aſtriferos oculis ſpectare rebellibus orbes?
Aſtra tibi clariq; ſuis quos aſpicis ignes
Motibus imperio patris hęc alimenta miniſtrant.
Dum tibi dumq; tuo patri ſe ſubiicit orbis
Totus & aſſidu[illegible] obtemperat uſu
Tu ueneri inſudas: auidiq; uoragine uentris
Rumperis: eſcarumq; ferens graue pondus anhelas.

¶ Poſt igitur tantorū &c. Continuat virtus querelas ſuas cū ex[illegible]ne ingratitudinis dicēs. Igitur quę indignatiua hic eſt particula ore m[illegible]ne iuſtū igitur eſt cū omnia bene geſta p me geſta ſint. cum [illegible]

(c) 2006 Ministerio de Cultura

decor formę imarceſſibilis at inextinguibilis: ꝙ ego deſeror poſt expe-
riméta & fidē tātorū operū: deſeror inquā errās īgloria. i. ſine gloria: in
cāpis ignotis: O vere īgrata ſæcula: & oblita meorū meritorū: nec ſeruā
tia quicq̄. i. aliquid: priſcę. i. antiquę laudis. O numa. ſ. pōpili: ſanctiſſi-
me romulidū ꝓ romulidarū. i. romanorū: nō tamē fuit roman⁹: ſed ro
manoꝝ rex: & o vos catones. ſ. maior & minor cēſorie & vticēſis: appo
ſitorie: ꝓgenies maſcula. i. virilis: & tu o Torquate. ſ. manli metuēde. i.
formidāde: ſecuri. i. ꝓpter ſecurī q̄ filiū occidiſti: & īſignis. i. īſignite: ſu-
perbo ſpolio. i. aureo torque: celtę. i. galli: hoc ē gallo detracto: & vos o
decii pr. ſ. & fili appoſitorie: egregiū. i. nō vulgare gen⁹: & tu o quite fa-
bi. ſ. optime. i. pſtātiſſime exiſtēs eximiū dec⁹ patrię. & tu Magne. ſ. pō-
pei maxime qritū. i. romanoꝝ: quo. ſ. pōpeio: cęſar. ſ. iuli⁹ eſt clarior tm̄
. i. tātūmodo fortuna. i. victoria q̄ ſępe iniqs cōfert: & crimīe. ſ. tyrānidiſ
ſi fas eēt ↄtēdere cū iſta gēte ꝓphana. ſ. vitiorū: corā vobis iudicib⁹: ego
auſim dicere cauſā ſup. meā veridicis ſermōib⁹ (Incipit aūt dicere ſic. So
la queri poſſū &c. ſ; ne illotis vt aiūt pedib⁹ tm̄ hiſtoriarū mare ſupgreſ
ſus culper dictorū virorū hiſtorias q̄ ad manū ſūt ita ex Pli. ī de illuſtri-
bus viris habeto. De numa enī dicit ſic. Poſt cōſecrationē (. i. ī deū tranſ Numa
latione) romuli cū diu īterregno (. i. vacatione regis īter duorū. i. pcedē
tis & ſuccedētis regū regna) ſeditiones orirētur: Numa pōpilius pōpo
nii fili⁹: Curib⁹ oppido ſabinorū accit⁹: cū adducētib⁹ ciuib⁹ romā ve-
niſſet: vt populū ferū relligiōe molliret: ſacra plurima īſtituit: ędē veſtę
fecit: virgīes veſtales legit: flamines (. i. ſacerdotes) tres: dialē (. i. iouis q̄
dius dicit̄ & diu⁹) martialē: qrinalē: Salios martis ſacerdotes: quorū pri Preſul ꝙ pſit
mus pſul vocat̄: alios duodecī īſtituit. Pōtificē maximū creauit. Portas ſaliis dictus.
iano gemīo ędificauit. Annū in xii. mēſes diſtribuit additis ianuario & Salii aūt a ſal
februario. Leges quoq; plimas & vtiles tulit: oīa iuſſu Egerię nymphæ tan[...]ga ſic
vxoris ſuæ ſe facere ſimulans. Ob hanc tantam iuſtitiā bellum ei nemo ācile fe[...]
intulit. Morbo ſolutus in Ianiculo ſepultus eſt: vbi poſt annos arcula
cum libris a Terentio quodam exarata eſt: qui libri quia leues quaſdam
ſacrorum cauſas continebant: ex au[...] cremati ſunt. De [...]æ
catonibus dicit idem ſic. Marcus Porcius Cato genere tuſculanus a va- cur cremati
lerio flacco romam ſollicitatus: tribunus militum in ſicilia: queſtor ſub ſint
ſcipione fortiſſimus: pretor iuſtiſſimus fuit In prætura Sardiniam ſube M. P. Cato.
git vbi ab Ennio græcis litteris inſtitutus: conſul celtiberos domuit. Et
[...]ellare poſſent: litteras ad ciuitates ſingulas miſit vt muros dirue-
[...]um vnaqueq; ſibi imperari putaret: fecerunt: Syriaco bello tribu-
n[...] ſub marco attilio Glabrione occupatis thermopilarum iugis
[...]ſtium depulit. Cenſor Lucium flaminium conſularem ſe

Ili

(c) 2006 Ministerio de Cultura

natu mouit: q̄ ille in gallia ad cuiuſdā ſcorti ſpectaculū vectū quēdam a carcere in conuiuio iugulari iuſſiſſet Baſilicam ſuo nomine primus fecit. Matronis ornamenta ęrepta appia lege/ repetentibus reſtituit: accuſator aſſiduus malorum Galbam octogenarius accuſauit. Ipſe quadragieſquater accuſatus glorioſe abſolutus Carthaginem delendam cenſuit: Poſt octoginta annos filium genuit. Imago cuius funeris gratia pro-
Cato vticenſis
duci ſolet. hec ille. Catonis autem poſterioris: qui pronepos huius erat & vticenſis agnominatus: vitam deſcripſit fere Liuius libro centeſimo & multis ſequentibus vt ex epitomatis conſtat (libri autem non extāt) declarat etiam Lucanus pro plurima parte: Nec quiſq̄ eius temporis eſt qui eius viri non meminit. Erat ſtoicę diſciplinę ſectator maxim⁹ & ſtudioſiſſimus vſq̄adeo vt ne in ſenatu quidem a lectione ceſſaret: oſtendens nimirum aliis tempora deeſſe: alios ſupereſſe temporib⁹. Et qd̄ ad hunc locū facit docebat vt auctor eſt ſaluſtius rempublicā magis virtutibus q̄ armis tuēdā eſſe dicēs. Nolite exiſtimare maiores noſtros armis rempublicam ex parua quidē feciſſe magnam Si ita eſſet: quirites: multo maiorem eā nos haberemus. quippe ſocioꝝ: ciuiumq̄ pręterea & armorū atq̄ equorū maior nobis copia q̄ illis eſt. Illis nāq̄ domi īduſtria foris iuſtū imperium: animus in conſulendo liber: neq̄ libidini neq̄ delicto obnoxius. Pro his nos luxuriam atq̄ auariciam habemus. Publicam egeſtatem: priuatam vero opulentiam laudamus: diuitias ſequimur atq̄ inertiam. Inter bonos & malos diſcrimen nullum: omnia virtutis pręmia ambitio poſſidet &c. vt autem docebat ita viuebat caſtiſſimus & continentiſſimus maximuſq̄ reipublicæ amator: vnde Cæſari eius occupatori acerrimus hoſtis extitit: quocirca cum eum victorem pompeii audiret: vticę quę eſt aphricę ciuitas poſt carthaginem ſecūda lecto platonis de īmortalitate animę libro: poſt grauē orationē ſeipſū interemit: vnde vticenſis dictus eſt: atq̄ ita dicit horatius cęſarē omnia viciſſe pręter atrocē animū catonis. Moralia plurima ſcripſit e quib⁹ excerptū dicūt opuſculū: qui cato inſcribitur. Ex ſentētiis aūt ei⁹ hec vna circūfertur. Humana [illegible] veluti ferrū eſt: quod ſi exerceatur cōteritur quidē cū ſplēdore: ſi nō exerceat̄ fœda cōſumit̄ rubigine De eius morte diu⁹ Auguſtin⁹ in prio de ciuitate dei ca. xxiii. & xxiiii. docet nō prudenter obitā: nec indicē fuiſſe honeſtatis turpia pręcauētis ſed infirmitatis aduerſa nō ſuſtinētis. quod & ipe Cato in filio demōſtrauit. Nā ſi turpe erat ſub victoria cęſaris viuere: cur auctor hui⁹ turpitudi[illegible]ter filio fuit quem de cęſaris benignitate ſperare pręcepit? Cur nō re[illegible] (inquit Aug.) ſecum coegit ad mortē? Nam ſi eū filiū qui [illegible]
Torquatus.
rium in hoſtem pugnauerat etiam victorem laudabilite[illegible] qu[illegible]

(c) 2006 Ministerio de Cultura

cidit: cur victus victo filio pepercit Cato qui non pepercit ſibi? &c. De
Manlio autem torquato latius ſic diſſerit Plinius. Titus Manlius Tor-
quatus ob ingenii & linguę tarditatē a patribus relegatus: cū audiſſet ei
diem dictam a pomponio tribunoplebis noctu vrbē petiit. Secretum
colloquium a tribuno impetrauit & gladio ſtricto dimittere accuſatio-
nem terrore multo compulit. Sulpitio dictatore tribunuſmilitum gal
lum prouocatorem occidit: torquem ei detractū ceruici ſuæ indidit.
Conſul bello latino filiū ſuum ꝙ contra imperiū pugnaſſet ſecuri per-
cuſſit. Latinos apud veſerim fluuium decii collegæ deuotione ſupera- Deuotio eſt
uit. cōſulatum recuſauit: ꝙ diceret neqꝫ ſe populi vitia: neqꝫ illū ſeuerita q̄ qs ſe mor-
tem ſuā poſſe ſufferre. De deciis aūt dicit idē ſic. Publius deciꝰ pater bel- ti addicit ob
lo ſamnitico ſub valerio coruino: & cornelio coſſo cōſulibus tribunuſ- ſalutē alteriꝰ
militum exercitu in anguſtiis Gauri montis inſidiis hoſtiū clauſo: acce Deciꝰ pater.
pto quod poſtulauerat ꝑſidio in ſuperiorē locum euaſit: hoſtes terruit
Ipſe intempeſta nocte ꝑ medias cuſtodias ſomno oppreſſas incolumis
euaſit. Ob hoc ab exercitu ciuica corona de quercu (quæ dabatur ei qui Corona ciui
ciues in bello ſeruaſſet) obſidionali (ſcilicet aurea que dabatur ei qui ob ca
ſidione ciues liberaſſet) donatus eſt. Conſul bello latino collega Mālio Ob[...]
torquato poſitis apud veſerim fluuium caſtris: cum vtriqꝫ conſuli ſom
nio obueniſſet. eos victores futuros quorum dux in prælio cecidiſſet:
cum collato cum collega ſomnio conueniſſet: vt cuius cornu in acie la-
boraret: is diis ſe manibus deuoueret: inclinante ſua parte ſecum hoſtes
per valerium pontificem diis manibus deuouit: impetu in hoſtem fa-
cto: victoriam ſuis reliquit. Publius autem decius decii filius primo cō- Deciꝰ filius
ſul de ſamnitibus triumphauit. Spolia de iis cereri conſecrauit. Iterum
& tertio conſul/ multa domi militiæqꝫ geſſit: quarto conſulatu cum fa-
bio maximo: cum galli: ſamnites: vmbri: tuſci: contra romanos conſpi
raſſent: ibi exercitu in aciem ducto & cornu inclinante exemplum pa-
tris imitatus: aduocato marco liuio pontifice haſtæ inſiſtens & ſolen-
nia verba reſpondens ſe & hoſtes diis manibus deuouit. Impetu in ho-
ſtes facto victoriam ſuis reliquit. [...] a collega laudatum magn[...]
ſepultum eſt. Quinti autem multi fuerunt: vt Quintus fabius rutilianꝰ Qui[...] Ruti
de quo idem ſic. Quintus Fabius Rutilianus Primus ex ea familia ob lianus
virtutem maximus magiſter equitum a papirio ſecuri pene percuſſus:
prim[...]m de apulis & nucerinis: iterum de ſamnitibus: tertio de gallis:
vmb[r]is: marcis: atqꝫ tuſcis triumphauit. Cenſor libertinos tribu amo-
[...]ouerū cenſor fieri noluit dicens non eſſe ex vſu reipublicę eoſdem cē
[...]ebāt [...] fieri. Hic primus inſtituit vti equites romani idibus quinti
[...]mor. (de[...] nūc a iulio dicimꝰ iuliis) ab ę de honoris equis inſidentes

in capitoliũ tranſirent.Mortuo huic tantũ ęris populi liberalitate con
geſtũ:vt inde filius viſceratione͞ & epulas publice daret. Ite͞ quintus Lu

Quintus lu ctatius

ctatius de quo ideꝫ ſic. Quintus luctatius Catulus primo punico bello
t[re]centis nauibus aduerſum pœnos profectus: ſexcentas eoꝝ naues cõ
m[e]atibus & aliis oneribus impeditas duce himilcone apud ęgates inſu
las [in]ter ſiciliã & aphricam depreſſit:finemq; bello impoſuit.Pace͞ pete͞
tibus hac conditione cõceſſit: Sicilia & Sardinia & cęteris inſulis intra
italiã aphricamq; decederent:hiſpania citra hiberũ abſtinere͞t. Ite͞ quin

Quintus Fabius maximus ouicula

tus fabius maximus.de quo ide͞ ſic. Quintus Fabius maxim⁹ cũctator:
vt verucoſus a verucis in labris: ita ouicula a cleme͞tia morũ dictus: Cõ
ſul de liguribus triumphauit.Hãnibalem mora fregit. Minutiũ magi
ſtrum equitũ imperio æquari ſibi paſſus eſt: & nihilomin⁹ periclitanti
ſubuenit.Hãnibalem in agro phalerno incluſit. Maniliũ Statiliũ tranſ
fugere ad hoſtes volente͞ equo & armis donatũ retinuit: & Lucano cui
dam fortiſſimo ob amore͞ mulieris infrequenti eandeꝫ emptã dono de
dit: Tarentũ ab hoſtibus recepit. Herculis ſignũ inde tranſlatũ in capi
tolio dedicauit. De redemptione captiuoꝝ cũ hoſtibus pepigit: quod
pactũ cũ a ſenatu improbare͞t:fundũ ſuũ ducentis milibus vendidit &
fidei ſatiſfecit. Hęc ille. Fuerunt & alii cõplures:ſed de rutiliano aut oui
cula loqui videtur. De pompeio vero alibi dixim⁹:at ſi iterũ audire va

C.Põpeius magnus

cat ſic ex eode͞ habeto. Cneus pompeius magn⁹ ciuili bello ſyllę partes
ſecut⁹ ita vt ab eo maxime diligeretur Siciliã ſine bello proſcriptis rece
pit. Numidiã Iarbę ereptã maſiniſſæ reſtituit. Vigeſimoſexto anno na
tus triũphauit. Lepidũ acta ſyllę reſcindere volente͞ priuatus italia abro
gauit. Pretor in hiſpaniã procõſul miſſus ſertoriũ vicit. Mox piratas i͞
tra quadrageſimũ diem ſubegit. Tygrane͞ ad deditione͞:Mithridate͞ ad
venenũ cõpulit. Deinde mira fœlicitate rerũ nũc i͞ ſepte͞trione albanos
colchos:enochios:caſpios:hiberos : Nunc in oriente parthos:arabas:
atq; iudeos:cũ magno ſui terrore penetrant. Primus in hircanũ:rubrũ
& arabicum mare vſq; peruenit. Mox di[uiſo] orbis imperio cũ Craſſus
[illegible] cęſar galliam:pompeius [illegible]m obtineret:poſt cędem craſſi cę
ſare͞ dimittere exercitũ iuſſit. Cuius infeſto aduẽtu vrbe pulſus: in phar
ſalia victus:ad ptolemęũ alexandrię regem fugit. Huius latus ſub ocu
lis vxoris & liberorũ a Septimio ptolemęi pfecto mucrõne confoſſum
eſt. Iamq; defuncti caput gladio pręciſum vſq; ad ea te͞pora fuera[t] igno
ratum Truncus nilo iactatus a Seruio Codro rogo inuſtus hum[illegible]
eſt inſcribente ſepulchro. Hic poſitus eſt Magn⁹ Pompeius. Cap[illegible] ab
achilla ptolemęi ſatellite ægyptio velamine inuolutum cũ [illegible] Cę
ſari pręſentatũ eſt: Qui nõ continens lachrymas illud plu[illegible]s & [illegible]

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ſiſſimis odoribus cremandũ curauit. Hec ille. Vereor aũt ne de virtute
iſtorũ que medio gaudet locutus culper mediũ nõ tenuiſſe dũ ꝓlixius
iſta exequor: ſed videãt q culpãt ne ipſi peccent temerario iudicio: ꝓ lo
cis enĩ cõtrahẽda aut dilatãda eſt interptis explanatio. Verũ ad ordi[illegible]
redeo) Ego inquit virt⁹ poſſum ſola queri.i.lamentari & deponere [illegible]
las: & poſſum arguere.i.rephendere (vñ peccant qni arguere pro a[illegible]gu
mentari accipiũt) gẽtes ingratas: & corda oblita meos.i.probos mores
poſſum inquam argu ere ſub ilice.i.arbore illa glandifera: muta.i. vbi ſi
lentium eſt: & vbi nemo eſt mecum teſtis niſi numina cõſcia recti.i. dii
rectum colentes. Mea querimonia.i.querela: ſit nota ſiluis tacitis: ideſt
ſilentib⁹ (Nam a ſilendo dictę ſunt) nec veniat ad conſortia: ideſt cõmu
nionem & notitiam vulgi ſtolidi. Mea cauſa caret patrono.i.aduocato
& defenſore: quia pectora.ſ.hominũ: plena perfidiæ & ſuperba.i. elata
faſtu tollente.i.efferente animos audẽt ire impune.i.paſſim & ſine puni
tione: per anfractus.i.curuos calles & regiones ſinuoſas malorum.i. in
quibus reſidẽt vitia: & audent frangere.i.annichilare: delere: & abrũpe
re leges aduerſas ſibi: & iura inimica ſibi: & audẽt defendere culpas au
daci vultu. Propterea.i.& ideo: ratio.i.diſcretio & æquitas fugit iam cũ
ſanctis moribus: vrbes: & ordo exiſtens rector magni moderaminis.i.
gubernationis.ſ.totius vniuerſi: regit ſolum æthera: ideſt cælum & or
bes cęleſtes iter quos ordo ſeruatur: & hoc curis terrę: poſthabitis: ideſt
neglectis & derelictis. Scel⁹.i.iniquitas: rapuit.i.vſurpauit: ſceptra: ideſt
gubernationem terrę: & ſcrutatur omnes fines regni: & tuetur: ideſt de
fendit: aditus.i.acceſſus: & hoc cuſtodibus poſitis.i.conſtitutis ad hoc
aut pręſidio impoſito. Sanctũ eſt ſcire pati.i. habere patientiam (Nam
virtus vidua eſt quam nõ patientia firmat: vnde de ea auctor noſter tris
aureos libellos condidit) deus dedit omnibus ęquam: ideſt ęqualẽ par
tem ſeruitii & ĩperii.i.ſeruitutis & dominii: aduerſitatis & proſperitatis
quam rem boetius dicit apud veteres ſignificatam per duo dolia q̃ fin
gebantur in limine iouis: a[illegible]um amaritudinis aduerſitatũ: alterũ dul
cedinis ꝓſperitatũ plenũ: e quibus [illegible] bibunt.) Non [illegible]
imperant ſup. ſemper. quia ab aſtrologis diſtinguũtur varia aſtrorũ do
minia. Hoc ſup. aſtrũ ĩperat nunc.i.vno tempore & illud.i.aliud ĩperat
nũc.i.alio tẽpore: alternis ſup. vicib⁹ aut alternati. delia.i.luna quę eſt ci
tima hoc eſt infima & proxima terris: regnabat & tenebat habenas mũ
di [illegible] quãdo moles.ſ.gigantũ terrigenarũ: ęquãda ioui.i. volẽs ęqua
[illegible] consurgeret.i.moueret bellũ cõtra iouẽ: & cũ vires gigantę vol
uebãt [illegible] ſaxa.i.ſcḋm fabulas mõtes ſaxoſos accumulabãt (vnde me
tamor. pri[illegible] Neue foret terris ſecurior arduus ęther Affectaſſe ferunt

II.iii

(c) 2006 Ministerio de Cultura

regnũ cęleſte gigantes: Altaq; congeſtos ſtruxiſſe ad ſidera mõtes. Tum pater omnipotẽs miſſo pfregit olympũ Fulmine: & excuſſit ſubiectum pelion oſſę &c) aut ſi ad hiſtoriã reſpicis: accumulabãt ſaxa. i. lateres ad conſtructionẽ turris babylonię: vñ ſubdit: hoĩes vſi tũ. i. tunc primũ ſermonibus ignotis (quia tũc facta eſt cõfuſio linguarũ: vñ babilon cõfuſio interpretatur) & habuere ſermones diſtinctos. Nã vt dicitur geñ. xi. Erat terra labii vnius & ſermonũ eorũdem Cũq; proficiſcerẽtur de oriẽte inuenerũt campũ in terra ſẽnaar & habitauerũt in eo. Dixitq; alter ad proximũ ſuũ. venite faciam⁹ lateres & coquamus eos igni: faciam⁹ nobis ciuitatẽ & turrẽ cuius culmẽ pertingat vſq; ad cælum & celebremus nomẽ noſtrũ anteq̃ diuidamur in vniuerſas terras: vide reliqua ibidem & habuere ſonos diſtinctos. Aequor. i. mare: pfuſum. i. extentũ & procul fuſu3 tẽpore diluuii: miſit vada cerula. i. cerulei hoc eſt marini coloris: in montes aerios. i. in aera extenſos & hoc marte. i. influentia martis quę lunę aduerſatur duce. i. ducente: aut forte legendũ eſt morte duce: quia oĩa viuẽtia in terris pręterq̃ in arca cõſeruata moriebãtur: vincere fatũ triſte. i. violẽtiã cęli iimicã & durã. nõ eſt leue. i. facile: & conari contra polos & fortia ſidera. i. fortẽ influentiã & inclinationẽ ſiderum vt. i. quemadmodũ cũ nauis impellitur remo: vnda aduerſa. i. aduerſante & cõtrafluẽte: amnis. i. ĩpetus fluminis: non vincitur ni. i. niſi brachia fortia. ſ. remigũ incumbant totis neruis. i. viribus ſuis & niſi inſtent crebris ictibus. Cedendum eſt ſup. iniquitati nunc dominãti: hoc eſt cedere cogor: leges noſtrę hoc eſt virtutis: perueniẽt in tempora idonea. i. opportuna: ſua. i. debita & propria ętas: dabiᷓ noſtris. i. probis: moribus: hoc eſt aliquãdo virtus erit in precio. Nec doleo (inquit virt⁹) q; ego vager ſola: ſed ſup. queror tot mala virorũ perdenda ſup. eſſe: & queror tantã prędã dari orco. i. inferno. Ego deſerta. i. quę deſeror ab hominib⁹ non pereo: ſed ſup. is. ſ. peccator qui deſerit ſup. me pit: error alligat. i. aſtringit errantẽ. i. eũ qui errat: hoc eſt vitia videntur dulcia: & ſuis illecebris irretiũt atq; illaqueunt miſeros mortales [illegible] me ſi fuiſſet fas homini: tue ... ſpicere mea ora. i. faciem ... decus & formã ſup. mea3: voluptas peritura. i. quę cito peribit non flecteret illũ blandis illecebris. i. illectionibus: nec falleret. i. deciperet ore ficto. i. ſimulato. Virtutis pulchritudinẽ ĩuit perſius ſaty. 3. dicẽs. Magne pater diuum ſęuos punire tyrannos Haud alia ratione velis cũ dira libido Mouerit ingenium feruẽti tincta veneno Virtutem vt videant intabeſcãtq; relicta &c. Quod idẽ Cicero in libris officiorum de ſapientia prędicat: vt videlicet ſi oculis a[illegible]pici poſſet ĩcredibilẽ ſui ĩduceret amorẽ. Voluptatis aũt de[illegible]one cito perire. Docet Cato apud A. gelium lib. xv. capite prim[illegible] aces ad mi[illegible]

(c) 2006 Ministerio de Cultura

lites ſuos numātię. Cogitate cū animis vrīs ſi quid vos per laborē recte feceritis labor ille a vobis cito recedet: benefactū a vobis dū viuetis non abſcedet. Sed ſiqua p voluptatē nequiter feceritis: voluptas cito abibit, neqter factū illud apud vos ſemp manebit &c.) Sed pr̄.ſ. deus: voluit e[illegible] core eē mihi ſecretū.i. iuiſibilē oculis corpalib⁹: vt labor obluctās.i. [illegible] r⁹ & dolores iiucūdi.i. moleſti: acuāt aīos humanos( qa vt cū apoſtolo dixi virtus in infirmitate perficitur) poſt munera primę iuſtitię.ſ. originalis( qua caro & ſpirit⁹ fuiſſent cōſentiētes nūc aūt caro luctatur aduerſus ſpiritū) pdita.i. amiſſa per peccatū adę. & poſt infauſta exilia veterū.i. primorum parētum: & poſt ſenſus preſſos fomite.i. incitamento culpę originalis: iniecto.i. violenter immiſſo. O miſerum genus mortale: quid debuit deus attentare vltra.i. pręter ea quę fecit pro te & pro ſalute tua: quaſi dicit nihil: quia omnia fecit quę fieri conuenit. Ipſe enim ſuperaddidit vltra animos imortales artes & ingens ornamētum: & tradidit me.ſ. virtutē: ſociā. hoc eſt dedit animis imortalibus ſcientias & virtutē pollicitus tibi o homo ſup.ſeipſum: quia tantę capacitatis eſt anim⁹ humanus vt eū explere atq ſatiare pter deū poſſit nihil. limen cęli eſt apertum tibi: aut deus pollicitus eſt limen cæli apertum tibi. &.i. attamē vel nihilominus tn̄: tu fugis auctorē.i. conditorē tui & cōſeruatorem tui & ducē.ſ. deū: quia niſi deus te condidiſſet non eſſes: & niſi cōſeruaret perires ac deſineres eſſe: & niſi ducere: tin tenebras infernales oberrares. Op⁹ ergo eſt nobis auctore deo vt ſimus: conſeruatore vt permaneamus: & duce vt ad vitā pducamur ęternā: & tu pręponis cahos obſcurū.i. tenebras infernales: olympo.i. cęlo claro? Eſt amara interrogatio increpationis plena. Vlympo dico ( Sed aduertendū vocalē mutatam vt mutetur quantitas ſyllabę: pro olympo enī ponit in ſecundo verſu vlympo: qa aliter repetere nō potuiſſet: cū tamē iucunda & affectionis plena ſoleat talis repetitio eſſe vt ſecundo æneí. Ecce trahebatur paſſis priameia virgo Crinib⁹ a templo caſſandra adytiſq minerug Ad cęlum tendēs ardētia lumina fruſtra Lumina: na[illegible] teneras arcebant vincula palmas. Nec caret exēplo q pro o breui v longum [illegible] colicis poſuit pro opilio vpilio dicens ęglo.x. venit & vpilio: tardi venere ſubulci. ſic & græci pro ΟΝΟΜΑ ΟΥΝΟΜΑ dicunt interdum. Alludit autē poeta ad olympum theſſaliæ: qui dict⁹ eſt ) vt alibi recitauim⁹. quaſi ὅλος λαμπων: ideſt totus fulgens: qa ſolē clarū habet nulliſq [illegible]bibus offuſcatur Lucan⁹ Nubes excedit olymp⁹ In eius cacumi[illegible]rā fuiſſe commemorāt ioui dicatā in qua ſiqua de extis remanebāt. Nec di[illegible]tur ventoſis ſpiriribus: nec pluuiis diluebantur: ſed reuoluto āno ta[illegible]epiebant qualia fuerāt relicta: & oī tēpore ab aurarū cor-

Olympus
Vlympus



(c) 2006 Ministerio de Cultura

ruptione vindicabatur quicquid deo ſemel ibi cōſecratū fuiſſet. Litterę quoq; in cinere ſcriptę viſę ſunt vſq; ad alteri⁹ āni cerimoniā icorruptæ permanere. Vertex aūt olympi illic vſq; adeo attollitur: vt accolæ ſummita eius cœlū vocent: quocirca poetę olympū pro cœlo paſſim ponūt. Hic autē ad illū olympū alludens de cœlo loquiī auctor dicens: Vlympo .i. cœlo vbi ſunt ſedes & tēpla tonantis .i. ſummi dei. qui ſc; olymp⁹ nō albet niue: & nullo imbre madeſcit .i. madefit. nec quatiī ventis: nec vapulat .i. percutitur vllo fulmine. Quies ſine fine gliſcit .i. creſcit ibi: & voluptas ſine fine: & pax æterna: & iubar .i. ſplendor diuinitatis & humanitatis chriſti: maius ſtellis & apolline .i. ſole. Ah (execratiua eſt interiectio) genus ingratū: mens fera: ſemen ignobile: animę degeneres .i. genus veſtrū dehoneſtantes. & progenies imitata mores ferarū: & proles indigna tali parente .ſ. deo. Nam deus ipſe eſt tibi pater: tellus maxima .i. totus orbis terraru; paret .i. obedit tibi: & aer militat id eſt inſeruit tibi: dono .i. beneficio illius. hoc eſt dei. vnde Gene .i. Vidit deus q̄ eſſet bonum: & ait. Faciamus hominē ad imaginem & ſimilitudinē noſtrā: & pręſit piſcib⁹ maris & volatilib⁹ cœli & beſtiis: vniuerſęq; terræ: omniq; reptili quod mouetur in terra &c. Vnda .i. aqua fluuio℞ ſubeſt .i. ſubiecta ē tibi: & doris neptunia .i. mare ſignificatū per dorida neptuni cōiugē ſeruit tibi. tu refugis & negas .ſ. facto: patrē .i. deū: & ſimulas .i. p ingratitudinē agnoſcere recuſas deū ferentem .i. in te conferentē tot dona Quę pœna. q. d. nulla ſi nō maxima: eſt ęqua .i. æqualis & cōmerita aut digna ex ęquo: tuis errorib⁹? quæ .i. qualia & q̄ magna. q. d. grauiſſima & maxima tormenta debentur tuo ſceleri .i. peccato? & .i. nihilominus tamen audes ſpectare .i. inſpicere oculis rebellib⁹ .i. ſuperbis & ingratis: orbes aſtriferos .i. cœleſtes? q. d. id non deberes. Aſtra & clari ignes .i. ſidera cœleſtia quos ſc; ignes tu aſpicis: miniſtrant tibi ſuis motibus imperio patris ſc; cœleſtis: hęc alimenta: quæ ſc; in terris habes: quia ſine cœlorum motu nihil terra produceret: nec nos reſpirare poſſemus. Interea ſup. dum totus orbis .i. totus m[illegible] ſubiicit ſe tibi & pro quia pa[illegible] [illegible]ias obtēperat .i. obſecūdat tibi & patri tuo deo: tu inſudas .i. operā attentā das: veneri .i. luxurię & libidini: & rūperis voragine .i. voracitate vētris auidi .ſ. cibo℞. hoc ē guloſi: & tu ferens graue pōdus eſcarū: anhelas .i. ā helitū trahis more defeſſorum.

Sed quid ego in tales nil profutura querelas
Effluo? cur lachrymis oculos: ſingultibus ora
Ne quicq̄ indulges? tua quur euiſcerat iſtę

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Corda dolor quondam florens modo languida uirtus
Et uidet & iuſta librat deus omnia lance.
Ipſe ubi tempus erit nos in uiolata reducet
Regna memor: pater ipſe meas ulciſcitur iras.
Singultus inferna palus & uerbera dira
Audiet. & triſtes umbras ululare ſub altis
Inter ſulfureos erebi fornacibus ignes:
Interea lucos poſito mœrore ſilentes
Tuta colam: uileſq; caſas: ignota latebo:
Vt poſtq̃ ditiſat erit uicioq; litatum:
Nobilibus ſuccurram animis: & lapſa reducam
In medium certis ueſtigia finibus arcens.

¶Sed quid ego &c. Continuat virtus querelas ſuas dicẽs ſe fruſtra id fa-
cere cum nemo ſit qui opem ferat: ideoq; dicit ſe nil profuturam in quo
vocabulo prẹter conſuetudinem ſecũdã corripuit: nam futurus primã
corripit etiam dum a fio deducitur: ſed forte in veris codicibus erat pr
fectura nam a proficio profectũ dicim⁹: ſed quia profectus & profectu
rus a proficiſcor etiã deducunt̃ raro a proficio vel proficior legũtur. Or
do eſt. Sed quid. i. ad qd ego nil. i. in nullo ꝓfutura. i. profectũ & cõmo
dũ factura: effluo. i. futiliter & inutiliter effutiens prorũpo: in tales q̃re-
las: q. d. id fruſtra & ſtul[illegible]facio. Cur o virtus (ſeipſam alloquit̃) florens
quõdã & languida modo: [illegible]ges. i. indulgenter & obnixe tribuis la-
chrymis oculos: & ſingultibus ora: [illegible]
tem: cur iſte dolor (ſed olim ſcribebatur quur: vt quom vel quum) eui-
ſcerat. i. emacerat & exedit tua corda: deus &. i. ſimul videt & librat. i. pẽ
ſat ſeu ponderat oĩa iuſta lance. i. iuſto examine: Ipſe pater ſcꝫ deus me-
mor ſup. noſtri reducet nos vbi. i. quãdo tẽpus. i. opportunitas erit in
regna violata. i. violenter occupata & polluta a vitiis: & ipſe vlciſcit̃ me
[illegible]iras. Palus inferna. i. infernalis audiet ſingultus & dira verbera: & au-
diet vm[illegible] triſtes. i. aĩas peccatrices: hululare ſub altis fornacibus ere-
bi. i. caligi[illegible]fernalis: inter ignes ſulfureos. i. ſulfure fotos. Interea ego

(c) 2006 Ministerio de Cultura

tuta colam lucos ſilentes.i.ſiluas & nemora & caſas viles.i.tuguria & di
uerſoria pauperū: & hoc mœrore.i.triſtitia:poſito.i.depoſita:& ego la
[illegible]ebo ignota:vt poſtq̄ ſat.i.ſatis litatū.i.ſacrificatuꝫ & ſeruitū erit diti.i.
[illegible]lutoni & vitio:ſuccurrā ais nobilib⁹:conātib⁹.ſ.vitiis reſiſtere:& redu
c[illegible] veſtigia lapſa.i.ꝓdibo ī mediū arcēs.i.reducēs & cohibēs ea certis fi
nib[illegible]:qa vt dixi virt⁹ ī medio ꝯſiſtit:vn̄ Horati⁹ ī primo ſmone. Eſt mo
dus in reb⁹ ſunt certi deniq; fines quos vltra:citraq; neqt cōſiſtere rectū

Sępius audita eſt & talibus uſa querelis

Dicitur in ſyluis uirtus nemorumq; per umbras:
Vna camœnarum ſaltus tum fortę per illos
Pręteriens ſacrumq; petens helicona notauit
Singula:& huic noſtræ dedit inſcribenda papyro.
Vt ſi uipereæ ſtimulis accenſa Megęrę
Natorum impietas fuget & diſcordia matrem
Exilioq; procul peregrinum inuiſere mundum
Vrgeat:illa licet caſu affictetur amaro
Et tepido lachrymans lauet ora ſinumq; liquore
Nil crudele tamen natis nihil optat acerbum:
Nam patiens natura pios non deſerit ignes.
Immo ſuum liceat ſi quando reuiſere l[illegible]en
[illegible]dulces ruet amplexus:d[illegible]cula notis
Frontibus:& triſtes uincet ſingultibus iras.
Sic uirtus hominū dux & fidiſſima cuſtos
Quāuis pulſa graues gemitus lamentaq; fundit
Prompta tamen noſtris ſemper ſuccurrere rebus
Errores gemit humanos:gemit ebria corda:

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Et quacūq; poteſt non deſinit arte mederi.
Fœdera mortales orci cum rege ſuperbo
Cęlitibus ſpretis iniere: datiſq; ligati
Obſidibus ſeruare fidem coguntur auerno
Per medias urbes colubris crinita Megęra
Sanguineiſq; caput uittis intorta flagello
In ſcelera & culpas homines urgere laborat:
Criminis & pœnæ dux hortatrixq; malorum
Fronte truci & toruo uultu conatur Erinnys.
Scęptra tenens iudex ſolio plutonius alto
Ius populis dicit. leges periere deorum.
Hinc iræ uenere deum. morbiq; fameſq;
Improba: quæ ſteriles nimium uerſata per agros
Hactenus intercepit opes & credita ſulcis
Semina: noſq; pati ieiunia longa coegit.
Hinc bella armorūq; ſonans diſcordia motu:
Nam quia mens hominū mores oblita pudicos
Degenerat noxis ſem[illegible] creſcentibus arma
Nos terrena premunt & nos de[illegible]
Multiplicicq; graues luimus ſub iudice pœnas.

❡ Sępius audita ē &c. Verba ſunt poetæ tacitę q̃ſtioni occurrētis. Si enī q̃ras quō poeta noſcat ea q̃ virtutē ſolā in deſertis locis conqueſtā dicit: Reſpōdet a muſarū vna q̃ cū virtute cōmerciū hn̄t ea accepiſſe. Ordo ē. [illegible]st⁹ ē ſe[illegible]ius audita ī ſiluis & dicit̃ vla talib⁹ q̃relis ī ſiluis ꝑ vmbras nemorū: V[illegible] amœnarū. i. muſarū pręteriens forte tū. i. tūc ꝑ illos ſaltus

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ideſt loca ſiluoſa & foſſis plena in quibus ferę ſaliunt: & petēs helicona ſacrum.i.ſacratum muſis & poetis notauit ſingula ſup. verba eius: & dedit inſcribenda huic noſtrę papyro: ideſt his chartis noſtris: vt.i. quēadmodum ſi impietas & diſcordia natorum.ideſt filiorum alicuiꝰ matris accenſa ſtimulis megęræ.i.furiæ illius infernalis: vipereæ.i. ſerpentinæ & venenoſę: fuget.i.expellat matrē ſup. ſuā: & vrgeat.i.cogat ſup. eā inuiſere.i.adire exilio procul.ſ.a patria: mundū peregrinuꝫ.i. regionē externā: & licet illa.ſ.mater: affli͏ctetur amaro caſu: & lachymans lauet ora & ſinum tepido liquore ſcilicet lachrymarum: tamen nil.i.non aliquid non optat natis.i.filiis aliquid crudele: & nihil acerbum optat.i. imprecatur natis. Nam natura ſcilicet matrum patiens.i.longanima: non deſerit pios ignes ſcilicet maternalis amoris: hoc eſt charitatē: Immo ſi liceat: quando.i.aliquādo poſt longū exiliū: reuiſere ſuū limē.i.domū aut patriam ſuā repetere aut repedare & redire quaſi poſtliminio ipa ruet.i. celeriter deſcēdet: i amplexꝰ dulces.ſ.natoꝝ: qđ in filio ꝓdigo docet ſaluator in euāgelio: & dabit oſcula frontibus.ſ.natorū: notis.i. quibus ſępe antea dederat: & vincet ſingultibus.i. fletibus oppreſſis & gemitibꝰ iras triſtes.i.moleſtas: ſic virtꝰ exiſtēs dux & fidiſſima cuſtos hoim q̄uis pulſa fundit graues gemitus & lamenta: tamen ipſa prompta. i. parata ſuccurrere ſemp noſtris.i.humanis rebus: gemit.i. cū gemitu deplorat errores humanos: & gemit corda ebria: & nō deſinit mederi ſup. eis aut ea: quacunqꝫ arte poteſt. Mortales.ſ.homines iniere fœdera.i.confœderati ſunt & conſpirauerunt cū ſuperbo rege orci.i.inferni: & hoc cælitibus.i.cæleſtibus ſpretis: & ipſi ligati.i.obligati & aſtricti: obſidibꝰ datis .i. quia obſides dedere: coguntur ſeruare auerno.i.inferno fidem.i.fidelitatem aut promiſſionē. Megęra.i.furia illa infernalis crinita colubris .i.habēs colubros loco criniū ſeu capillorū: & intorta caput.i.habēs caput intortū: vittis ſanguineis: laborat vrgere.i.compellere flagello.i.ꝑ flagellū ſuū: hoīes in ſcelera & culpas: & erynnis.i.furor infernalis dux criminis & pœnę: & hortatrix malorū.i.[illegible]ala perpetranda: conatur [illegible].i.truculēta & feroci fronte [illegible] toruo vrgere.ſ.hoīes in ſcelera & culpas: [illegible] plutonius: ideſt infernalis tenens ſceptra: ideſt virgā regalem: dicit ab alto ſolio populis ius: Leges deorum: ideſt ſuperorū ac cęleſtiū periere: ideſt abolitę ſunt & in deſuetudinem abierunt: Irę deum.ideſt deorum: hoc ē ſanctę trinitatis & ſanctoruꝫ angelorum & animorum beatorum: venere: ideſt ortę ſunt: hinc: ideſt ex hac re: ꝙ homines demonibus magis q̄ deo parēt: & morbi ſup. venerūt hinc & fames improba.i.ad improbitatem compellens vnde a Virgilio [illegible] male ſuada fames: quæ verſata hactenus per agros ſteriles nim[illegible] intercipit

(c) 2006 Ministerio de Cultura

opes & ſemina credita id eſt mandata & commiſſa ſulcis id eſt liris & fiſ-
ſuris terrę aratri vomere factis: & coegit nos pati longa ieiu[illegible] &
diſcordia ſonans motu armorũ venere: hinc .i. ex hac occaſione ſcilicet
ꝙ virtus exulat & vitia regnant. Nam quia mens hominum oblita mo-
res pudicos degenerat .i. ignobilis fit & aliena a generoſa ingenuitate
& hoc noxis id eſt culpis: creſcentibꝰ: arma terrena id eſt principum [illegible]
renorũ premunt nos: & deus vrget nos ab alto ſcilicet cœlo: & nos lui-
mus id eſt rependimus & ſuſtinemus aut damus in ablutionem noſtri
graues pœnas ſub multiplici iudice. quia ſub deo & ſub om̃ibus ſanctis
atq; angelis eius.

## Noua iactura rei chriſtianæ.

ASpicis imperium noſtrę lacerumq; labanſq;
Gentis: ut hoſtili totiens certamine cęſum
Sanguine barbaricos ſpoliiſq; recentibus agros
Impleat: & noſtra pingueſcat Achaica tellus
Cęde madens. iam gręcus ager Machometia iura
Iam patitur ſeruile iugum rituſq; nefandos
Inſula qua pelopis muro circũdedit iſthmon:
Qua fluit Alphęi ſiculis potandus in agris
Euroteq; liquor: qua ſurgit thracius ęmus
Aemus: cuius apex niueis candoribus albens
Adriacos fluctus euxinaq; [illegible]tora cernit:
Qua uidet ętholas urbes Aracynthus ab altis
Rupibus & curuis Acheloia flumina ripis
Vſq; pruinoſos iſtri glacialis ad amnes
Thraitioſq; ſinus: bimares ubi boſphoros undas
Arctat & [illegible]opes Aſiam diſtinguit ab oris

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Quaqꝫ ſinu curuo tethys ęgęa recurrit
Ad Mityleneas arces leſbonqꝫ ſuperbam
Et tenedon priamiqꝫ domos: ubi xantus ab altis
Se ſinuat phrygiæ deſcendens uallibus idæ
Imperium machomętus habet: crucibuſqꝫ fugatis
Per quondam noſtras inſignia barbara turres
Apparent: captæ mutatis legibus urbes
Dedidicere fidem & ſanctæ myſteria Romæ.
Hæc noua: ſed uetus eſt longe uictoria maior.
Pamphillum Cilicumqꝫ lares ubi mœnia Cydnus
Perſęa fundata manu labentibus undis
Partit Alexandri uada perluſtrata natatu.
At quur paule tuos pateris ſeruire penates?
Paule pater uiden ut ſęuis tua patria tarſos:
Subiaceat dominis: fideiqꝫ ut fœdera ſanctæ
Ruperit: & legis ſeruet commenta nefandæ?
Surge: tuo pater enſe tuos defende nepotes:
Quam geris aduerſas feriat rom[illegible]ęa cohortes.
C[illegible]ndes ubi flumine ripas
Curuat: & argutos audit męander olores:
Et ueteres Eneti Carres ubi dicitur ortum
Augurium: lycii. pontus: bithynia diues
Hānibalis tumulo inſignis. lidiqꝫ uetuſtum

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Vnde genus tuſcis: fuluas ubi uoluit harenas
Diuitibus pactolus aquis hęc omnia noſtris
Hoſtibus & rigido parent inuita tyranno.

ASpicis &c. Docet nouā. i. īauditā aut ſane magnā calamita-
tem ac iacturam rei chriſtianę: oſtēdens videlicet turcas ac
mahumeticos paucis ante ſuā tempeſtatē annis: plurimā
chriſtianorū regionē inuaſiſſe: & fere totā græciā: vnde iucūdā facit an-
tipophoram ad diuū paulū dicens tarſon patriā eius ab incredulis oc-
cupatā. Ordo eſt. Tu aſpicis id eſt quilibet aſpicere ac videre poteſt: im-
perium noſtrę. i. chriſtianę gentis: lacerum ac labans. i. cadens in deſola
tionem: & tu aſpicis: vt id eſt qualiter: imperium noſtræ gentis cæſum
totiens hoſtili certamine implerit. i. impleuerit: ſanguine ſup. ſuo: & re
centibus ſpoliis a ſe derelictis: agros barbaricos id eſt in quibus barbari
videlicet pagani dominātur: & tu aſpicis vt tellus achaica in qua corin
thus eſt pingueſcat id eſt fiat pinguis: madens noſtra id eſt chriſtianorū
cęde id eſt ſanguine per cędem fuſo: ager gręcus id eſt tota fere regio grę
corum patitur iura machomętia id eſt quę mahumętus cōſtituit: & pa
titur iam iugū ſeruile & ritus nephandos ſcilicet turcarum & pagano-
rum: ab ea ſup. parte: qua inſula pelopis. i. peloponneſſos circundedit
muro iſthmon. i. anguſtias inſulę illius (Gręci enim anguſtias Peninſu Iſthmus
larū. i. continentiū quę penę inſulę ſunt: hoc eſt quę nō contingunt ter Peninſula
ras alias niſi in modica parte: vocant iſthmos: inter quas (inquit Sipon
tinus) peloponneſſiacę præferuntur nobilitate: quippe peloponeſſus P[illegible]oponeſ-
quę apie primo: poſtea pelaſgia dicta eſt: inter duo maria ægęum & io- ſus
nium platani folio ſimilis propter anguloſos receſſus circuitu quingē
torum ſexagintatriū milliū paſſuū colligitur: Anguſtię ſex milliū ſunt
vbi erūpentia e diuerſo quę dicta ſunt maria hinc corinthiacū: illinc ſa-
ronicum ſinū efficiunt) & qua [illegible] liquor alphei ſcꝫ fluminis fluit po
tandus in agris ſiculis. i. ſiciliēſibus & q[illegible] di
conię ſup. fluit: & qua ęmus ille mōs thracius. i. qui eſt in thracia: ſurgit
id eſt erigitur: æmus dico cuiꝰ apex. i. ſummitas albens niueis cādoribꝰ Aemus
. i. candore niuiū: cernit. i. aſpit. hoc eſt aſpicere facit: fluctus adriaticos
. i. maris adriatici quod alluit italiā a parte ſuperiori ſeu orientali: vene-
tias verſus: & littora euxina. i. maris euxini: In æmo autē niues eſſe atte-
ſt[illegible] Ouidiꝰ faſtorū primo dicens. Et quicūq tuas accolit æme niues.
Plinius lib. [illegible] at ei altitudinem. 4. milliū paſſuū: & qua ſup. parte ara-
cynthus mōs [illegible] cuiꝰ meminit virg. ī buco. dicēs. Amphion dirceus in

(c) 2006 Ministerio de Cultura

[illegible]teo aracyntho: Eſt aũt ſecũdũ Seruiũ ibidem iuxta thebas: ſecundum p[illegible]ro.4.in acarnania: hic aũt dicit: qua videt vrbes æthol[as] .i.q̃ ſunt in ætholia: ab altis rupib[9]: & videt flumina achiloia.i.achiloũ fluuium. curuis ripis.i.cuius ripę ſunt curuę (vt cæterorũ fluuiorũ vn[um] ę eſt generale epitheton) vſq; ad amnes pruinoſos iſtri in quẽ danubi[9] [in]cidit: glacialis.i. multa glacie horrẽtis: & vſq; ad ſinus thraicios.i.maris thracii: vbi boſphoros.i. anguſtia maris boui tranſmeabilis: arctat .i.reſtringit vndas bimares.i.duorũ marium: & diſtinguit aſiam ab oris .i.extremitatibus europes: illius partis mundi: in qua nos ſum[9]. & qua thetys ęgea.i.mare ęgeũ recurrit.i.refluit curuo ſinu ad arces mitylenę as (v[nde] horatius Laudabunt alii claram rhodon aut mitylenen) & leſbon inſulam ſuperbã.i.prenobilẽ: & tenedon inſulã illam in conſpectu troiæ olim: vt dicitur.2.ænei. & domos priami.i.troiam: vbi xanthus fluuius ille qui cũ ſymoente iliũ perfluebat: deſcendens ab altis vallib[9] idę illius montis ſiluoſæ: phrygiæ.i.troianæ (quia eſt etiam ida in creta ad cuius differentiã dicitur hic phrygię ſicut a virg. ænei.iii. & phrygiæ molimur montibus idę) ſinuat.i. incuruat ſe: ab iis in quã partibus habet machometus imperium.i. nunc dominatur turcus & inſignia barbara.i.vexilla & vt dicunt arma barbarorũ apparent fugatis crucibus p[er] turres quondam noſtras.i.templorũ chriſtianorum in quibus campanę erigebantur quondã: vrbes.ſ.chriſtianorum dedidicere.i. didicerũt contemnere aut poſtponere & negligere fidem & myſteria.i. cerimonias: romę ſanctę.i.vbi eſt caput ſacroſanctę eccleſię catholicorũ & hoc legibus mutatis: quia nunc ſunt machumeto audientes quæ pri[9] chriſto parebant. Hec victoria.ſ.paganorum eſt noua.i. recẽs facta a magno.ſ. thurco: ſed vetus victoria eſt longe maior (vt autẽ ſequentia cõmodius perſequar noris lector quia cydnus fluuius eſt cilicię qui teſte ſolino originem certam non habet: & vt refert iuſtinus lib.xi. tarſum inſignem vrbem cilicię curſu diuidit: vbi amœnitate captus alexander magn[9] morbum letalẽ traxit: verba iuſtini ſunt[illegible] tarſum veniſſet alexander ca[illegible]per mediã vrbem influentis: proiectis armis plenus pulueris ac ſudoris in pręfrigidã vndam ſe nudũ proiecit Tum repente tantus neruos eius occupauit rigor vt interclusa voce nõ ſpes modo remedii ſed nec delatio periculi interueniret Vn[9] erat ex medicis nomine philippus qui ſolus remedium polliceretur: ſed & ipſum parmenionis pridie a cappadocia miſſę epiſtolę ſuſpectũ faciebant qui ignarus infirmitatis alexandri ſcripſerat a philippo medico vt ca[illegible] Nam corruptum illũ a dario ingẽti pecunia eſſe. Tutius [illegible]atus dubię ſe fidei medici credere q̃ indubitato morbo perire: acc[illegible]o poculo epi[illegible]

Cydn[us]

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ſtolas medico tradidit atq; ita inter bibendũ oculos in [illegible] vultum legẽtis intẽdit. Vt ſecurum conſpexit lætior factus eſt: ſanitatemq; quanta die recepit)hoc auctor noſter tangẽs dicit tarſum eſſe conditam a perſeo f[illegible] lio danaes ex ioue: quod & plinius affirmat lib. v. Vñ lucan⁹ in. 4. D[illegible] ritur tauriq; nem⁹ perſeaq; tarſus. hęc aũt eſt pauli apoſtoli patria: v[illegible]s prȩclariſſima ciliciȩ. Pamphilia regio eſt minoris aſiȩ inter ciliciam & ſyriam. Sed ordinem perſequamur qui talis eſt)Lares pamphylũ. i. pamphylorum: hoc eſt chriſtianorum in pamphylia: & cilicum. i. cilicia: dicere ſup. fidem: vbi. i. apud quos cilicas aut cilices: cydnus fluuius ille amœniſſimus: partit. i. diuidit: vndis labentibus: ideſt fluxu vndarum mœnia ſcilicet tharſi fũdata manu perſea: ideſt ipſius perſe[illegible] poſuit pricipale pro deriuatiuo. diceret enim perſeia: appoſitorie: vada perluſtrata natatu alexandri ſcilicet magni. i. quȩ alexander magn⁹ rimatus eſt natando At: ideſt ſed o paule. ſ. apoſtole: cur pateris tuos penates: id eſt patriam in qua natus es: ſeruire: ideſt in ſeruitute a paganis. i. ignobilibus ruſticis chriſtiani nomini infeſtis teneri: viden: ideſt vides ne vt. i. qualiter: tarſos ciuitas illa ciliciȩ clariſſima: tua patria. i. quȩ te progenuit: ſubiaceat. i. ſubiecta ſit ſæuis: ideſt immanibus dominis ſcilicet infidelibus: & vt: ideſt qualiter ipſa ruperit fœdera. i. conſenſum & cõmunionem ſanctæ fidei ſcilicet catholicæ? & ſeruet: ideſt obſeruet & cuſtodiat: commenta: ideſt fictiones falſas & fabuloſas ac ſceleſtas: legis nefandȩ. i. deteſtandæ: quia fœdiſſima crimina vt ſodomitica admittit: O pater. ſ. paule (qui tuos ſępe filios vocaſti) ſurge & defende tuo enſe (geſtat eni paulus enſem in ſignum decollationis ſicut andreas crucem) tuos nepotes: ideſt poſt te natos & in fide (quam docuiſti) inſtituendos. rõphea. i. gladius acutus: quam ſcilicet rompheam tu geris ſcilicet in manu: feriat. i. percutiat & cędat: cohortes aduerſas. i. obſiſtẽtes rectæ fidei. Cappadoces. phrygii vbi. i. apud quos meãder fluuius ille tortuoſus (hoc autem interſerit ne regionũ [illegible]ulcatio diſcrepãtiam pariat) curuat flumine: ideſt impetu ſuo: ripas vi[illegible] ideſt herboſas: aut iũcis plenas: & v[illegible] audit olores: ideſt cygnos: argutos: [illegible] pue ſub mortem (Sic in bucolicis. Argutos ſtrepere anſer vt inter olores) & carres veteres eneti (vnde orti ſecundum liuium ſunt veneti) vbi: ideſt apud quos augurium: ideſt ars augurandi: ideſt diuinandi ex auiũ garritu dicitur ortum. Videtur r geminaſſe vt primam producat. Caria eni dicitur regio in aſia minori inter lyciam & ioniam a cara rege cognomi[illegible] qui auguria ex auibus primus comperit vt atteſtatur Plinius libro ſeptimo. [illegible] o populi carres aut cares dicuntur) Item lycii. pont⁹. bithinia diues: in[illegible] nis tumulo hannibalis: & lidi vnde. i. e quibus eſt tuſcis

Tar[illegible]s

Pamphylia

Caria

Carres



(c) 2006 Ministerio de Cultura

.i. [illegible]ruſcis: tuſci habēt vetuſtū genus: deſcēdert enī a thirrēo fratre lidi g
lidia [illegible]ıauit: vbi .i. apud quos lidios: pactolꝰ .i. fluuius ille: vol
[illegible]uit harenas fuluas .i. aureas aquis diuitibꝰ .i. diuitias afferētibꝰ. Hec oia
[illegible] dicta .ſ. parēt iuita .i. coacta: hoſtibꝰ nr̄is .i. chriſtiani noīs: & tyranno
[illegible]do .i. ſęuo & aſpero ſcilicet turco qui chriſtianos immaniter affligit.

Heu quot ſingultus. heu quot ſuſpiria matres
In uiduis laribus ducunt & cęlibe tecto
Quarum parua feri rapuerunt pignora thraces.
Biſtoniiq; equites: Capti pueri atq; puellę
Flumine perfuſi ſacro fideiq; elementa
Iam docti ſua qui chriſto iam uota preceſq;
Curuantes genua ante aras offerre ſolebant
Seruitum dominis miſerum crudelibus inter
Vel perſas immite genus uenere uel indos.
Qui tenuit ſolymos colles & ditia quondam
Regna paleſtinę: totum cui paruit olim
Cęſarię anthiochiq; ſolum: qua mitis horontes
Currit: & immiſſis urbem diſterminat undis.
Cui maurus ſeruire ſolet: quem barbara Mēphis
Horruit: & dubia ſurgens ab o[illegible]ne Nilus:
Qui gelidum Tanaim domuit: uictricia ſigna
Aethiopes ſcythicumq; gelu qui protulit ultra
Turiferoſq; arabes libaniq; tepentis odores
Et iuga caucaſiis quę rupibus ardua ſurgunt.
Victor ouans Chriſtus pœno modo pulſus ab o[illegible]e

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Amiſſis aſiæ regnis magnoqꝫ potentis
Europę ſpatio extremas male poſſidet oras
Nam partem heſperię dederat cui nomina Betys
Maurus habet potiturqꝫ domo machometus ibera
Hanc cladem nobis ſcelus attulit: Heu graue noſtro
Dedecus auctori: noſtri iam pœnitet illum.
Tutelę piget aſſmptę ueterumqꝫ laborum
Atqꝫ dati noſtra pro libertate cruoris.

¶Heu quot ſingultus &c. Proſequitur miſeram chriſtianorũ ſeruitutē ſub infidelibus tyrãnis dicēs. Heu quot ſingult⁹: heu quot ſuſpiria: ducunt.i.trahunt aut edũt: matres.i.matronę chriſtianæ: in laribus.i.domibus viduis.i.ſpoliatis viris & liberis: & tecto cęlibe.i.ſecluſo a matrimonio: quarum ſcilicet matrum: thraces.i.tartari & huni ac ſcythæ cæteriqꝫ turci feroces iuxta thraciã aut ĩ thracia habitãtes: rapuerũt pignora parua.i.liberos adhuc paruos: & equites biſtonii.i.thraces ferociſſimi qualis erat diomedes biſtonius eorum rex: qui equos ſuos carnibus hoſpitum ſuorum pauit: Pueri atqꝫ puellę capti.ſ.a turcis: perfuſi ſacro flumine.i.baptiſati more chriſtiano & docti iam elemẽta fidei.i.eruditi inſtituti & initiati in fide catholica: qui ſolebãt iã.i.aſſueti erãt curuãtē genua ante aras offerre vota & ꝓces chriſto: venere ſeruitũ.i.ad ſeruiẽdũ miſerũ.i.miſere: crudelib⁹ dñis inter immite genus hominũ ſup.videlicet inter perſas vel inter indos.i.populos indiæ. Chriſtus victor ouans immo triũphãs: qui tenuit quõdã colles ſolymos.i.hieroſolymitanos & ditia regna paleſtinę.i. ... terrę promiſſionis: & cui paruit olim totum ſolum.i.tota regio cęſarię & ... chi.i.anthiochie: qua ... di ... horõtes fluuius ille ſyriæ ſcd'm Pli.lib.v.inter libanũ & antilibanũ mõtes iuxta heliopolim vrbē exortus q deinde anthiochiã & epiphanē diuidit mitis.i.amœne fluens currit & diſterminat vrbem ſcilicet iã dictã vndis ĩmiſſis.i.per medium fluẽtib⁹: Et cui.ſ.chriſto maurus.i.gens in mauritania ſolet ſeruire: & quē mẽphis barbara.i.regio illa ægiptiorũ feris & immanibus vt iuuenalis docet moribus: & nilus ſurgens: ideſt ... origine dubia (inter coſmographos enĩ magna quæſtio eſt vt alibi docu... mus: de origine nili) & qui domuit thanaim ideſt fluuium



(c) 2006 Ministerio de Cultura

ille ſeptētrionalē ī ſcythia(q in męotidē paludē defluit: quēq; virgilius quoq; georgicis niualē docet)gelidū.i.frigidū & niualē: & qui chriſtus protulit victricia ſigna.ſ.crucis ſuæ: vltra ęthiopes & gelu ſcythicū.i. ipſos ſcythas: & vltra arabas turiferos: & vltra odores.i.aromata odoriferi libani mōtis tepētis.i.tēperati: & vltra iuga q̄ ſurgūt.i.erigūtur arduis rupib⁹ cauſaſiis.i.caucaſi mōtis.chriſt⁹ inquā victor quōdā ouās pulſus mō ab orbe pœno.i.punico:hoc ē a tota aphrica: & regnis aſiæ amiſſis & magno ſpacio europę.i.illi⁹ plagę ī qua chriſtiani degūt:ſup. amiſſo:poſſidet male.i.cū difficultate oras extremas europę. Nā maurus habet partē heſperię.i.hiſpanię: cui betys fluui⁹ ille dederat noīa.i. betycā &c. mahometh⁹ potit̄ domo hibera.i. hiſpanica ī extremis oris ſaltem hiſpaniæ: Scelus.i.iniquitas noſtra(qa quicqd patimur peccata noſtra meruerūt)attulit nobis.ſ.chriſtianis: hanc cladē.i.calamitatē & iacturā noſtrorū: Heu graue dedec⁹ ſup.fit noſtro auctori.ſ.deo ac ſaluatori noſtro: Illū pœnitet iā noſtri.i.ipē dolet iā nos feciſſe aut redemiſſe tam igratos: & piget ſup.ipm iā tutelę aſſumptę.ſ.ꝓ nobis: & veterū laborū & cruoris dati.i. effuſi ꝓ noſtra libertate. hoc ē ſi iuxta merita noſtra retribuat nobis aut ſi ob gratiarū actiones a nobis agēdas ea feciſſet chriſtus: poſſet eū iā cœpti pœnituiſſe: ſum⁹ enī igratiſſimi: ei⁹ dedec⁹ & cōtemptū tā parui faciētes: vt ſinamus ei⁹ hoſtes impune triūphare.

Si tranquilla quies & triſtibus ocia curis
Libera me ſinerent ſanctos inuiſere fontes
Et totos helicona dies conſumere circum
Prima ſalutiferi repetens exordia chriſti
Ad ſuprema meum ueniſſet tempora carmen:
Atq; tentaſſem maiori ſing[illegible]
[illegible]
Texere: & annales melioribus edere charthis:
Sed nec ſumma ſequi trepidum faſtigia tempus
Me ſinit: & cœci uis formidata ueneni.
Noſtra breuis ueloxq; ętas & plena laborum
Nil altum tentare ſinit: contermina meta eſt

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Carceribus:coniuncta neci ſubiectaqꝫ fato
Vita fugit:paruo occaſus diſcrimine ab ortu
Diſtat:& innumeris premitur breue cladibus ęuum.
Pauca tamen ne me ignauum triſtiqꝫ iacentem
Deſidia inueniat miſerę lux ultima uitę
Subiiciam:magni quotiens benefacta parentis
Voluimus a curis animo fugiente caducis
Lucida cæruleis ceu toto e nubibus orbe
Sol abiens monſtrat ratio q̃ turpe nocenſqꝫ
Sit non iuſſa ſequi ſuperum & contemnere diuos
Atqꝫ dei iuſtas quotiens a limine fixo
Iuſtitię illecti uicio diſcedimus iras
Inſinuat:miteſqꝫ dari pro crimine pœnas
Et noſtrum maiora ſcelus tormenta mereri.

¶Si trãquilla quies &c. Docet ſe calamitatib⁹ ſui tẽporis ĩpeditũ poet quo min⁹ vitã xp̃i a cunabulis ad ſuprema vſqꝫ tẽpora canat honeſtꝫ ca[illegible] minib⁹ & iuſto poemate:ex q̃ re ſperare licet: qa trãquillitatẽ poſtea na- ctus eſt: & vti precari debem⁹ adhuc lõgam nãciſcetur: nos aliquando chriſti vitã ab eo deſcriptã cõſpicere. Ordo eſt. Si quies trãquilla:& ocia libera.i.ſoluta & expedi[illegible]ſtib⁹ curis ſinerent.i. ꝑmitterent me ĩuiſere .i.frequẽtare:ſanctos fontes.[illegible] & ducere totos dies circũ h[illegible] na.i.ſi vitę contemplatiuę & quietis [illegible] quę per fontes intelliguntur:incumbere datũ eſſet:carmen meum repetens prima exordia vt incarnationẽ chriſti: veniſſet ad ſuprema tempora.i. ad aſcenſionem aut aduentum eius ad iudicium:& ego tentaſſem.i.mo litus ac conatus eſſem:texere.i.pangere ſingula acta chriſti ſalutiferi.i.ſa lutem nobis afferentis:aut qui iam attulit ſalutem:verſu maiori.i.altilo [illegible]mpletęrem narrante:& edere.i.prodere in lucem & emittere poſtq̃ co[illegible]ſuerim:melioribꝰ chartis.i.paginis:annales.i.ſingulorum

mm.iii.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

[illegible]norū geſta:ſed tempus trepidū.i.tumultuoſū & calamitoſum:nec
ſi[illegible]na faſtigia.i.pricipalia rerū capita.hoc eſt ne ſumma qui
[illegible]dem capita rerū ſinit me ſequi(tractū ex illo primi ęnei.Lōga eſt iniuria
[illegible]ongæ Ambages ſed ſumma ſequar faſtigia rerū. Tantum ergo abeſt vt
[illegible]mnia(inquit poeta)ad plenū exequar:vt ne ſumma quidē faſtigia ſe
[illegible]permittar)& vis.i.violētia:veneni cęci.i.peſtis quæ dupliciter cęca
dicitur:vel quia non videt quos feriat:tam bonos enim q̄ malos ferit:
aut quia non videtur:eſt enim inuiſibilis infectio ſine contactu inficiēs:
ex aeris attractu perſępe:formidata.i.quam formido:& ita poemati va
care no[illegible]poſſum:Nā carmina proueniunt aīo deducta ſereno:ſuntq̨
vt Iuuen[illegible]is inquit.Magnę mentis opus nec de lodice paranda Sollici
tę.& ętas noſtra breuis & velox:& plena laborum.(Vnde Iob.Homo
natus de muliere breui viuēs tempore repletur multis miſeriis.&c.)nil
.i.non aliquid:non ſinit tētare aliquid altum:vita coniuncta neci:ideſt
morti violentę:& ſubiecta fato.i.morti naturali:fugit(vt Iob dicit ve
lut vmbra)occaſus.i.mors diſtat paruo diſcrimine.i.ſpatio & diſtantia
ab ortu:ideſt a natiuitate aut conceptu:& ęuum breue:ideſt vitę temp⁹
breue:aut vita breuis:premitur innumeris cladibus:tamen ego ſubiici
am pauca.ſ.de multis beneficiis chriſti:ne vltima lux.i.vltimū tempus
vitę meę miſerę:inueniat me ignauum:& iacentē.i.torpētem triſti deſi
dia.Cauſā ſubiūgit dicēs.Quotiēs nos voluim⁹ benefacta.i.beneficia
magni parentis.ſ.dei in nos collata:ratio lucida exiſtens ceu.i.tanq̄ ſol
abiens toto orbe.i.globo ſuo e nubibus cęruleis.i.fuſcis & cęrulei colo
ris aut e mari ortis:monſtrat animo fugiēte.i.dū anim⁹ fugit a curis ca
ducis.i.rerū caducarū & tranſitoriarū:q̄.i.q̄tum turpe & nocens.i.noci
uum ſit non ſequi iuſſa.i.mādata ſuperū.i.dei cęleſtis & contemnere di
uos.i.ſanctā trinitatē & cęlicolas ſpiritus:Atq̨ ratio lucida inſinuat.i.in
nuit & monſtrat iras dei iuſtas ſup eſſe in nos:quotiens nos illecti vitio
diſcedim⁹ a limine iuſtitię.fixo.i.icōmutabili:& inſinuat pœnas mites
.i.modicas dari pro crimine ſup.noſtro[illegible]bis:& noſtrū ſcelus mereri
[illegible]tora tormenta.hoc eſt quan[illegible]picim⁹ ad beneficia dei in nos col
lata:& [illegible] q̄ ingrati ſimus:videmus:iuſtas eſſe dei iras:& mo
dica nobis infligi tormenta ꝓ culpis & ſceleribus noſtris:Itaq̨ ſanctum
ac ſalubre eſt beneficia dei recordari;vt in ſequentibus facit.

## Commemoratio beneficiorum chriſti.

ANte ſalutari q̄ tolleret vnda lauacro
Crimen & irati ualuas aperiret olympi

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Aera deos homines & ligna carentia uita
Eſſe rati lectas pecudes & debita cælo
Orgia ponebant ſurdis altaribus ante
Facta manu ſimulachra ſui cultoris & arte.
Numina fallebant ſiculos Erycina colonos.
Iuppiter a libycis qui nomina ſumit harenis
Aethiopes ſoliſq; domos ardore peruſtas.
Gnoſiacos Dictynna lares: & rura Cayſtri:
Mȩotiſq; lacus: & clari regna thoantis
Iuſſit ubi humanum ſpargi dea ſȩua cruorem.
Perfida cȩcropiam luſit Rhamnuſia plȩbem.
Attica cȩcropios pallas. Rhodon. altus apollo:
Ortygiamq; breuem micone giaroq; ligatam.
At tyriȩ Iuno libycas Carthaginis arces:
Thraiciiſq; fami circundata fluctibus arua:
Barbara cornigerum Memphis plorabat Oſirim:
Lȩtaq; perc uſſo pubes ȩgyptia ſiſtro
Inachiȩ celebres uenie[illegible]d iſidis aras.
Dindyma per cybelenq; phryges [illegible]
Sacra dabant matri diuum: per Gargara & idam
Buxea multifori ſtridebat tibia cantu
Tympanaq;: audito ſtrepitu de rupibus altis
Prȩcipi[illegible]bant Dammȩ: lucoſq; petebant



(c) 2006 Ministerio de Cultura

Dorcades ignotos & inacceſſas conualles.
Feſta corymbifero Thyas renouabat hiaccho.
Et tepidas cornu ductus caper ibat ad aras.
Roma panompheo ſacrauerat alta tonanti
Limina ſolennes crebro uiſura triumphos:
Paſtaq; Clitumni uirides armenta per agros.
Sic aliquã diis deluſæ erroribus urbes:
Numinibus fictis aras & diuite cultu
Ardua ponebant pario de marmore templa.
Sępe quidem uiuo tanq̃ de corpore uoces
Et confuſa dabant ueteres oracula diui.
Sicut apud delphos in parua phocide nigris
Speluncę latebris clauſus uocalis Apollo:
Sicut chaonię phœbo illabente uolucres:
Et caua Cumeum ſpelęa ſonantia carmen:
Verum hæc uel fallax hominum uerſutia fecit
Vel ſtygię mentes auium per neſcia certis
Motibus humanum fingebant [illegible]ura murmur:
Formabant[illegible] per concaua ſaxa loquelas:
Et quod ſyderei radiis coeuntibus ignes
Monſtrabant caute populis multo ante futurum
Siue per augurium ſeu per uatum ora canebant.
Diuinoſq; ſibi cultus curaſq; parare

Artibus his ſolitæ turbas & credula uulgi
Mobilis ambigua fallebant pectora uoce.

ANte ſalutari &c. Cõmemoratur⁹ beneficia chriſti primo lo co recitat beneficiũ illuminationis quo a cęco idolorũ cul tu mũdus per eũ leuatus ẽ. In quo duplex beneficii vis eſt: auferendę videlicet durę ſeruitutis & conferendæ libertatis: quaſi dicat chriſtus ad quẽlibet chriſtianũ quod ad Soſiã ſimo terentian⁹ in ãdria. feci ex ſeruo vt eſſes libertus mihi. Vbi argutiſſimus donatus. Dulce (in quit libertatẽ fecit cõparatione & tractatiõe verborũ: dicendo ex ſeruo libertũ: non enĩ tantã haberet gratiã ſi dixiſſet feci libertus vt eſſes: q̃ cũ dicit: feci ex ſeruo vt eſſes libertus: quõ q dicat feci vt eſſes ſan⁹: nõ tãtã haberet gratiã: q̃ ſi dicat: feci vt ex ęgro ſan⁹ eſſes. Mire ergo addit ex ſer uo vt vim beneficii oſtẽderet. Hęc ille. Eodẽ mõ hic cõmemorãdo ma iorũ noſtrorũ idolis ſeruientiũ miſerandã cęcitatẽ: cõmendat noſtrã p chriſtũ liberã illuminationẽ. Quomõ aũt idololatria introducta ſit cũ chronicarii paſſim recitẽt nõ eſt opus admonito: verũ quod alibi dixi nõ ignorãdũ ẽ: idolũ duab⁹ priorib⁹ lõgis ꝓferri debere: qa gręce pri ma diphthõgon habet & ſecũda ω mega hoc ẽ o magnũ ſeu lõgũ: ſcri bitur enĩ ειδωλον. Pręterea recte dici idololatriã: ꝓ quo vulgo idola tria dicit̃. ſicut pro κυριε ελεισον kyrieleiſon. Quomodo vero idola pro diis habita ſint: docet Auguſtin⁹ lib. viii. de ciuitate dei dicẽs. Her mes ęgyptius quẽ trimegiſtũ vocãt alios deos eẽ dicit a ſummo deo fa ctos. alios ab hominib⁹. Hoc q audit (ſicut a me poſitũ ẽ) putat dici de ſimulacris: qa opa ſunt manuũ hoim. At ille viſibilia & cõtractibilia ſi mulacra velut corpa deorũ eẽ dicit. Ineſſe aũt his quoſdã ſpũs iuitatos q valeãt aliqd: ſiue ad nocẽdũ: ſiue ad deſideria nõnulla cõplẽda: eorũ a quib⁹ eis diuini honores & cult⁹ & obſequia deferũtur. Hos ergo ſpi ritus iuiſibiles p artẽ quãdã viſibilib⁹ rebus corporalis materię copula re vt ſint quaſi aiata corpa illis ſpiritib⁹ dicata & ſubdita ſimulacra. hoc eẽ dicit facere deos: eãq; magnã & mirabilẽ deos faciẽdi accepiſſe hoĩes poteſtatẽ. Hui⁹ ægyptii verba ſicut in noſtrã linguã interptata ſunt po nam. Et quoniã de cognatione iquit & conſortio hoim deorũq; nobis indicitur ſermo/ poteſtatẽ hominis o Aſclepi/ vimq; cognoſce. Dñs in quit & pater: vel (quod eſt ſummũ) de⁹ vt effector ẽ deorũ cœleſtiũ: ita homo factor ẽ deorũ qĩ tẽplis ſũt humana ꝓximitate cõteti. Et paulo poſt. Humanitas (inquit) ſemp memor naturę & originis ſuę: in illa diuinitatis imitatiõe pſeuerat: vbi ſicuti pater ac dñs vt ſui ſimiles eẽnt

Idololatria

Hermes ęgyptius

Deos fa

(c) 2006 Ministerio de Cultura

[illegible]os fecit ęternos: ita humanitas deos nos ex ſui vultꝰ ſimilitudine figu
r[illegible] aūt poeta noſter ꝗ in qbꝰ locis p̄cipue culti ſunt: dicens
ꝗa venꝰ apud ſiculos. Ammon. i. iuppiter harenariꝰ apud libycos. Dia
[illegible]na apud cretēſes epheſios & tauricos. Rhānuſia apud atticos. Pallas ſeu
[illegible]minerua apđ atheniēſes. apollo apud rhodios. & delon olī ortygiā di
[illegible]. Iuno apud carthaginēſes & ſamothracas. Oſiris & iſis apud ęgypti
os. Cybele apud phrygios. Bacchus paſſim ſed præcipue in dio inſula.
Iuppiter romę in capitolio: & alia ī aliis. De his autē vt ordinē cōtinuo
[illegible]na [illegible]quar: hæc habeto. Erycina dicta eſt venus vt pręnotauimus: quia
[illegible]s in eryc[illegible] ſiciliæ mōte excelſo veneris templū locatū erat: quod ſingulari
venera[illegible]e colebatur antiquitus mulierū frequentia refertū illius mi
niſterio dicatarū: quas & e ſicilia & externis regiōibꝰ multi locarāt. Scri
Eryx bit autē diodorus ſiculus Butem regē ſicilię ex venere erycem filiū ſuſtu
liſſe. Hic vero ob genus maternū in maxima gloria habitus vrbem cō
didit in alto loco a ſe denominatā: eiuſq; in arce veneri matri templum
Ammon poſuit multis donariis ornatū. Ammon vero dictus eſt iuppiter hare
narius vt in aliis operibus declarauimus: quia cū liber pater hoc eſt bac
chus dionyſius ve: per deſerta libyę exercitū duceret vniuerſa iā aſia de
uicta & ſiti admodū laboraret imploraſſe a ioue patre ſuo auxiliū dicit
eoq; facto apparuiſſe ei extemplo arietem: quē dum fugientē ſequitur:
perueniſſe illo duce ad fontem amœniſſimū: quapropter deſiderio po
titū exiſtimaſſe arietem illū fuiſſe iouem: eiq; templū mirę magnitudi
nis ī harena cōſtituiſſe & deū vocaſſe āmonē: greci enī āmon harenā vo
cāt. Huiꝰ ſe filiū alexāder iactitare ſolebat: in multa aūt veneratiōe illud
Dictynna tēplū māſit. Dictynna aūt dicta ē diana: ꝗa dū minoē regē cretēſiū vim
ei inferre volētē fugeret ī mare ſeſe p̄cipitē ferē dediſſe: cadauerq; eiꝰ a pi
ſcatoribꝰ iuentū: ꝓpter quod a retibꝰ q̄ grece ΔΙΚΤΥΑ dicunē: nc mē ei
impoſitū: cūq; poſtea peſtilētia ī creta īſula orta fuiſſet: habito reſpōſo:
vt ędem dianę cōſtruerēt: ędificatū ei tēplū fuiſſe: dianāq; ipam dictyn
nosus nā vocitatā & montē ī quo tēplū ſitū[illegible]dictynnū dictū: Gnoſus autē
[illegible] crete in qua [illegible]mū reſidebat: vñ oia cretēſia gnoſia
ſolēt appellari: vt. vi. ęnei. Gnoſius hęc rhadamāthus habet duriſſima
regna: Inde per vlteriorez deductionē fit gnoſiacus: gręce aūt ſcribitur
ΚΝΟΣΟΣ: vnde quidā cnoſus ſcribendū eſſe volunt apud nos: ſed c vt
g proferri ſicut ī Cneus lycurgus amurca Caius &c. Habet pręterea dia
[illegible]r na ęgregiū tēplū epheſi quā cayſter fluuiꝰ aſię in lydia ſub pionio mon
us te pręter aſiam paludē [illegible]abens alluit. Epheſus autē lydię vrbs eſt [illegible]
[illegible]e dia nū opus: vbi diana tēplū habuit ducētis & viginti anis a t[illegible]ana factū
[illegible]lū [illegible]n ſolo palu[illegible]e terremotū ſentiret: Rurſus ne tātę molis fundamēta

(c) 2006 Ministerio de Cultura

in lubrico parum firma eſſent ea primo carbonibus deinde lanę vellei-
bus ſubſtrauere. centūuigintiſeptē colūnæ in hoc templ[illegible]
gulis regibus factæ ſexaginta pedū altitudine inter quas triginta ſex cę-
latę fuerunt miro artificio. Habuit pręterea templū in taurica regione:
ad quā dicit Serui⁹ Iphegeniā delatam regnante illic thoāte rege: vbi ſa-
cerdos dianę dictynnę effecta cū deam ſm morē ſanguine humano p[illegible]
caret: agnouit oreſtem fratrem qui carendi furoris cauſa cum amico py-
lade colchos petierat: & cū his occiſo thoante ſimulacrū ſuſtulit abſcō-
ditū faſce lignorū vnde & faſcelis dicitur: & ariciā detulit: ſed cū po[illegible]
romanis crudelitas diſpliceret: q̄q̄ ſerui imolarentur ad lacona[illegible]t dia-
na tranſlata: vbi ſacrificii cōſuetudo adoleſcentulorū verberib[illegible] ſeruat̄.
Rhānuſia autē ſm plures fortuna dicitur: nam rhamny quę eſt vrbs eu- Rhānuſia
boię religioſiſſime colebatur. vnde Ouidius lib. faſtorū. v. Exiget at di- Rhamnys
gnas vltrix rhamnuſia pœnas. Apuleius vero libro. xi. etiā matrē deoꝝ
rhamnuſiam dictā ſentit. Ortygia autē eſt delos apollinis & dianę pa- Ortyg[illegible]
tria a conturnicibus dicta quę grece ortyges dicuntur: vulgo autē a ſo-
no qualię: ſita eſt in mari ęgęo iuxta myconen & gyaron: vnde. iii. ęnei.
Quā pius arcitenens oras & littora circum errantē Mycone excelſa gya
roq; reuixit. De iunone quomodo eius ſacra apud ſamothraces ſint ſer-
uius differit: eā a carthaginenſibus & ſamothracibus pręcipuo ſtudio
coli docet illud primi æneí. vbi de carthagine dicitur. Quā iuno ī terris
fertur magis oībus vnā Poſthabita coluiſſe ſamo. De iſide & oſiri ma
rito eius iam ſępe diximus. Thyas eſt ſacrificula bacchi. Clitūnus autē Thyas
lacus eſt in italia. iuxta ſpoletū ex cuius aqua boues bibentes candidi fi- Clitūnus
eri dicūtur: candidos autē triumphantes ioui ſacrificabant: vnde eſt il-
lud ſecūdi Georg. Hinc albi clitūne greges & maxima taurus Victima: [illegible]o.
ſępe tuo perfuſi flumine ſacro Romanos ad templa deū duxere trium-
phos. Cur autē iuppiter panomphęus dicatur iam ſępe dixim⁹: Volu- Chao[illegible]vo
cres chaoniæ ſunt columbę quę in dodona ſilua chaonię quę eſt in epi- lucres
ro reſponſa dare dicebantu[illegible] autē mulieres ęgyptiæ. vt alibi quo-
q; notauim⁹. Cętera ſat erit ſub or[illegible]derare qui talis eſt. Ante[illegible]
da id eſt fons baptiſmalis: tolleret id eſt auferret & deleret. [illegible] ſalu-
tari: crimen id eſt peccatum vt originale in paruulis & etiam actuale in
adultis: & aperiret valuas olympi id eſt cœli irati id eſt clauſi prius: ho-
mines rati id eſt arbitrantes. ęra id eſt ſimulacra ęrea & ligna: carentia vi
ta id eſt ſtatuas ligneas: eſſe deos: ipſi ſup. ponebāt pecudes lectas id eſt
[illegible]tas & mūdas (Eſt autē id propri[illegible] bidentiū: hęc eſt ouiū pro quib⁹ Lectum
ſępe [illegible]nde Maro Mactāt lectas de more bide[illegible]ſ: ſues aūt ſacrifi- Eximiu
ciis apti dicuntur eximii. tauri vero atq; iuuenci intacti. a[illegible] donato. Intactu

(c) 2006 Ministerio de Cultura

[illegible]nde ſexto æneidos. Nunc grege de intacto ſeptem mactare iuuencos [illegible] orgia.i.ſacrificia debita cęlo.i.cęleſti deo: ponebant dico in altaribus ſurdis ante ſimulacra facta manu & arte ſui cultoris: ideſt eius qui ea coluit: Numina ſcilicet ſimulacrorum.i. demonia fallebant homines: aut homines fallebant numina.i.fraudabant deum debitis ſa[illegible]ficiis quę demonibus impendebãt: ſed propter ſequentia placet prior expoſitio. Erycina.i. venus in eryce monte ſicilię pręcipue culta: fallebat ſup. colonos ſiculos.i.ſicilienſes. Iuppiter ſcilicet ammon.i.harena[illegible] qui ſumit nomina ab harenis libycis in quibus baccho ĩſpecie arietis viſu[illegible]credebatur: & qui illic templum habuit: fallebat ęthiopes & domos p[illegible]tas ardore ſolis.i.aphricos cæteros. Dictynna.i. diana cretenſis: fallebat lares gnoſiacos.i.cretenſes (accipiẽdo locum pro locatis: ſeu continens pro contentis) & fallebat rura cayſtri illius fluuii lydiæ iuxta epheſum vbi diana habet pulcherrimũ templum: & rura lacus męotis qui eſt in ſcythia iuxta tauricã regionẽ & pro ideſt regna thoantis: illius regis clari.i.nobilis & noĩati: vbi.i.in quib[9] aut cui[9] regnis: dea ſęua ſcilicet diana iuſſit humanũ cruorẽ ſpargi.i.effundi ſacrificando. Rhamnuſia.i.fortuna perfida.i.fallax nulli fidem tenens: & infortunio bonorũ ac eufortunio malorum ſępe gaudens: luſit.i.decepit & ludibrio habuit plębem cęcropiam.i.atticam. Pallas attica: ideſt atheniẽſis: luſit cęcropios.i.athenienſes a cęcrope eorũ rege dictos. Apollo altus.i.ſublimis luſit rhodon: vbi videlicet maxime colebatur. & orthigiam: i deſt delõ inſulam breuem: ideſt modici ambitus: ligatam: ideſt vinctam mycone & gyaro: illis duabus inſulis: inter quas vagari ſolebat. At: ideſt ſed: Iuno ſupple luſit: arces libycas carthaginis tyrię: ideſt a tyria didone condita & a tyriis habitata. Vñ primo ęnei. Vrbs antiqua fuit: tyrii tenuere coloni Carthago. & luſit arua circundata fluctibus thraiciis ſami: ideſt ſamothracię. Memphis: ideſt regio illa potiſſima ægipti vbi reges reſidere ſolebant: barbara: ideſt effrenis & immanis (vt docet iuuenalis in ſatyra. Quis neſcit voluſi bithinice qual[illegible]mens Aegiptus portenta co[illegible]plorabat: ideſt cum plor[illegible]quęrebat: oſirim: ideſt regem ſuum maritum [illegible] in deum tranſlatum: cornigerum: ideſt in ſpecie bouis quẽ apim vocant apparere ſolitum: & pubes ęgiptia: læta: ideſt gaudens & exultans: ſiſtro: ideſt inſtrumento illo muſico: percuſſo ſcilicet ad hoc vt reſonet: veniebat ad celebres aras iſidis inachiæ: ideſt ad inachum regem cuius filia erat pertinentis. dicebatur autem prius io: & mutata in vaccã ĩ ęgiptũ perfu[illegible] vt alibi patuit. veniebat aũt pubes ſacrific[illegible] Galli phryges: ideſt ſacerdotes cybęles matris deum: qui [illegible] cultro caſtrãt[illegible] gallo fluuio poti dicũtur & furore rapti: dabant matri

(c) 2006 Ministerio de Cultura

diuũ.i.diuorũ.ſ.cybele:q̃ tellus.ops cybele.& aliis multis [illegible] pellari ſolet: dabant dico per cybelen montem illũ phrygiæ (vnde [illegible] Seruiũ quę prius ops dicebatur: poſtea cybele dici cœpit. Declinat̃ aũt hęc cybele cybeles:aut hęc cybeles cybelis. Scribit̃ aũt fere l ſimplici: qa mediã fere corripit:tã pro monte q̃ pro dea. Pro monte Ouidius faſto rum.4. Inter ait viridem cybelen altaſq; celeras Amnis it inſana nomie gallus aqua (Illa enĩ poti ſacerdotes furere dicũtur nec ceſſare donec ſe caſtrauerint) Et in eodem.dindymon & cybelen & amœnã fontib⁹ idã Semper & iliacas mater amauit opes. Propertius tamen ſecũdam pro ducens l geminauit dicens lib.vltimo Vel tu q̃ tardo nouiſti [illegible] cybel len:& lucan⁹. Et lotam paruo reuocant almone cybellen.&c. [illegible] din dyma:per gargara & idam montes illos phrygię:ſacra reſonãtia.i.quæ cũ ſonoritate muſicorũ inſtrumentorũ fiebant:tybia buxea.i.fiſtula ex buxo facta: ſtridebat & tympana ſup.ſtridebãt.i.crepitabant dũ percu tiebãtur cũ fiſtulis:ſonatura (ſic enĩ Horatius dicit (aut ſonitura vnde Virgilius ad phryges Tympana vos buxuſq; vocãt berecinthia matris Ideę &c. Dãmę animalia illa timida.vnde Virg.in buco.Cum canib⁹ ti midi venient ad pocula dãmę:ibant.i.diſcedebãt:pręcipites.i.pręcipi tanter de altis rupibus audito ſtrepitu.ſ.tympanorum & fiſtularũ:Pôt ordo eſſe:ibant de altib⁹ rupibus:& ſtrepitu audito de altis rupib⁹ hoc eſt tãtus crepitus fiebat in ſacrificiis cybeles quę in montibus ſiluoſis co lebatur: vt dãmæ fugerent: & dorcades animalia illa petebant lucos.i. ſiluas incęduas.i.quę non cędebantur poſt conſecrationem.ignotos.i. non viſos prius:hoc eſt ferę coactę ſunt linquere ſtabula & cubilia ac lu ſtra ſua nota: nequeuntes ferre ſtrepitum qui fiebat in ſacrificiis cybeles & côualles inacceſſas.i.quas nũq̃ antea acceſſerant. Thyas.i. ſacrificula aut ſacerdos bacchi vbicunq; fuerit ſiue apud thracas ſiue alibi :renoua bat iaccho.i.baccho:corymbifero.i.ferenti baccas hederaceas:eo q; he deris coronatus ex india red[illegible] renouabat dico feſta ſcʒ orgya aut bac chanalia Et caper (is enim quia vite[illegible]dit cuius bacchus inuẽtor fuiſ ſe dicitur:baccho cõſecratur) ductus cornu[illegible] tes ſanguine aut igni. Roma ſacrauerat Ioui panomphęo.i.cui oĩm vo ces ſacratur:aut qui omẽs voces nouit:alta limina ſcilicet capitolii ſeu ar cis tarpeię: viſura crebro frequentes triumphos:triumphantes enĩ du cebantur in capitoliũ.& ſacraueraṫ ioui:armenta.i.iuuencos candidos paſta per virides agros clytũni:illius l[illegible] Vrbes alię ſcilicet a iã di[illegible] ſic variis erroribus po[illegible]ebant.i.conſti[illegible]ebant numinib⁹ fictis.i.falſo excogitatis:aras & templa ardua:de marmo[illegible] pario.i.can didiſſimo.Sæpe quidẽ. Oſtẽdit quomodo illuſi ſunt hom[illegible]es: & quo

(c) 2006 Ministerio de Cultura

[illegible] modo fieri potuit vt illicerentur ad ſacrificandū idolis: dicens quia per reſponſa & oracula quæ demonia incluſa ſimulacris dabant credebant deos ſimulacra illa tanq̄ corpora aſſumpſiſſe: vt diuus Auguſtinus e verbis hermetis probauit ſicut prius recitauimus. Ordo igitur eſt. Quidem id eſt nā certe veteres diui dabant ſæpe voces tanq̄ de viuo corpore: & oracula id eſt reſponſa confuſa id eſt amphibologica et dubia que in vtrāq; partē interpretari poſſent: Sicut apollo vocalis. i. qui quia vocaliter reſpōſa dabat ſic dictus eſt: clauſus nigris tenebris ſpeluncę. i. antri quod phœbades deſcendebant: apud delphos id eſt templuꝫ delphicū in quod eſt in phocide regione illa parua muſis tamē & apollini ſacra. Sicut volucres chaonię id eſt columbę epirotice in dodona ſilua: ſupple dabant oracula: phœbo illabente. i. eas ad prophetiꝫandum inſtigante. & caua ſpęlea id eſt antra ſonātia id eſt reſonantia: dabant ſup. carmen cumeum id eſt prophetiam ſibyllę cumeæ ſeu potius cumanæ Verum id eſt ſed vel fallax verſutia hominum ſcilicet ſacerdotum precipue: fecit hęc ſupple reſponſa apparere dicentium ſcilicet ſe ab apolline accepiſſe quod ipſi futurū putarent: ſicut ſacerdotes babilonii mentiebantur deum ſuuꝫ carnes noctu deuorare quas ipſi auferebant vt apud danielem legitur. vel mētes ſtygię id eſt callidi ſpiritus infernales: fingebant id eſt exprimebant certis motibus: humanū murmur id eſt ſimilitudinem humani ſermonis: per guttura auiū ſcilꝫ columbarū neſcia. i. neſcientium: & formabant leues loquelas per ſaxa concaua: vt inter antra delphica: & pręcinebant caute id eſt cū aſtutia ſibi p̄cauentes ne mēdaces inuenirētur: id aūt faciebāt per amphibologicos ſermones. canebant dico ſiue per auguriū. i. auiū garritum ſeu per ora vatū. i. prophetarum id ſup. quod ignes ſiderei. i. conſtellationes monſtrabant radiis coeuntibus (Doctrina eſt diui Auguſti). i. ſe coniūgentibus ac concurrentibus. & ipſe ſtygię mentes: ſolitę. i. conſuetę: parare. i. comparare & acquirere ſibi his artibus: diuinos cultus [illegible] curas. i. obſeruantias & religionem: aut aras. i. ſacrificia: [illegible] turbas. i. vulgus & pectora mobilia [illegible] credula. i. cito credētia: voce ambigua id eſt dubia & incerta ac āphibologica: ſicut dico romanos victuros gallos. aut regna multa Tanaim tranſgreſſus perdes. i. aut deſtrues aliena aut amittes tua.

Non tulit hoc magni proles ęterna parentis:
Et ſtygiis ergo [illegible]nibus ludibria dixit
Semper [illegible] mortale genus [illegible] nūq̄ ne uereri

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Nos diſcent manes: audacia ditis auari
Improba ſic impune meos inuadet honores
Semper: & obſcuri plębs ambitioſa profundi
Sic perget ſeſe ſuperis ęquare deoꝗ:
Ibo: & terrenum luſtrabo incognitus orbem:
Nec patrias repetam ſedes cœlumue priuſ q̃
Cerberus & trepidi me regia ſenſerit Orci.
Non uada non furiæ non ferrea clauſtra uetabunt
Nigra per & phœbi radiis incognita regna
Ferre gradus: horrore tremens ululabit Erinnys
Et caua terrifico quatientur tartara motu.
Flammeus obſcuros phlegethon perſuſcitat ignes
Saxa rotans: mœſtoꝗ acheron qui labitur amne
Cocytiꝗ graues parientia flumina luctus
Et liquor inducens lętheæ obliuia lymphæ
Pręcipites ſiſtent curſus retroꝗ redibunt:
Et ſua ſulſureos repetent exordia fontes.
Cum mea uox aditus co[illegible] ingreſſa profundæ
Noctis & inſolitum penetrabit tartara [illegible]
Luce repentina chaos & fumoſa baratri
Atria clareſcent: ubi pallida frondibus hęrent
Somnia: tenariis reuocabo a ſedibus umbras
Inſontes [illegible]bras patrum quos longa ſub alti

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Carceris includunt obſcuro uincula circo
[illegible]
Propterea placidam tetris inducite pacem
Sidera qui regitis diui: qui uoluitis orbes.
Vt dum bella gero cum principe gentis auernę
Sentiat occultam ferri ſibi terra ſalutem:
[illegible] trepidant magnoq̧ pauent aduerſa tumultu
Caſt[illegible] dies numerat pluto: tempuſq̧ uolutum
Colligit aduentuſq̧ meos ueſtigat & ortus:
Nocturnas cogunt acies: curſantq̧ per altum
Aera: & ingenti ſtrepitu mortalia terrent
Pectora: montanos apices atq̧ ardua ſaxa
Terribili quatiunt motu: pecudumq̧ per ora
Inſolitas fingunt uoces: ęgyptia pallent
Sollicito ſimulachra metu ſuſpirat anubis:
Fatidicoſq̧ legens uates exanimat omnes
Peruigil hiſtorias & cęli cogitat ignes.

¶Non tulit &c. Poſtq̄ oſtendit callidiſſimorum ſpirituum fraudē & ſuperbiam ſubinfert qd̄ ſaluator noſter attul[illegible] remediū: ſignificans vnam eſſe cauſarū cur incarnari voluerit fil[illegible] in diuinis: vt videlicet idolola[illegible]iam expelleret. Inducit [illegible]um in diuinis loquētē. vnde ordo eſt. Proles ęterna magni parentis. ſ. diuini: hoc eſt filius in diuinis ęterna generatione a deo patre genitus: non tulit. i. nō tolerauit nec perpeſſus eſt hoc: vt. ſ. imundi ſpiritus ſic adorarētur ac homines ſimulatis oraculis ludificarent: & dixit. Ergo (quę indignatiua eſt particula) genus mortale. ſ. hominū: erit ſemper canib⁹ ſtygiis. i. infernalibus: ludibria. i. illuſioni & riſui? Ne. i. an: manes nunq̄ di[illegible]cent vereri. i. religioſe timere[illegible] dacia. i. temerita[illegible]improba. i. improbāda & inepta ditis. i. [illegible]plutonis pricipis inferno[illegible]. auari. i. nimiū cupi[illegible] & omnia habere cupiētis: inuadet



(c) 2006 Ministerio de Cultura

ſic impune.i.ſine punitione & vindicta ſeu vltione:ſemper meos ho[illegible] res:& plebs ambitioſa.i.ſupba:pfundi obſcuri.i. abyſſi [illegible]fernalis:[illegible] .i.pſeuerabit ſic:æquare.i.æqparare ſeſe ſuperis & deo:q.d. non patiar. Nam ego ibo & exiſtẽs incognit⁹ luſtrabo orbẽ terrenũ:nec ego repetã ſedes patrias:ve pro vel cęlũ:priuſq̃ cerberus.i.canis ille triceps:triplic[illegible] poteſtatem plutonis ſignificans & priuſ q̃ regia.ſ. domus orci trepid[illegible] trepidantis:ſenſerit me.i.priuſq̃ deſcendero ad inferna:Vada.ſ.inferna lia que finguntur traducenda:aut transfretanda:non vetabunt.i. impe dient me ferre gradus.i.incedere:per regna.ſ.infernalia:nigra.i.obſcura & icognita radiis phœbi.i.ſolis:ideſt ad quę ſol nunq̃ penetra[illegible] & ſæua clauſtra non vetabunt ſuppleid facere. Erinnis:ideſt f[illegible]ia infer nalis tremens horrore:ideſt frigore ex pauore cõtracto:vlu[illegible] pręt tre more.ſ.& anxietate more luporũ:& tartara.i.pfundiſſima loca in infer no:caua.i.cauernoſa:quatietur terrifico motu cũ.ſ.dicet. Attollite por tas pricipes vr̃as &c.Phlegethõ fluui⁹ infernalis ab ardore dict⁹:flãme us.i.icẽſus mirabili ardore pſuſcitat(credo legẽdũ eſſe qui ſuſcitat & ita in veris codicib⁹ reppi).i.excitat ignes obſcuros.i.caliginoſos cũ æthe reus ignis lucid⁹ ſit & rutil⁹:rotãs.i.voluẽs ſaxa:& acherõ fluui⁹ iferna lis dict⁹ ꝙ ſit ſine lętitia:q labit ãne mœſto.i.mœſtitiã afferẽte:& flumia cocyti:illi⁹ fluuii a luctu dicti:parientia.i.generantia:graues luctus.& li quor lymphę.i.aquę letheę.i.lethes paludis infernalis ab obliuione de nominatæ:inducens obliuia:hec quattuor flumina infernalia ſiſtent.i. ſtare facient & continebunt:curſus ſup.ſuos:pręcipites.i.qui alio tẽpo re pręcipitãter fiũt:& redibunt retro.i.retrorſum:& fontes ſulphureos repetent ſua exordia.i.riui inde exorti.Sic conſtruendũ cẽſeo:ſi vera eſt lectio:ſed meo iudicio legendũ eſſet:Et ſua ſulfurei nõ ſulphureos vt ſit & fontes ſulfurei repetent ſua exordia.i.vnde exorti ſunt:nam fons dici tur vbi iam aqua effunditur.Audeo igitur admonere:ſed nõ delere aut mutare quicq̃)cum.i.quando:mea(inquit chriſtus)vox ingreſſa cęcos aditus noctis profundæ ſ[illegible] infernalis: & cum lumen inſolitum pe netrabit tartara:tũc cahos.i.ca[illegible]fernalis: & atria fumoſa baratr[illegible] voraginis infernalis clareſcent repentina [illegible] dictũ eſt: habitantibus in tenebris & in regione mortis lux orta eſt eis)vbi.i.i qui bus atriis:hoc eſt in veſtibulis & primis aditibus(vt prius diximus)in ferni:hęrent ſomnia pallida ſub frondibus ſcilicet vlmi. Ego reuocabo vmbras a ſedibus tęnariis.i.a lymbo infernali(Nam vt alibi diximus tę narus eſt promõtorium laconię iuxta [illegible] eſt circa finem maleæ [illegible] dicit Seruius ſuper.4.georg.In quo qu[illegible] hyatus magnus eſt ex quo agẽte ſpiritu quia nõnunq̃ ſtrepit⁹ progredi p[illegible]cipiũtur dixere

Fons

Tęnarus

nn.i.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

...teres deſcenſum eſſe ad inferos & cerberũ ab inferis per herculẽ tractũ ...ic apparuiſſe: vñ virg. Tęnarias etiã fauces alta oſtia ditis. Et Seneca in hercule furete. Spartana tellus nobile attollit iugum denſis vbi æquor tęnarus ſiluis premit &c. quia ergo fauces & oſtia ditis dicũtur in tæna-ro eſſe: non inepte pro lymbo hic vſurpatur ) reuocabo inquã vmbras ſontes. i. innocentes videlicet patrum: quos longa. i. diuturna vincu-la includunt ſub obſcuro circo. i. lymbo: alti. i. profundi carceris. ſ. infer-nalis. Et propterea o diui. i. ſancti ãgeli q regitis ſidera & qui voluitis or-bes. i. ſpheras cęleſtes inducite terris pacẽ placidã ( talis enim erat ſub au-gu... quo tempore chriſtus natus eſt: nam exiit edictũ a cęſare auguſto vt deſc...eretur vniuerſus orbis. Eam aũt pacẽ innuit hic auctor a ꝓui-dentia ...ctã eſſe propter aduentũ chriſti q venerat pacẽ facturus inter deũ & hominẽ. vñ & abitur⁹ dixit ſuis: pacẽ meã do vobis pacẽ meam relinquo vobis: & ſalutans eos ſæpe dixit Pax vobis: & inter hęrodẽ & pylatũ pacis extitit auctor ) vt terra ſentiat occultã ſalutẽ ferri. i. afferri ſi-bi: interea dũ ego gero bella cum principe gẽtis auernę. i. infernalis hoc eſt tenebrarũ ( quẽ etiam principem huius mũdi. i. malorum dixit Ioh. xii. Nunc princeps huius mundi eiicietur foras ) Caſtra aduerſa. i. aduer-ſariorum videlicet demoniorum trepidant & pauent iã magno tumul-tu: pluto. i. prĩceps tenebrarum numerat dies: & colligit ex ſupputatio-ne ſcilicet & calculo: tempus volutum. i. tranſactum eſſe: & veſtigat. i. in-quirit meos aduẽtus & ortus & ipſa caſtra inimicorũ: cogũt. i. cõgregãt acies nocturnas. i. cõgregantur noctu & curſant per altuꝫ aera. i. aerẽ ca-liginoſum: & terrent mortalia pectora ingẽti ſtrepitu: & quatiunt. i. cõ-cutiunt apices montanos. i. vertices & ſummitates montiũ: atq; pro. i. ardua ſaxa. i. rupes montiũ: terribili motu: & fingũt inſolitas voces per ora pecudũ ( quę prodigia poetę Auguſto aſſcripſerũt ) ſimulacra. i. ido-la ęgiptia pallent metu ſollicito: quia verẽtur deiici: quod eis cõtigit cũ chriſtus in ęgiptum fugeret a facie hęrodis: anubis. i. deus ægiptiorum qui colebatur capite canino vnde latrator ...itur a Iuuenale: ſuſpirat. i. ingemit prę timore: & ipſe legens ...atidicos: ideſt ꝓphetas qui fu-turu... prędixer... excidium idololatriæ: exanimat omnes hiſtorias: & cogitat: ideſt animo reuoluit ignes cæli. i. ſidera & eorũ cur-ſus curſuumq; ſignificationes.

Ipſe igitur diuos linquens & limen olympi
Aetheriaſq; domo... mortalia regna
Terrenoſq; lares: medio dum frigida curſu

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Suſpiceret cancrum nox inclinata ſub urſam
Venit:& auguſtam tenuit pręſepia ſedem:
Tunc hyberna gelu torpebant arua ſereno
Et matutino ſiccatum frigore gramen
Perdiderat uernum demiſſa fronte colorem:
Pigraqꝫ nocturnis albebant rura pruinis:
Tunc Rhodopes ęmiqꝫ niues iuga ſumma leuabant
Altius:& niueo ſurgebant aggere montes:
Nudaqꝫ ramoſę tendebant brachia quercus:
Et ſyluas aquilo uiridi ſpoliarat honore.
Pręuius ęoa ſanctos a perſide reges
Ignis & inſolitis radians ſplendoribus ardor
Miſit ad infantis parua incunabula chriſti
Ipſe ſub humana uelatus imagine mundi
Conditor:ut tetigit matura uirilibus annis
Tempora naſcentis iaciens primordia ſęcli
Ante quaterdenis ieiunia longa diebus
Pertulit:& ſacro mox irroratus ab amne
Abſtulit errorum tenebras:noctiſqꝫ profundę
Nubila:longeuumqꝫ cahos finiuit ab alto
Vndiqꝫ diffundens illatam cardine lucem:
Extinctis oculis aciem lumenqꝫ peremptum
Reſtituens opus ignotum noſtriſqꝫ negatum



(c) 2006 Ministerio de Cultura

V[illegible]rios tractus ſolemq; uideri
Fecit:& inſuetum terræ cœliq; decorem.
[illegible]icca per ęquoreos fixit ueſtigia fluctus:
Admirata nouum credebat Ariona Thetys
Cum cythara curuos inter delphinas euntem:
Mox [illegible]iui propria tutos ſuſpendere paſſus
Vidit:& humanis liquidas iter eſſe per undas
Greſſibus hęc non eſt audax induſtria dixit
Romanæ uirtutis.aquæ ſenſere tonantem:
Hæc ait.& fugiens imas ſe torſit in undas.

Ipſe igitur &c. Verba ſunt poetę recitãtis beneficia chriſti ab incarnatione vſq; ad aſcenſionez cœliq; apertionē: additurí ingratitudinis humanę vitia. Ordo eſt. Igitur / quia.ſ. filius dei cõſtituerat debellare & expugnare principes tenebrarũ: ipſe deus linquens (quod caſte intelliges quia deus vbiq; eſt: nec diuinitatē dimiſit dum humanitatē aſſumpſit) diuos.i.ſanctos angelos & limen olympi.i.cœli: & domos ætherias.i. cœleſtes: venit.ſ.per natiuitatē ad regna mortalia: & lares terrenos: tũc cũ nox frigida medio curſu inclinata ſub vrſam ſuſpiceret cancrũ.i. dũ ſol eſſet in capricorno quod ſignũ eſt contrariũ cancro hoc eſt in decẽbri (In iunio enim quia ſol eſt in cancro: cancer tempore diurno in hemiſpherio noſtro eſt: In decembri vero quia lõgiſſime eſt a ſole tẽpore medię noctis oritur. & hoc dicit) Venit er[illegible]tunc in mũdũ hunc: & tenuit pręſepia appoſitorie ſedem an[illegible]ta: quia deũ cœli capere nõ poſſunt: vnde anguſta fu[illegible] pręſepiũ: Arua hyberna.i.q̃ hyemis tpe erant: torpebant.i.conſtringebantur tunc gelu ſereno.i.ſudo nullis imbribus admixtis: & gramen ſiccatũ frigore matutino: perdiderat colorem vernũ.i.quem habuerat in vere videlicet viridem: & hoc frõte demiſſa.i. deorſum miſſa: hoc eſt inclinato capite ſeu vertice eius. & rura pigra.i.quę non exercebantur: ſed intermiſſa & neglecta iacebant: albebant pruinis nocturnis: vnde galli pruinam gelu album voc[illegible] leuabant altius.i.extollebant & altiora fecerant tunc ſumma.iuga.i.vertices & ſummitates rhodopes & ęmi: illorum montium in confinibus

(c) 2006 Ministerio de Cultura

thraciæ & mygdoniæ ac macedoniæ (ęmus autem vſq; ad pharſalia[illegible]
extenditur)& montes ſurgebant:ideſt accumulabantur tu[illegible] id
eſt cumulo niueo:ideſt aggeſtione & acceſſione niuium: & quercus ra-
moſę tendebant:ideſt extendebāt brachia:ideſt ramalia ſua:nuda: ideſ[illegible]
frondibus ſpoliata: & aquilo ventus ille autumnalis: ſpoliarat ſiluas [illegible]
ridi honore:ideſt ornatu frondium. Ignis & ardor radians inſolitis ſplē
doribus:ideſt ſidus nouum vel ſtella noua in aere apparēs: præuius:id
eſt pręambulus & viam monſtrans: miſit ſanctos reges ſcilicet magos a
perſide ęoa:ideſt orientali:ad parua cunabula chriſti infantis. I[illegible]
ditor mundi velatus ſub imagine humana: vt: ideſt poſtq̄ te[illegible]it: ideſt
attigit tempora matura virilibus annis:ideſt cum attinger[illegible]igeſimū
annum: iaciens primordia:ideſt prima fundamenta: ſęcli pro ſęculi:id
eſt ęui gratię ſcilicet naſcentis.i.appropiantis:pertulit:ideſt ſuſtinuit an
te:ideſt prius ieiunia longa:ideſt continuata quaterdenis:ideſt quadra-
ginta diebus ſcilicet naturalibus: & ipſe irroratus:ideſt baptizatus mox
ideſt paulo poſt: ab amne ſacro ſcilicet Iordanis: abſtulit tenebras erro-
rum: & nubila profundę noctis: & finiuit: ideſt exterminauit longeuū
chaos:ideſt tenebras ignorantię & incredulitatis ac idololatriæ diffun-
dens vndiq; lucem illatam ab alto cardine ſcilicet cæli: vnde venerat lux
vera quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum:
Et ipſe reſtituens oculis extinctis:ideſt captis & orbis viſu: immo etiam
qui nunq̄ viſum habuerant: aciē:ideſt acumen viſus: & lumen. i. viſum
peremptum:ideſt aut deletum: aut ſuffocatum in materno vtero: & fe-
cit tractus aerios.i.regiones cęli & ſolē: & decorē.i.ornatum cęli & terrę
inſuetum.i.non prius viſum: videri ſup.a cęcis: appoſitorie: opus igno
tum.i.miraculoſum: & negatum noſtris.i.humanis viribꝰ. Et ipſe fixit
veſtigia ſicca per fluctus ęquoreos: ideſt ſiccis plantis ambulauit ſuper
maria: & thetys.i.dea maris admirata credebat nouū Ariona:ideſt mu-
ſicum illum mytileneum (qui vt alibi recitatuimus ex aulo gelio a del-
phino exceptus cum a nautis [illegible] mare proiectus eſſet: ad tænarum inco
lumis delatus eſt) Ariona dico euntem [illegible]hara in qua ſcilicet cane-
bat:per delphinas piſces illos (accuſatiuus eſt gręcus: quia ſingularis eſt
hunc delphina) curuos: is enim fere delphinorū ſitus eſt: & mox.i.pau
lo poſt: vbi:ideſt quando ſcilicet thetys: vidit ſupple chriſtum ſuſpēde-
re paſſus tutos propria vi.i.poteſtate: & vidit iter eſſe humanis greſſibꝰ
per vndas liquidas.i.fluentes: dixit. hęc non eſt audax induſtria virtutꝭ
[illegible]æ.i.qua romani aliquando auſi ſunt ſe credere aquis: vt cocles &
chi[illegible]æ ſenſere tonantem:ideſt deum aut poteſtatem diuinam in
chriſto: Thetys ſup. ait hec: & ipſa fugiens: torſit ſe in imas vndas. a facie



(c) 2006 Ministerio de Cultura

ſcilicet chriſti. vnde hic per thetym demoniuꝫ quod ſub thetyos nomine colebatur videtur intelligere.

Imperio uentorum iras pelagiqꝫ furorem
iceſſit:in excelſo galilęi uertice montis
Ora:manus:oculos & pectora ſancta beato
Lumine perfuſus patuit deus:æthere lapſum
Numebi & albenti ueſtitum nubis amictu
Aſtitit:auricomi ſonuit globus aeris ingens.
Carmine non magico non ui medicaminis ulla
Defunctos iterum uitam reuocauit in artus.
Emigrare leues animas retroqꝫ reuerti
Obſtupuit:celereſqꝫ fremens pluto induit iras.
Languida quę nulla potis eſt humana iuuare
Ars ope:per uicos gradiens per rura per urbes
Nunc prece nunc ſolo ſanabat corpora tactu.
Sancta dei tenuem pietas induta figuram
Non perteſa rudes animos moribundaqꝫ mēbra
Ferre nec ęſtiuo graciles aſpergere plantas
Puluere nec luteis ueſtigia ponere campis
Erubuit:tolerare famem paſciqꝫ per agros
Graminibus uitreoqꝫ ſitim reſtingere riuo
Dulce fuit:coluitqꝫ inopum conſortia:tantus
Ardor in accenſo regnabat pectore:tantis
Curabat ſtudiis humana negocia:ut ipſum

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Aethera iam poſſet ſeſeq́ꝫ oblita uideri:.
Ante ipſam quotquot hominum componere mores
Conati ſtatuere modum normamq́ꝫ dedere
Viuendi. uel pro certis incerta fuerunt
Falſaue pro ueris uel non perfecta loquuti
Hinc pater omnipotens animos miſeratus inertes
Atq́ꝫ imbecilles ſenſus & pectora tarda
Immenſum'ꝗoo reſerauit ab ęthere lumen:
Progeniemq́ꝫ ſuam ſummo demiſit olympo

¶Imperio &c. Proſequitur reliqua beneficia & miracula chriſti. Ordo eſt. Chriſtus ſup.preſſit: ideſt repreſſit & domuit: imperio: ideſt in verbo poteſtatis ſuę: iras & furorem ventorum & pelagi: ideſt maris: quia venti & mare obediebant ei. Ipſe perfuſus lumine beato: ideſt claritate diuina in qua beatitudo noſtra eſt: hoc eſt habens perfuſa: ora: manus oculos & pectora ſancta: in excelſo vertice montis galilei ſcilicet quando transfiguratꝰ eſt vt dicitur Mathei. xvii. patuit: ideſt apparuit & manifeſtatus eſt deus: numen lapſum æthere & veſtitum amictu albēti nubis: ideſt nubis lucidę (quia vt dicitur Mathei decimo ſeptimo. Adhuc petro loquente: ecce nubes lucida obumbrauit eos: & ecce vox de nube dicens. Hic eſt filius meus dilectus in quo mihi bene complacui ipſum audite) ingens globus aeris auricomi: ideſt habentis radios & fulgores aureos ad modum comarum diſperſos: ſonuit: ideſt vocem patris de nube loquentis emiſit. Et ipſe chriſtus reuocauit iterum in vitam non magico carmine ſicut phitoniſſa ſamuelem: nec vlla vi medicaminis: ſicut æſculapius reuocaſſe perhibetur: ide[illegible]te propria reuocauit dico in vitā: artus defunctos ſcilicet munere vitę: hoc eſt extinctos & mortuos. Pluto: ideſt dis: hoc eſt princeps inferorum obſtupuit animas leues: ideſt incorporeas aut agiles: emigrare ſcilicet ex carcere ipſius: & reuerti retro: quia dictum eſt: ſpiritus vadens & non reuertens. & ipſe fremens induit iras celeres: ideſt pręcipitanter agere cogentes. Et chriſtus [illegible]diens. i. ambulans per vicos per rura & per vrbes ſanabat nunc: ideſt aliquādo prece: & nūc. i. aliquādo ſolo tactu: corpora lāguida. i. ſaucia



(c) 2006 Ministerio de Cultura

& ægra: quæ humana ars nulla id eſt non vlla: non eſt potis id eſt non p[illegible] iuuare.i.leuare & ſanare: vlla ope.i.vllo auxilio: aut vlla poteſtate ſua. Et ſancta pietas dei induta tenuem figuram ſcʒ hominis fragilis: non eſt perteſa.i.aſpernata & tedio proſecuta animos rudes ſcʒ diſcipulorum aut aliorum quibuſcũ verſabatur: & nõ eſt perteſa ferre membra moribunda.i.mortalia & ad mortẽ prona vt noſtra: nec perteſa eſt aut erubuit aſpergere plantas graciles.i. pedes teneros: quos de puriſſimo [illegible]ſanctę virginis ſanguine ſibi formauerat: nec erubuit: ponere ve[illegible] id eſt pedes ſuos: in ſup. campis luteis.i.cœnoſis & lutulẽtis. Dulce fuit [illegible] ipſi tolerare famẽ: & paſci graminibꝰ per agros: & reſtringere ſitim vitreo riuo id eſt aqua limpida: & coluit cõſortia inopum id eſt pauperum: vnde ſubdit per acclamationem: tantus.i.tam magnus ardor ſcilicet charitatis regnabat ĩ pectore accẽſo.i. inflãmato igne charitatis. & tantis ſtudiis id eſt tanta diligentia & accuratione: curabat ſcʒ pietas dei: negocia humana: vt ipa poſſit videri id eſt credi aut exiſtimari: oblita æthera id eſt cœlũ: & ſeſe id eſt ſemetipſam: Quotquot hominum id eſt quotcũqꝫ homines videlicet philoſophi conati ante ipſam: ſcʒ pietatẽ dei in forma humana apparentis: cõponere.i.reformare mores hominum: ſtatuere.i. conſtituerunt modum & dedere normam.i. regulam viuendi: locuti fuerunt vel incerta pro certis: ve pro vel falſa ꝓ veris: vel non perfecta. Alii enim vera documenta dederunt: ſed non ſatis firma neqꝫ cognita: eo ꝙ carerent vera auctoritate: alii falſa dederunt alii vera & autentica ſed minus perfecta: ſolus autẽ chriſtus veros & ſalutiferos mores docuit. Hinc id eſt ex hac occaſione ꝙ nullus certam & ꝑfectam legem viuendi dederat: pater omnipotens miſeratus animos inertes atqꝫ ſenſus imbecilles (Annotãdum quia hic & in hoc opere ſemel prius imbecilles ſecunda longa poſuit contra Doctrinalis ſententiam: nec dubium ſi ex bacillo componitur quin ſecundam corripiat) & pectora tarda ſcilicet hominum: reſerauit id eſt aperuit lumen immenſuʒ ab æthere ęoo id eſt a ſummo cœlo: & pr[illegible] eſt ſuam progeniem id eſt vnicum quem progenuit filium [illegible] olympo id eſt cœlo: ſummo: quia etiam in terris olympus eſt non fruſtra additur ſummo.

Hæc ſunt illa: quibus deus inſtaurare caducum
Naturæ labentis opus: tentauit: & omni
Conatus ſtudio ueteres auertere morbos
Vt patrias ſordes crimenqꝫ aboleret auitum

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Legit inauditum fati genus: illita fuſo
Sanguine & ardenti liuentia uerbere membra
Perfoſſumq; caput terebrataq; tempora duris
Sentibus erexit miles romanus in altum
Aera: frigentes plantas proiectaq; longe
Brachia & humentes oculos & pectus apertum
Concretoſq; pio crines barbamq; cruore
Ingratę moriens plębi monſtrabat ab alta
Arbore: & ingenti mortem clamore ciebat.
Cuius ad interitum cœpere elementa moueri:
Sol gemuit nigroq; caput uelauit amictu:
Contremuit tellus: timuit mare: palluit aer:
Et colliſa graui ſonuerunt marmora planctu.
Hæc fuit atra dies & lamentabile tempus
Cum ſubito media tenebris in luce ſubortis
Lumen in horribilem fugit ſine nubibus umbram:
Aurea cum uernus retineret uellera titan:
Longaq; longinquę contraria ſidera libræ.
Sic eſt parta ſalus homini: long[illegible] primę
Cum gemitu & lachrymis deleta iniuria culpę eſt:

¶ Hęc ſunt illa &c. Pergit enumerādo beneficia dei patris qui videlicet proprio filio nō pepercit ſed pro nobis tradidit illū. Ordo eſt. Hæc ſcʒ dicta beneficia ſunt illa quib⁹ deus tentauit inſtaurare .i. reparare caducum opus naturę labentis .i. tendentis ad interitum: & quib⁹ ipſe conatus omni ſtudio .i. tota diligentia & accuratione: auertere .i. abolere ve-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

teres morbos ſcʒ animorũ: vt aboleret ſordes patrias.i.a patribꝰ cõtra/ctas: & crimen auitum.i.ab auo ſcilicet protoplaſto traductum legit.i. elegit inauditum genus fati.i.mortis. Nam miles romanus: ſatelles ſcʒ pylati: erexit in altum aera cũ cruce ſcʒ: membra ſcʒ eius: hoc eſt chriſti: illita.i.perfuſa & irrigata: ſanguine ſcilicet eius fuſo: & liuentia.i.liuidi. hoc eſt plombei coloris maculas & vibices habẽtia: verbere.i.ex flagel lo: ardenti.i.ardenter incuſſo: & erexit caput perfoſſum & tẽpora.i.iũ/cturas capitis inter aures & frontẽ terebrata.i.perforatas: ſentibus.i.ſpi nis duris.i.aſperis & fortiter penetrantibꝰ. Et ipſe chriſtus moriẽs mõ/ſtrabat plebi ingratę ab alta arbore ſcilicet crucis: plantas frigentes.i.pe des mortuos & brachia proiecta (aut potius porrecta).i.extenſa longe & oculos humentes (quia cũ clamore valido & lachrymis exauditꝰ eſt pro ſua reuerentia: vt dicitur ad heb.v.) ſcʒ lachrymis: & pectus apertũ ſcilicet lancea: & crines ſcʒ capitis: hoc eſt capillos/ concretos.i.conglu/tinatos: & barbam ſup.concretã: cruore.i.ſanguine pio.i.innocenti & pie effuſo: ab impiis tamen & pro impiis. Et ciebat.i. vocabat mortem ſup.cũ clamore ingenti.i.valido: vt dicit euãgeliſta. Ad cuius.ſ.chriſti: interitũ.i.mortẽ & obitum: elemẽta cœpere moueri: & ſol gemuit.i.ſi/gnũ mœroris oſtẽdit: & velauit caput amictu nigro.i.tenebroſo: quia tenebrę factę ſunt ſuper vniuerſam terrã.tellus.i.terra: contremuit: ma/re timuit: aer palluit & marmora.i.ſaxa quis: colliſa.i.confracta & ſciſſa ſonuerunt graui planctu: Hæc ſcilicet mortis chriſti fuit atra.i.obſcura & lugubris dies: & tempus lamentabile: quum.i.quando: lumen.i.cla/ritas ſolis fugit in horribilem vmbram.i.caliginem formidabilem: ſine nubibus.i.non tectum nubibus: vt in tempeſtatibus ſolet: & hoc tene/bris ſubortis ſubito.i.ex improuiſo: in media luce ſcilicet diei: cũ.i.quã do titan.i.ſol: vernus.i.exiſtens in vere: quia in martio: retineret vellera aurea ſcilicet arietis in cœlum tranſlati ſm fabulas.i. cuʒ ſol eſſet in arie/te: & longa.i.longe poſita ſidera librę longinquę.i.longe poſitæ eſſent ſup.contraria.i.in ęquinoctiali ex aduerſo: illo eniʒ tempore quo ſol arietem ingreditur ad id quo libram ſemiſſanus eſt: & ita libra erat ſub te/nebris: Salus eſt parta.i.acquiſita ſic homini: & iiuria.i.offenſio lõgęua .i.quę tam diu durauerat: primę culpæ.ſ.originalis: ẽ deleta cũ gemitu & lachrymis ſcilicet chriſti: vt iam recitauimus.

Immemores tanti populus patreſqʒ laboris
Neglecto ſuperum cultu ſpretoqʒ tonantis
Imperio baccho indulgent uenerịqʒ miniſtrant:

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Sacra ferunt auro: nummis altaria condunt:
Auro uina libant: auro laquearia fulgent:
Scorta tegunt gemmis: canibus conuiuia ponunt:
Sordet in exili uirtus incognita ueſte:
Exuuiis inopum culti: diteſcq; rapinis:
Succeſſu elati ſuperos Acherontaq; rident.
Propterea hoſtilis rabies inſurgit & ira
Corda micant: maiora nouus fert pręlia mauors:
Auſoniæ labentur opes: nam clauſtra liburnæ
Pręteriens anguſta uiæ: per rura timaui
Qua ferus algenti gotus deſcendit ab axe
Seu qua piceni ſuperum mare littoris oras
Alluit epirum dirimens & iapygis arua
Turcorum ingentem paruus uomet angulus undam
Biſq; patens expertus iter magno agmine miles
Veloces aſcendit equos: ſonuere pharetrę
Cornipedum crebris reſonant hinnitibus auræ
Vallibus in mediis: & quadrupedante tumultu
Auditur longe ſtrepitus clamorq; uirorum.
Sublati quotiens ęſtu rapiente uapores
Alta petunt piceoq; tegunt uelamine cœlum:
Et noua tempeſtas clauſiſq; ſonantia uentis
Nubila per cœli tractus uoluuntur apertos:

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Rugitu ingenti reſonans uolat aere grando
Pulſa noto boreaue: tremunt cum rupibus alpes
Tunc fracta ſi nube fragor ſubit ima profundæ
Vallis: & impulſu nemorum & telluris opacę
Vndiqꝫ comprenſus fugit atqꝫ repellitur aer:
Aerii montes clamant: magnoqꝫ boatu
Antra ſonant: ſtygium dicas mugire baratrum:
Horrida per campos procul exaudita pauentes
Corda ferit gelido ſtrages humana timore:
Tale ſonat longo populatrix agmine turba
Ore manu teloqꝫ minax ſitibundaqꝫ noſtri
Sanguinis irrumpit: ſcopuloſa ceraunia lugent:
Sylua uetus dodona timet: gemuere moloſſi
Rura ſoli: tremit omnis ager: pauet adria pondus
Claſſis: & adductum peregrino remige martem:
Trans mare trans indos nabathęaqꝫ regna: nefandę
Gentis in auxilium rutilo uolat Eurus ab ortu
Impiger: & firmę captat iam littora terrę
Butroti iam culmen habet: ſummaſqꝫ per arces
Dyrrachii ſtridens frondoſa cacumina curuat.
Velaqꝫ iam ſinuans proras ęrataqꝫ roſtra
Vertit in Italiam: ſalit ęquor: & unda carinas
Auſoniam uerſus ſenſim leuat: atqꝫ ſecundum

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Spondet iter: culpanſqꝫ moras neptunia doris
Per noctem ad nautas ita circum littora clamat;

¶Immemores tanti &c. Deteſtatur ingratitudinẽ chriſtianorũ qui pro beneficiis chriſti cõtumelias illi quodãmodo inferũt baccho & veneri indulgẽtes & quodãmodo ſacrificantes: ob quã iiuriã: deus perſecutionem magnã italis ꝑſertim a turcis inferri ſinit: grauioremqꝫ minatur vt auctor graphice docet vt patebit ex ordine qui talis eſt. Populus.i. plebei & vulgares: & patres .i. maiores & primores populi: immemores.i. ingrati tãti laboris: indulgent baccho.i. bibacitati & ebrietati: & miniſtrant.i. obſequũtur veneri.i. libidini. neglecto cultu ſuperum & ſpreto imperio.i. mandato tonantis.i. dei. Et ferunt ſacra id eſt ſacrificãt: auro (Vnde auaricia ab apoſtolo dicitur idolorum ſeruitus: & ſicut de epulonibus dicitur: quorũ deus venter eſt: Ita & de auaris dici poteſt ꝙ eorum deus ſit mãmon: quia id cuiqꝫ deus eſt: quod ſumme amat: id autẽ eſt aurum auaris: quia vbi theſaurus tu⁹: illic & cor tuũ: luxurioſis autẽ aſmodeus & venus numina ſunt) Sacrificant ergo auro: & cõdunt nũmis id eſt pecuniæ altaria (quod tempore Iuuenalis nondum fecerant vnde dicit Satyra.i. Quandoquidem inter nos ſanctiſſima diuitiarum Maieſtas: etſi funeſta pecunia templo Nondũ habitas: nullas nũmorum erexim⁹ aras: Vt colitur pax atqꝫ fides: victoria: virtus &c.) & libant.i. ſacrificant auro vina. & laquearia.i. connexiones trabium in tabulatis camerarum: fulgent auro. & ipſi tegunt ſcorta.i. meretrices aut catamitos: gemmis: & ponunt canibus (quos alunt ad venatum) conuiuia neglectis aut ſpretis pauperib⁹ chriſti. virtus ſordet incognita in veſte exili id eſt tenui & modica: & homines ſcelerati.ſ. populus & patres: culti id eſt ornati: exuuiis id eſt ſpoliis inopum: & dites.i. diuites & opulenti: rapinis.i. per rapinas & furta: & elati.i. ſuperbi & tumidi: ſucceſſu ſcꝫ proſpero: rident.i. derident ſuperos & acheronta.i. tormẽta infernalia Propterea.i. & ideo: rabies hoſtilis.i. furor hoſtiũ: inſurgit.i. oritur: & corda ſup. eorum: micant.i. ardent: ira: & nouus.i. inſolitus mauors.i. mars. hoc eſt inſolitum bellũ ſcꝫ a turcis illatum: fert maiora prelia: quia itali inter ſe fere pro rebus & dominio certant: cũ turcis autẽ pro vita & religione res agitur. Opes.i. diuitię & facultates auſonię.i. italię: labẽtur.i. ſtatim ad nihilum redigentur: peritum tendent & iminuẽtur. Nã [illegible] angulus.i. ſinus maris aut fluuii: pretereũs anguſta clauſtra viæ liburnę.i. quę ducit e liburnia ad italiã: per rura tymaui (per quę anthenor in italiã venit. vñ.i. æneid. Anthenor potuit mediis elapſus achiuis

(c) 2008 Ministerio de Cultura

Regna liburnorum & fontem ſuperare tymaui: vnde per ora nouē: va
ſto cū murmure montis It mare proruptū & pelago premit arua ſonā
ti) illius igitur fluuii venetorū iuxta concordiā & trigeſtā oppida: qua
ſup. parte ferus gotus deſcendit ab axe algenti. i. ſeptētrionali: ſeu ab ea
parte qua mare ſuperū. i. adriaticuꝫ alluit oras littoris piceni dirimens
epirum regionem illā ex aduerſo calabriæ: & arua iapygis pro iapygiæ
. i. calabriȩ iuxta garganū montem vbi iapyx ventus flat; angulus dico
paruus vomet. i. ſtatim emittet ingentē vndam. i. manū aut copiā abū
dantem turcorū: Et miles. i. ſtipendiarius tu.corū bis expertus iter pa
tens. i. apertum & puium eſſe (quia iam du[illegible]s excurſiones fecerat) aſcen
dit magno agmine veloces equos: quos certe pniciſſimos habent: pha
retrȩ (quia arcubus plurimū poſſunt pręcipue parthi) ſonuere: & aurȩ
reſonant crebris hinnitib⁹ cornupedum ſcꝫ equorū: qui duros habent
illic pedes ita vt ferro non indigeant: in mediis vallibus & ſtrepitus au
ditur longe: tumultu quadrupedante. i. quaternis pedib⁹ equorū vide
licet obſtrepēte: & clamor virorū auditur longe. Sublati &c. Ponit ſimi
litudinē tempeſtatis ſonorȩ dicens. Quotiens vapores ſublati. i. ſurſuꝫ
lati ȩſtu ſcilicet ſolis: rapiente. i. attrahēte: petunt alta. i. altitudinē aeris
& tegunt cœlum velamine piceo. i. fuſco & obſcuro: & tempeſtas noua
& nubila ſonantia ventis clauſis vnde tonitru excitatur: voluuntur per
apertos tractus cœli: grando reſonās rugitu ideſt ſtridore ingenti volat
aere id eſt per aerē: pulſa noto id eſt vēto illo humido: ve pro vel borea
id eſt vento ſeptentrionali frigido: & ſup. alpes tremunt cum rupibus:
tunc fragor id eſt ſonit⁹ fragoris ſubit ima id eſt īfima: hoc ē īfimas par
tes: vallis profundȩ: nube fracta. i. diſſoluta cū fragore & tonitru: & aer
comprenſus impulſu nemorū id eſt arborum in ſiluis exiſtentiū: & tel
luris opacæ: quā penetrare non poteſt fugit atqꝫ repellitur vndiqꝫ. i. ex
omni parte: & montes aerii. i. alti & in aerē extenſi: clamant. i. reſonant:
& antra. i. cauernȩ ſonant magno boatu. i. clamore qualem bos edit: &
dicas. i. dicere poſſis: hoc eſt quilibet dicat aut dicere poſſit: baratrū ſty
gium. i. voraginem infernalem mugire. i. taurinū ſonū emittere: & tūc
ſtrages id eſt proſtratio & occiſio hominū & pecuduꝫ exaudita procul
per campos pauentes id eſt in quibus ſunt homines pauentes ferit hu
mana corda gelido timore. i. frigus ingerente: tale. i. taliter ſonat turba
. ſ. turcorum populatrix. i. deprædatrix: ſonat dico longo agmine: exi
ſtens minax. ore id eſt clamore manu & telo: & ipſa ſitibunda id eſt aſſi
due ſitiens & appetēs. noſtri id eſt chriſtiani ſanguinis: irru[illegible]
ptionem facit in nos. Ceraunia: mōtes in epiro a crebris fulminibus de
nominati: ſcopuloſa id eſt ſcopulis & rupibus plena; lugent id eſt lugē

(c) 2006 Ministerio de Cultura

tium clamorẽ referunt. dodona vetus ſilua in chaonia quę eſt pręcipua pars epiri: timet: & rura ſoli moloſſi: quod etiã in epiro eſt vbi optimi ſunt canes venatici qui & moloſſi dicuntur: oĩs ager tremit: adria. i. mare adriaticũ: quod alluit venetias & ſuperũ dicitur. pauet pondus claſſis ſcȝ turcorũ: & martem. i. ductorem belli aut exercitũ adductũ remige peregrino id eſt externo trans mare: trans indos: & trans regna nabathea quę ſunt in arabia quorũ oppidũ petram vocãt: eurus ventus ille orientalis: volat impiger. i. celer ab ortu rutilo. i. rutilante: vtpote oriẽtali: in auxiliũ gentis nefandę. ſ. turcorũ ĩfideliũ & chriſti inimicorũ: & captat: iam littora firmę terrę. ſ. eurus: & habet iã culmen butroti illius vrbis chaonię q̃ eſt pars epi[ri] alpeſtris vnde bene hic culmen dicit: ſicut tertio ęnei. Et celſam butroti aſcendimus vrbeȝ: & ipſe ventus. ſ. eurus: ſtridens per ſummas arces dyrrachii illius oppidi in epiro: quod olim epidãnus dicebatur. cuius arces etiã lucanus nominat lib. ſexto. curuat cacumina frondoſa ſcȝ ſiluę vicinæ: & ſinuans. i. incuruãs iã vela: vertit proras & roſtra ęrata. i. ęre aut ferro munita: ĩ italiã: ęquor ſalit: & vnda leuat carinas ſenſim. i. perceptibiliter ad ſenſum: verſus auſoniã. i. italiã atqȝ ſpondet. i. pollicetur: iter ſecundũ. i. proſperum: & doris neptunia. i. neptuni coniunx: olim pro dea habita: culpãs. i. incuſans & deteſtãs moras ſcȝ turcorum clamat per noctem: ad nautas circũ littora ita. i. in hunc moduȝ qui ſequitur: hoc autẽ fingit recte poeta ſignificans mare eſſe iam turcis peruiũ: cum chriſtiani peſte & mutua cęde confecti ſint: res autẽ facilis nos quodãmodo inuitare videtur ad ſe peragendã: itaqȝ fictio ab natura non abſcedit.

Tempora martigenę quid idonea perditis: ite:
Ite lares italos & fundamenta malorum
Romuleas arces & pontificalia tecta
Colluuiem ſcelerum temerate fauentibus auris:
Ite citi quando aſtra uocant quando omnia mandant
Numina: flammanti mauors quid cogitet ore
Cernite: ſaturni facies infenſa latinis
Quid uelit: atqȝ Iouem lętos non ire per ignes
Suſpicite: & quo fata uocant conuertite proras:

(c) 2008 Ministerio de Cultura

Aetherię mentes quibus eſt tutela latinę
Gentis: ab occulto bella hęc immiſſa uidentes
Imperio patris: & longa clade eſſe litandum
Imbelles hęrent: atq̧ in ſua regna furorem
Ire ſinunt: Romaq̧ alio fugere relicta.
Cæde noua ueteres culpas obolere neceſſe eſt:
Ecce tarentinis uacuas in collibus urbes:
Et nudas cuſtode domos: & littus inerme
Milite deſeruit dux parthenopęus abacto.
Hetruſcas populata domos modo trans iuga pulſo
Marte per ęmiliam & uenetos bacchatur erinnys:
Nec uos immenſum dirimit mare: tranſitus una
Nocte breuis calabros turmas exponeret agros.
Vix ſpacio maiore fretum diffunditur iſtud
Q̃ quod adhuc fama notũ eſt athamantidos helles:
Et uada leandri crebro ſulcata natatu.

¶ Tempora martigenę &c. Doris quia ad traiiciendũ in italiã turcis oĩa proſpera viſa ſũt cohortat̃ turcos gręcię fere dños: ad italiã expugnãdã docẽs eã ad turcos legitimo iure ptinere: cũ plurimę eius vrbes a gręcis cõditę ſint: occaſione cui⁹ plurimarũ originẽ cõmemorat. Ordo eſt. O martigenę. i. viri fortes quaſi a marte geniti (Oratoriuʒ eſt ab ea virtute quẽpiã laudare quã in eo deſideres) quid. i. ad qd pditis. i. fruſtra & ſine vtilitate tranſigitis: tẽpora idonea. i. opportuna ad italiã expugnãdã: ite: ite iquã in lares italos: & temerate. i. temere violate & polluite: arces romuleas. i. romanas a romulo cõſtitutas: & tecta põtificalia. i. in qbus ſumm⁹ chriſtianorũ põtifex reſidet: appoſitorie fundamẽta malorũ ? colluuiẽ ſcelerũ. i. ſentinã & p̃cipitiũ oĩm vitiorũ; aut maxi[illegible] gio nis vr̃æ inimicã: temerate dico auris fauẽtib⁹. i. dũ aurę fauẽt. Ite citi qñ

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ideſt quádoquidē aſtra vocāt: & quādo.i.quandoqdē oia mumina mā
dant: Cernite qd mauors.i.mars cogitet.i.prętendat ore flāmāti.i.igni
ta facie: & quid facies ſaturni īimica latinis: velit.q.d.nō aliud q̄ excidiū
ii aūt duo planetæ ſunt mortalib⁹ maxime īimici: præcipue iis quibus
malū portendūt atq; ſuſpicite.i.ſurſum aſpiciētes videte iouem nō ire
per ignes lætos.i.ſigna beniuola: quibus frangat maliuolentiam & in-
fortunia martis & ſaturni: & conuertite proras: ideſt priores partes na-
uis a proruendo eo φ aquas proruant dictas: eo ſupple quo fata: ideſt
deorum voluntates & pronoſtica vocant. Mentes ętherеę: ideſt ſpirit⁹
cęleſtes quibus eſt tutela: i.qui habent tutelam & cuſtodiam gentis lati-
næ.i.italicę: vidētes hec bella eſſe miſſa ab occulto imperio patris.ſ.cæ-
leſtis.i.permiſſione diuina ad puniēda ſcelera italorū: & vidētes litādū
.i.piandū eſſe ſcelus & placandū deū: longa clade.i.cæde & calamitate
latinorum: hęrent.i.ſtupent & immobiles manent imbelles.i.tanq̄ ſint
imbelles.atq; ſinūt.i.permittunt: furorē.ſ.bellicū ire in regna ſua.i.ſibi
credita: & fugere.i.fugerūt relicta roma: alio.i.ad alium locum: neceſſe
eſt abolere.i.delere veteres culpas noua cęde (Cui⁹ verbi duplex poteſt
eſſe ſenſus: aut enim de culpa turcorū loquitur vt ſit neceſſe eſt vos pur-
gare negligentias veſtras magna ſtrage chriſtianorum: aut potius pro-
pter ſequentia: loquitur de culpa chriſtianorū: vt ſit neceſſe eſt chriſtia-
nos abolere culpas ſuas: noua.i.magna & īaudita cęde.i.occiſione ipſo
rum paſſiua videlicet) Ecce vrbes vacuas in collibus tarentinis: ideſt in Tarentum
quibus ſitum eſt tarentum: oppidum calabrię circa ſalentinorum confi
nia: a tara neptuni filio primu; ędificatū: & ecce domos nudas: ideſt de-
ſtitutas cuſtode.i.duce & protectore: & ecce littus ſcilicet tarentinum in
erme: ideſt ſine defenſione. Nam dux parthenopeus: ideſt neapolitan⁹
(A parthenope enī vna e trib⁹ ſirenibus dicta eſt ciuitas quę nūc neapo Neapolis
lis.i.noua vrbs dicitur parthenope ſeu pthenopea) deſeruit ſupple do- Parthenope
mos & littus dictū: milite abacto.i.alio ducto. Erynnis.i.rabies bellica:
pp̄lata domos hetruſcas.i.poſtq̄ ſpoliauit hetruriā: bacchat.i.furibun-
da diſcurrit mō & hoc marte.i.bello pulſo.i.trāſmiſſo trās iuga.ſ.apeni
na: bacchat dico p æmiliā ſup. viā iuxta bononiā: & p venetos: qa ferra
rienſi duci opē cōtra venetos tūc ferebat. Nec imenſū mare dirimit.i.ſe-
parat & diſtinguit vos ab italis: trāſit⁹.i.traiectio: breuis.i.breui tēpore
faciēda: exponet turmas ſup. vētas. i agros calabros vna nocte. Iſtud fre
tū.ſ.qđ eſt iter epirū & calabriā: vix diffūdit maiori ſpacio q̄ ſup. helleſ-
pōticū qđ notū eſt adhuc.i.diuulgatū & famoſū fama helles athamāti
[illegible] hamātis filię: & q̄ vada ſulcata.i.trāſmiſſa crebro natatu: leādri
cum.i.ad amicam tranauit vt docet ouidius in epiſtolis.



(c) 2006 Ministerio de Cultura

Ite quid ambigitis? uobis eſt debita tellus
Itala qui phrygios domuiſtis & hellada: gentes
Oenotrię ducunt genus ab radicibus illis.
Quis pallenteum? ueterem quis condidit albam?
Hoc opus æneę profugi: fuit Arcadis illud.
Dardanius phrygia ueniens Antenor ab ida
Euganeis latam ſtatuit ſub collibus urbem:
Quę ſupereſt triplicicꝫ ſedet munimine cincta:
Parraſii piſas: pubes ſpartana tarentum
Struxit: & imperium Daunus partitus & agros
Cum diomede fuit cuius tenet inſula notum
Nomen adhuc: ſunt qui auſoniam de nomine dicant
Auſonii laertiadę de ſanguine olyſſis.
Progeniti: quid ſurrentum tyrrhenacꝫ dicam
Regna? quibus lydi frater tyrrhenus ab agris
Męoniis aſiæ ſortes & fata ſecutus
Attulit & leges alias & nomina fixit:
Et phaetontiades loca per montana liguſtus
Errantes populos domuit: liguresqꝫ uocauit.
Sardoum tenuit littus ſatus hercule magno
Sardus: & a graiis Cyrni deſcendit origo:
Roma phrigum labor eſt: capuanacꝫ mœnia: Manto
Filia dircei uatis poſt condita tecta

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Et clarii delubra dei comes addita lydis
Cum duce tyrrheno uenetos annauit ad agros.
Tybur ab argolicis poſitum: locrenſibus aiax
Auctor: ab argiuis uolſci fundata Coracis
Oppida. Quid ſcopulis ſegnes hęretis in iſtis:
Veſtra nec aſpicitis ſeſe oſtentantia regna:
Arduus heſperio uobis garganus ab orbe
Oſtentat ſublime caput: cum mane colorat
Sol nouus oppoſitos ęoa lampade montes
Cernimus excelſas umbris in rupibus arces
Piceniſq; iugis albentia mœnia: clamat
Vos ab oliuiferis lætiſſima collibus ancon
Brachiaq; in portus pandit ſinuata capaces
Amplexura rates & ſuſceptura benigno
Maumeti genus hoſpitio: fautrixq; futura.
Gloria uos ęterna manet: generoſa nepotes
Facta legent: patrumq; uolens exempla iuuentus
Magna ſequi pugnas animoſior ibit in omnes:
Et partas augebit opes: natoſq; per artes
Ingenuas ducet uirtus audita parentum.
Sic uiuet longęuus honos & fama ſuperſtes
Per populos ibit late: Si troius hęros
Iſta per iratum diis aduerſantibus ęquor



(c) 2006 Ministerio de Cultura

Nauibus amiſſis & milite cepit inermi
Arua:quid hęc delecta manus congeſtaq; claſſis
Fœta armis animiſq; ducum numeroq; uirorum
Moliri poterit:longo iam uincitis ęuo:
Nec fugere a ueſtris audet uictoria caſtris:
Vos immane genus Thraces & marte ſuperbos
Nubigenas ſęuoq; ſatas Ixione gentes
Atq; pelectronios laphithas uiciſtis:& omnem
Euboiam:Pelopiſq; domos:altamq; corinthum:
Euxinum pelagus ueſtrum eſt:& lata propontis:
Ioniumq; fretum:lęto uos Adria uultu
Nunc uocat:& fines thetys quæ cingit hetruſcos
Et minor eſt uobis audacia uiribus:ite
Diuitias.Aurum.pecus.& ſola pinguia uobis
Heſperii ſeruant.iſtis audete potiri:
In uetitas non itis opes in ueſtra uenitis.
Hęredis non hoſtis erunt oenotria regna
Cum ueſtrę ditionis erunt:modo poſſidet hoſtis
Auſoniam:patiturq; truces inuita tyrannos.
Nocte dieq; gemunt urbes:durumq; recuſant
Ferre iugum:populi tenſis ad ſidera palmis
Maturare rogant:ita ſe finire labores
Aerumnaſq; putant:& libertate potiri.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Ite quid ambigitis &c. Docet(vt dixi)doris italiã ad turcos gręciæ &
phrygię poſſeſſores ptinere cũ fere a gręcis & troianis ędificiis & ciuita-
tib⁹ ornata ſit. Ordo eſt. Ite(inqt doris)quid ambigitis.i.dubitatꝭ & hę
ſitatis: tellus itala.i.italica: eſt debita.i.debeť vobis: q domuiſtis phrygi
os.i.troianos: & hellada.i.gręciã: q̃ hellas hellados dicit̃.gẽtes œnotrię
.i.italicę: ducũt genus ab illis radicib⁹.i.ſtirpibus.ſ.phrygibus & gręcis
Quis condidit pallenteum.i.vicum in illis locis vbi nunc Roma eſt: &
quis condidit albam ciuitatem non ſane longe a Roma: hoc ſcilicet al-
bæ conditio: fuit opus æneę profugi: ſaltem per aſcanium filiũ ei⁹ ſecũ-
dum virgilium & liuiũ: & illud.ſ.pallanteũ: fuit op⁹ archadis.ſ.euãdri
qui matris carmentæ vaticinium ſecutus in italiã venit: Antenor darda
nius.i.phrygius: veniens ab ida: ſilua illa in monte troiano: phrygia.i.
troiana: ſtatuit.i.conſtituit latam vrbem ſcilicet patauium: ſeu vt nunc
dicimus a pado: paduã: ſub collibus euganeis.i.in oris venetiis quas eu
ganei tunc habitabãt: q ſup. vrbs.ſ.padua: ſupeſt.i.ad huc extat: & ſedet
.i.ſita eſt aut tuta eſt: cincta triplici munimine.i.munitione & ãbitu mu
rorũ ſane denſorũ: Parraſii.i.arcades: ſtruxerũt ſup. piſas: vrbem illam
nominatiſſimam in italia: pubes ſpartana.i.laconica: ſtruxit tarentũ de
quo iam diximus: & daunus pater turni rutulorum princeps: partit⁹
fuit imperium & agros cum diomede: qui turpitudinem vxoris fugiẽs
poſt excidium troiæ: relicta ætholia in calabriã venit: cuius ſcilicet dio-
medis inſula tenet abhuc nomen notum: quia diomedea dicitur. Sunt
qui dicunt auſoniam.i.italiam de nomnie auſonii ducis eorũ: progeni
ti de ſanguine olyſſis(pro quo nunc paſſim vlyxes dicitur)laertiadæ.i.
laertę filii: ſecundum quoſdam: licet ſint qui dicant ſiſiphi filium. quid
.i.ad quid dicam ſurrentum oppidũ illud in italia: & regna tyrrhena.i.
quę ſunt ad mare tyrrhenum: hoc eſt dominium quod nunc florentini
tenent: ſed olim in ethruria erant duodecim reges qui lucumones di-
cebantur vnde hic recte dicit regna: quibus ſcilicet regnis tyrrhenus vir
ille ex mæonia oriundus: frater lydi a quo lydia dicta eſt: ſecutus ſortes
& fata aſiæ: ideſt quæ habuerat in aſia: attulit leges alias: q̃ ſcilicet prius
habuerãt: & fixit nomina ſupple ſua: attulit dico ab agris mæoniis qui
nunc lydii dicuntur: Et ligyſtus phaetontiades: ideſt phaetontis ſecun
dum fabium pictorem filius: domuit populos errantes per loca mon-
tana(talis enim fere tota liguria eſt quæ eſt ps italiæ iferioris cui⁹ caput
genua aut vt quidam nunc dicunt ianua eſt)& vocauit ligures ſcilicet a
nomine ſuo. Sardus ſatus.i.genitus magno hercule ſecundũ ſolinum
te[illegible]s ſardoum: ideſt inſulę ſardiniæ quę eſt in mari tyrrheno: &
origo cyrnę inſulæ in mari liguſtico: quę corſica nunc dicitur deſcendit



(c) 2006 Ministerio de Cultura

a graiis.i.a cyrno qui terapnes rex fuit. Si in textu habetur cyrni ordo eſt
origo cyrni: a quo corſica cyrna vel cyrne dicta eſt deſcendit a gręcis ſcili
cet terapneis. Roma eſt labor phrygũ (quia vt dicit Saluſtius vrbem ro
mam ſicuti accepimus ab initio condidere troiani) & mœnia capuana
ſunt opus phrygũ: capua aũt pręclara vrbs eſt in campania italię. Man
to filia vatis dircei.i.thebani: videlicet tyrrheſiæ vt prius dictũ eſt: poſt
tecta & delubra dei clarii.ſ.apollinis: condita.ſ.a ſe: ipſa addita comes ly
dis ãnauit cum duce tyrrheno ad agros venetos: vbi.ſ. mantua ab ea de
Tybur nominata hodie conſpicitur. Tybur eſt poſitum.i.ędificatum ab argo
licis.i.gręcis (vñ ouidi⁹ faſt.4. Iam mœnia tyburis vdi Stabãt argolicæ
quę poſuere manus. Sextius aũt gręcus hiſtoric⁹ vt refert tortellius lib.
antiquitatũ vi. dicit Cathyllũ amphiarci filiũ poſt patris abſorptionē
iuſſu oiclei aui ſui cũ oĩ fœtu & ſacris in italiam miſſum tres liberos pro
Corax creaſſe Tyburtũ Coracē & cathyllũ: qui depulſis ex oppido haud lõge
a roma veteribus ſicanis a noīe tyburti maximi natu tybur oppidũ vo
cauerũt: nec deſunt q ſingulos fratres dicãt ſingulas vrbes cõdidiſſe: cui
rei teſtimoniũ phibet mons qui adhuc cathyllus dicitur: & Corax op
Locrus pidũ famoſũ inter volſcos) Aiax.ſ. oilei fili⁹ (nã thelamoni⁹ ſeipſũ oc
cidit) eſt auctor locrenſib⁹. Is enĩ in locrino mõte in brutiis ad extremũ
italiæ ex oppoſito ad pelorũ: locrũ ciuitatem cõdidit cũ naritiis qui il
lum ſecuti ſunt ad italiam vnde virg. in iii. æneí. Hic & naritii poſuerũt
mœnia locri.) Et oppida coracis volſci.i.illius oppidi quod eſt ĩter vol
ſcos ſunt fũdata ab argiuis.ſ.corace.tyburto & cathyllo: ſed hoc denoīa
tum a Corace vt dixi. Quid.i.ad quid o turci hæretis.i.moramini quaſi
affixi: in iſtis ſcopulis.i.locis ſaxoſis & ſterilib⁹: nec aſpicitis regna oſtē
tantia ſeſe vobis. Garganus mons ille calabrię arduus.i.ſublimis & alt⁹
oſtentat caput ſublime ab orbe heſperio.i.tractu italico: oſtentat dicit
tunc: cum nouus ſol colorat mane: ideſt tempore matutino lãpade ęoa
ideſt radiis ſuis ab oriente traductis montes oppoſitos: ideſt e regione
& ex aduerſo ſitos. Nos cernimus excelſas arces ſcilicet ciuitatum in ru
pibus vmbris: ideſt vmbrorum populorum italiæ ditiſſimorũ. & nos
cernimus mœnia albentia in iugis picenis quę.ſ. ad mare adriaticũ ver
Picenum gunt. (Picenũ enĩ vt dicit Strabo lib.v. Poſt vmbrię ciuitates quæ inter
ariminũ anconēq; iacẽt extēdit: vrbes aũt picenorũ regio habet e qbus
Ancon Ancon græca ciuitas eſt a Syracuſanis cõdita: dyoniſii tyrannidē fugitã
tibus: ſitaq; eſt in promõtorio incluſum cõplectēte portũ dũ ad ſeptē
triones circũflectitur vini aũt ac frugũ vberrima &c. quia ergo a græ
condita: aut quia vberrima: dicit auctor noſter) Ancon ciui[illegible] pice
norũ lætiſſima.i.pinguiſſima & vberrĩa: lætitiã vbertate & amœnitate

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ſua afferēs: clamat vos a collibus oliuiferis. i. oleā aut oleū abūde ferēti-
bus: & ipſa ſinuata. i. īcuruata ad amplexandū vos ſi veneritis: aut ipſa
pandit brachia ſinuata. i. īcuruata ī portus capaces: āplexura rates ſup.
veſtras: & ſuſceptura genus Maumeti benigno hoſpitio: Et futura vo-
bis fautrix. Aeterna gloria manet vos. i. certo futura eſt vobis. nepotes
ideſt poſteri veſtri legent generoſa facta: ideſt geſta veſtra: & iuuentus:
ideſt multitudo aut congregatio iuuenum: volens ſequi magna exem-
pla patrum: ibit animoſior in oēs pugnas: & augebit opes partas: ideſt
acquiſitas a vobis: & virtus parentum: audita. i. cognita ex recitatione
eut lectione: ducet natos per artes ingenuas: ideſt generoſas & ingenuis
hoc eſt liberis a natiuitate dignas. Sic: ideſt hoc modo viuet honos: id
eſt honor longeuus: ideſt diu durans: quia in poſteros per imitationeꝫ
transfundetur: & fama ſuperſtes: ideſt ſuperuiuens & non emoriēs ibit
ideſt diuulgabitur late per populos qui tunc erunt. ¶ Si troius &c. Sua
ſit ab vtili. debito. & honeſto. nūc ſuadet a facili vtens exemplo & argu-
mentans a minori dicens. Si hæros. i. vir inclytus & ſemideus troius: id
eſt troianus videlicet ęneas: cepit iſta: ideſt italica arua (quę facile cuiuis
incurſanti ſemper patuerunt præda) milite inermi: & nauibus amiſſis
per ęquor iratum: ideſt tempeſtatibus commotum: diis aduerſantibus
.i. obſiſtentibꝰ: quid poterit moliri: ideſt molimine & mole conari hæc
manus: ideſt multitudo armatorū: delecta: & hęc claſſis congeſta: fœta
armis: & animis ducū: & numero virorum? quaſi dicat maximuꝫ quip
piam. Vos iam longo ęuo: ideſt longo tempore vincitis ſupple chriſtia
nos (Ego malo ſic conſtruere q̄ e diuerſo ſic vos vincitis longo ęuo. Nō
enim ſenſus eſt ꝙ annoſitate vincant: ſed ꝙ iam diu vicerint: itaq; tem
poris eſt non rei in qua fit exceſſus) nec victoria audet fugere a veſtris ca
ſtris. Vos immane (Argumentum a fortiori ſeu a maiori.) Vos viciſtis
thraces (quia thracas accuſatiuus vltimam corriperet legēdum eſt thra
ces) appoſitorie: genus immane: ideſt terribile viribus & mole & ſuper-
bos marte: ideſt deo belli qui apud eos natus dicitur a quibus gradiuꝰ
vocatur (quod ideo fictum videtur quia in terris frigidis vbi ſanguis
groſſus eſt: eſt animus martius maior & verſutia minor: itaq; aphri bel
ligerare dicuntur arte: thraces & teutones marte: galli vtroq;) & nubige
nas: ideſt nube genitos ſcilicet centauros populos theſſaliæ: appoſito- Ixion
rie gentes ſatas ſæuo. i. crudeli & temerario ixione (Ixion enim phlegię
martis filii & pelectronii regis filius: iouiſq; ſecretarius effectus: iunonē
de ſtupro ꝓpellauit: at iuppiter ſimulacrū iunōis ex nube fabricatū ipſi
[illegible] q̄ cētauros genuit q̄ ſunt populi theſſalię vt ſępe diximꝰ q̄ pri-
mi equos cōſcēdiſſe dicūtur: ſed cum poſtea de ſtupro iunonis inaniter



(c) 2006 Ministerio de Cultura

ſe iactaret ad inferos detruſus eſt & illic religatus ad rotã circũfuſam ſerpentibus) & vos viciſtis laphithas pelectronios quibus ixion imperabat: & viciſtis oẽm eubœã: & domos pelopis.i.peloponeſſon & corinthum altam: & pelagus.i.mare euxinũ eſt veſtrũ: & propontis.i.inſula ante pontũ lata: eſt veſtra. & fretũ ioniũ eſt veſtrũ: & adria.i.mare adriaticum vocat vos nunc lęto vultu: & thetys quę cingit fines hetruſcos.i. mare tyrrhenũ: vocat nunc vos. &.i.attamen audacia eſt vobis minor viribus.i.minus audetis q̃ poteſtis.ite: quia heſperii.i.itali: ſeruant vobis diuitias ſcʒ auruʒ: pecus & pinguia ſola.i.pingues terras.audete potiri iſtis ſcʒ diuitiis & bonis vobis ſeruatis: vos non itis in opes.i.facultates & diuitias: vetitas.i.ꝓhibitas vobis: ſed venitis in veſtra ſup.bona aut regna: œnotria.i.itala regna erũt hæredis.i.proprii poſſeſſoris: non hoſtis: quũ.i.quando: erunt veſtræ ditionis.hoſtis ſcʒ chriſtianus incubator: poſſidet modo auſoniã.& ipſa patitur truces.i.truculentos tyrannos: inuita.i.coacta: vrbes.ſ.italicę gemũt nocte & die: & recuſant ferre durũ iugũ.ſ.tyrãnorũ: ppl'i.ſ.italici rogãt ſup.vos maturare.i.mature ꝓperare: & hoc palmis.i.manib⁹ cõplicatis: tenſis.i.extẽſis ad ſidera.i.cœlos: aut ſupos: qa putant ſe finire.i.finituros eſſe: ita.i.p maturũ aduentũ veſtrũ: labores & erũnas: & potiri.i.ſe potituros eſſe libertate.

## Calamitatum Liber Tertius.

TAlibus indomitas mentes & barbara corda
Irritat dea ſęua maris: de littore claſſis
Soluitur: & noſtros uenit euerſura penates.
Chaoniæ noſtris uicinæ finibus alpes
Acclamant: & ſaxa cauis quæ plurima pendent
Rupibus acceptas confuſo murmure uoces
Conglomerant: nec clara ſinunt reſpondeat echo.
Magnus apud manes itala de gente coacto
Agmine pompeius rogat ad ſua mœnia mitti
Italiæ laturus opem: ſub pectore forti
Viuit adhuc patriæ pietas: ſtimulatq; ſepultum

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Libertatis amor: pondus mortale necari
Si potuit ueteres animo poſt funera uires
Manſere: & priſci uiuit non immemor ęui
Sollicituſq; iiſdem curis: quem Romulus ęuo
Grandior his acuit dictis: I: Magne meorum
Immortalis honos & gloria ſumma nepotum:
I cōmune bonum ſerua quando hæc tibi ſemper
Cura fuit: totum pietas tua nota per orbem
Imperio dignum noſtrę te fecerat urbis:
Cœlo aliter uiſum eſt: cœlum culpare quis audet?
I patrium defende ſolum: quando itala uirtus
Vſq; adeo cecidit: quando germania quondam
Armipotens nunc lenta iacet nec cęſaris ullum
Audet opus Cęſar: genus hoc ignobile gentis
Barbaricæ procul auſoniis a finibus arce.
Te pontus: te nouit arabs: te gręcia & omne
Aegeum ioniumq; fretum: te punica tellus:
Tyrrhenum magnis equitaſti claſſibus ęquor:
Te ligur alpinæq; niues te ſenſit hiberus
Galliaq; & latis ingens germania campis.
Per freta per campos uictricia ſigna tuliſti:
Regna. urbes. maria. & terras fœlicibus armis
Ca[illegible]: totuſq; tuos miratus honores

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Orbis(ut indigno raptum te uulnere nouit
Ingemuit:fleuere arabes:fleuere ſabei:
Indus:& extremi flerunt tua funera ſeres:
I decus Auſoniæ:regno ſuppone cadenti
Ingentes humeros:& fortia pectora tantis
Fluctibus opponas:magnę teq; obiice cladi:
Cõmunes tutare domos:cõmunia ſerua
Regna mea fundata manu:ſententia fratri
Iſta remo ſedet:id curii deciiq; precantur
Id numa cœlicolum cultor ſanctiq; catones
Id populus patreſq; rogant:ne deſpice gentem
Nate tuam:Viden ut campis tam multa uirorum
Milia pręſtantum generoſis frontibus errent
Elyſiis:te nemo tamen præſtantior ore
Non animo melior nec ad horrida promptior arma
Te externi noſtriq; duces uenerantur:& ipſe
Depoſitis odii cauſis liuore ſepulto
Te pręfert Cęſar:ſe meiorem q; fatetur.
Quandoquidem pietas & neſcia rumpere leges
Dignior eſt ſceptro & regni diademate uirtus.

TAlibus ĩdomitas &c. Per fictionẽ quãdã poeticã ĩtroducit romulũ q cohortatᷣ pompeiũ magnũ: maximuꝫ videlicet reipub. amatorem vt qui pro eius ſalute ſuam expoſuit:ad ſuccurrendũ rebus miſeris italorũ. per quã fictionem ſi poetę [illegible] noſco videtur cohortari quẽuis libertatis amatorem & reipubl. amicũ

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ad miſeris rebus ſuccurrendū: ſimulq; innuit manes in volūtate vltima
manere. vt qui pro defenſione reipub. obierint eā ſemper defenſam ve-
lint. Sed ordinem ſtruamus qui talis eſt. Dea ſęua maris ſcilicet doris ir-
ritat talibus ſup. verbis: mentes indomitas & barbara corda ſcilicet tur-
corum paganoruꝫ: Claſſis ſcilicet eorū ſoluitur de littore: & venit euer-
ſura. i. vt euertat noſtros. i. latinos aut generaliter omnis chriſtianos pe
nates. i. domos & poſſeſſiones. Alpes chaoniæ iuxta butrotū videlicet
vicinę noſtris. i. italicis finibus acclamant ſcilicet ad clamorem nauticū
& ſaxa quę pendent. i. ſuſpenſa ſunt illic videlicet in cauis rupibus: plu-
rima: conglomerant. i. rotant & euomunt murmure confuſo voces ac-
ceptas ſcꝫ a nautis & exercitu turcorum: nec ſinunt vt ſup. echo. i. nym-
pha illa in vocem conuerſa in fabulas: per quā intelligitur reſonantia
quę fit in conuallibus: reſpondeat exiſtens clara. i. clare reſonans & refe
rens auditas voces: Pompeius magnus laturus opem. i. auxiliū: italiæ:
rogat agmine coacto. i. poſtꝗ̄ coegit hoc eſt cōgregauit vndiq; agmen
de gente itala apud manes. i. defunctos: rogat dico ſup. ipm agmen mit
ti ad ſua. i. romana pro quibus oppetiit mortē: mœnia. Nam pietas pa
triæ viuit adhuc ſub forti pectore: & amor libertatis ſtimulat. i. inſtigat
& pungit ſepultum ſcꝫ pompeium: ſi. i. tametſi pondus mortale. i. cor-
pus: potuit necari. i. occidi: tamen ſup. veteres vires māſerę animo poſt
funera. i. mortem corporalem: & viuit non imemor priſci. i. antiqui ęui
& ſollicitus ſup. eſt: iiſdem. i. eiſdem curis (quia vt dicitur. vi. æneí. curę
non ipſa in morte relinquūt) quē ſcilicet pompeium magnum: Romu
lus grandior. i. maior æuo. i. qui eū multo tempore pręceſſerat: acuit. i.
inſtigauit: his. i. huiuſmodi dictis. O magne ſcilicet Cnee pompei exi-
ſtens honos immortalis & gloria ſumma nepotū. i. minorū ſeu poſte-
rorum meorum i: i dico ſerua: cōmune bonū ſcilicet reipub. quando. i.
quandoquidē hęc cura fuit tibi ſemper ſcilicet ſeruandæ reipu. tua pie-
tas ſcꝫ in patriam nota per totū orbem: fecerat te dignū imperio noſtrę
. i. romanę vrbis quā romulus cōdiderat: Aliter viſum eſt cœlo. i. cœle-
ſtibus qui te occidi permiſerunt (ſic & . ii. ęnei. Occidit & peleus iuſtiſſi-
mus vn⁹ Qui fuit in teucris & ſeruantiſſim⁹ ęqui: diis aliter viſum. Quā
ſententiam lucanus de pompeio cecinit) quis audet pro audeat aut au-
ſit: culpare. i. incuſare cœlum. i. cœleſtes? q. d. nemo (quia licet: quod ca
tholicis notū ē: occulta & ignota nobis ſint aliqñ dei iudicia: nūꝗ̄ tñ in
iuſta) I. i. vade: defende ſolum patriū. videlicet romanū: quādo. i. quo-
niāquidē: virt⁹ itala cecidit vſq; adeo. i. intātū: videlicet vſq; ad animoꝝ
[…]ſtorē: & qñ. i. qñqdē vel ex quo: germania armipotēs. i. bellicoſa &
multū valēs armis: quōdā. i. ſupiorib⁹ tpib⁹: iacet nūc lenta: nec cęſar. i.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

impator fridericus:audet vllū opus cæſaris.ſ. auguſti q fuerat ſtrenuus ad modū & acer imperator:arce.i.amoue & prohibe: hoc ignobile genus gētis barbaricę.ſ.turcoꝝ:procul a finibus auſoniis.i.italicis:pōtus nouit te(de hac re vide vitā pompeii ſuperi⁹ per pliniū deſcriptā)arabs nouit te:gręcia nouit te:& omne fretum ęgeum & ionium nouit te: tellus punica:quan poeni habitant: nouit te.i.experta eſt virtutem tuam tu equitaſti æquor.i.mare tyrrhenum: ad delendas videlicet ſyracuſas magnis claſſibus.Ligur.i.populus in liguria cuius caput eſt genua:ſenſit te:niues alpinæ ſenſerunt ſupple te: hiberus populus vicinus helleſpōto aut hiſpanicus ſenſit te:Et gallia ſenſit te:& germania: ideſt teutonia ingens: ideſt valde magna:latis campis:ideſt habens latos cempos ſenſit te: tu tuliſti ſigna victricia:per freta:ideſt maria & per campos:id eſt terras firmas. Tu calcaſti:ideſt peſſū dediſti aut ſuppeditaſti fœlicibus armis tuis:regna: vrbes: maria: & terras. & totus orbis miratus:id eſt iam admirans: aut qui prius miratus fuerat tuos honores: vt:ideſt poſtq̄ nouit te raptum:ideſt ſublatum e medio:ideſt occiſum: vulnere indigno:ideſt indigne illato:ingemuit: ideſt multum gemuit. Arabes fleuere: ſabei:qui ſunt populi ī arabia:fleuere:indus ſupple fleuit:& extremi ſeres illi populi ad ſcythicam ſuperiorem flerunt: ideſt fleuerunt tua funera.o decus auſouiæ:ideſt italię:i hoc eſt vade:& ſuppone ingentes humeros tuos regno cadenti. & opponas tantis fluctibus fortia pectora:& obiice te magnæ cladi. Tutare:edeſt protege cōmunes domos ideſt ciuitates tuas & meas:& ſerua regna communia ſupple nobis:fundata mea manu.Iſta ſententia ſedet:ideſt immobiliter placet: fratri ſcilicet meo videlicet Remo:& curii & decii optimi viri romani qui pro republica deuoti ſunt:precantur id:ideſt vt id facias.Numa cultor cælicolum:ideſt religioſiſſimus rex:precatur ſupple id: & catones ſcilicet maior & minor:cenſorius & vticenſis:ſancti: ideſt veneratione digni & inuiolabiles:precantur ſup.id:populus & patres rogant id.o nate:ideſt q de gente mea es(q̄uis romulus nullum genuerit)ne deſpice: ideſt ne deſpicias gentem tuam: ideſt tibi creditam & pro qua olim mortuus es. Viden:ideſt videſne:vt:ideſt qualiter tam multa milia virorum pręſtātū.i.pręſtantiū errēt ſup. in cāpis eliſiis.i.in quib⁹ animę beatę ſecundū gentiles apud inferos erāt:errēt dico.i. vagentur frontibus generoſis.i. generoſitatē animoꝝ indicātib⁹:tamē nemo eſt ſup. pręſtātior te ore.i. vultu: & ſignis exterioribus:& ſup. quiſq̄ non eſt melior te animo: nec promptior ad arma horrida:duces externi & noſtri:ideſt romani venerantur te:& ipſe cæſar(ipſe emphaſim habet:quaſi dicat:letalis [illegible] olim tuus)pręfert te ſup.ſibi:& fatetur te maiorem ſe:& hoc cauſis odii

(c) 2006 Ministerio de Cultura

depoſitis: & liuore ſepulto.i.ĩuidia ſuppreſſa:quãdoq̃ dẽ pietas & virtꝰ neſcia rũpere leges.i.q̃ non nouit rũpere leges: eſt dignior ſceptro.i.ornaméto regũ in manu: & diademate.i.inſigni capitũ regni.i.eorũ q regnát:eſt autẽ faſcia q̃ ambit caput cui corona ſupimponebatur.q.d.virtus pompeii pręſtãtior eſt dominio cęſaris. Et ita tacite ohortatᷓ ad virtutem colendã:nec minus deteſtatur factũ cęſaris qui libertatẽ romanã abſtulit:perpetuũ imperiũ quod cęteri ſecuti ſunt occupans.

Hac prece motus erat:mentemq; mouebat ad artes
Antiquas:artes belli martiſq; laborem.
Tum pater eloquii culto ſic Tullius ore
Flexit ab inceptis animos:cœtumq; reſoluit.
Magne pater noſtri generis:tuq; optime ciuis
Optime dux:patrięq; ingens pietatis amator
Quem ciues colui ante alios dum uita manebat:
Ferre urbi auxilium fruſtra meditamur:olympi
Ipſe pater qui regna tenet qui fulmina torquet
Sic ſtatuit:ſcelus hanc hominũ ſibi ſuſcitat iram:
Diuiſę excitis ſe ſeditionibus urbes
Auſonię lacerant:una intra mœnia liuor
Ambitio nummiq; ſitis corrumpere mores
Vt cœpere pios:nulla eſt reuerentia recti
Nulla quies animis:nulluſq; ſalutifer urbi
Ciuis:opes patrię rapiunt:ærariá nudant:
Et cõmune bonum in proprios elabitur uſus.
[illegible]praue uiuendi artes:hęc peſſima morum
Colluuies nobis latum qui reximus orbem

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Abſtulit imperium:romamq; aliena coegit
Iura pati:ſeruiret adhuc niſi prouida Narſis
Cura redemiſſet pulſo capitolia gotto:
Quæ rapuit patres eadem fortuna nepotes
Inſequitur:uirei ęterna ſors aſpera fronde.
Proſpera brumales pluuias & frigora ſentit
Aſtraq; debilibus non fert ardentia ramis:
Atq; omnis timet incurſus:quoq; ſeneſcit
Sponte ſua:cum fixa:manens ſtabiliſq; putatur
Occidit extemplo fugitq; infida repente.
Sorte ſua utantur:lex eſt deus omnibus ęqua:
Omne quod a ſuperis bellum eſt reuocabile non eſt:
Sed neq; rex erebi quẽq̃ tranare paludem
Nec ſuperis iterum reddi ſinit:eſt pia quę te
Romule cura mouet ſed ſubdita legibus orci.
Nos iſtis ęterna ligant ergaſtula campis:
Nec licet ad patrium limen cœlumq; reuerti.
Fœlices animę ſedem quibus ętheris alti
Iuppiter indulget poſſunt ea fata mouere:
Nos orbis quondam domini ſeruimus auerno:
Fata regunt illę:terrenaq; regna gubernant.
Verte alio mentem:nec nos ea cura fatiget:
Sit ſatis exilio nobis leuiore teneri.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

¶Hac prece &c. Introducit Ciceronem vt virũ peritiſſimũ qui põpeiũ ad ſuperos redire paratẽ retinuit: docens belli tumultũ in italia nõ eſſe ſedabilem viribus humanis cũ a deo fiat: nec ſi ab homine ſedari poſſit manibus gentiliũ patere ad ſuperos.i.ad conſortia hominũ regreſſum Ordo eſt. Pompeius ſup.erat motus.i.cõmotus ad ſuccurrendũ rebus italicis: & mouebat.i.applicabat mentem ad artes antiquas: artes dico belli & laborem martis. Tum.i.tũc tullius pater eloquii.i.princeps eloquentię latinę: flexit animos ſcꝫ romuli & pompeii ab inceptis: ore culto.i.eloquentia ſua: & reſoluit.i.diſſoluit & dimiſit cœtũ.i. concilium maniũ ſic.i.in hunc modũ. O magne pater noſtri generis.i.o tu romule: & tu.ſ.pompei optime ciuis & optime dux: & ingens amator patrię quẽ ego colui dum vita manebat.i.q̃ diu viuerem: ante.i.pluſq̃ alios ciues nos meditamur fruſtra ferre tibi.ſ.romæ: auxilium: quia ipſe pater qui tenet regna olympi: & torquet fulmina.i.iuppiter altitonãs: ſtatuit ſic: ſcelus hominum ſuſcitat.i.excitat ſibi hanc iram. vrbes auſoniæ diuiſę ſeditionibus.i.ſimultatibus & factionibus: excitis.i.concitatis: lacerant ſe: ſcilicet mutua clade & euerſione: liuor.i.inuidia: ambitio.i.cupiditas honorum: & ſitis nummi.i.auaricia: vt.i.poſtq̃ cœpere corrũpere mores pios: intra vna mœnia ſcilicet romana: nulla reuerentia recti.i.iuſtitiæ: eſt ſup.reliqua: & nulla quies eſt animis: & nullus ciuis eſt vrbi ſalutifer.i.ſalutem afferens: omẽs ſupple rapiunt opes.i.facultates patrię.i.reipub. & nudant ęrarium.i.repoſitorium ęris.i.pecunię communis: fiſcum nunc dicunt: & bonũ cõmune elabitur in vſus proprios hę prauę.i.peruerſę artes viuendi: & hæc peſſima colluuies.i.contaminatio morũ: abſtulit imperiũ nobis qui reximus latũ orbem: & coegit romã pati.i.ꝙ roma patiatur (ne ſit amphibologia: quæ hic eſſe poſſet nam & roma pati poteſt aliena iura: & aliena iura romam) iura aliena: & ſupple roma ſeruiret adhuc: niſi prouida cura narſis (qui narſes dicit fuiſſe eunuchus iuſtiniani imperatoris qui ob virtutẽ patritius effectus mox clariſſimus belli ductor eſt habitus: qui cuꝫ ingenti gloria gottos italia expulit interfecto totilla eorum rege: totumqꝫ gotticũ nomen extinxit: fretus pręſertim cõſtantinopolitanis quos ad italiæ ſubſidiũ adduxerat) niſi ergo ꝓuida cura narſis (declinatur etiaꝫ narſetis vt darhes darhis & darhetis) redemiſſet.i.liberaſſet a ſuitute: capitolia.i.arcẽ romanã: & hoc gotto pulſo. fortuna ſcꝫ aduerſa q̃ rapuit patres.i.priſcos romanos: eadem inſequitur nepotes.i.minores ſeu poſteros. ſors aſpera viret ęterna.i.imarceſſibili frõde.i.ſemp ẽ in vigore: ꝓſpera ſup.ſors: [illegible] pluuias brumales & frigora: & nõ fert.i.patit̃ aut ſuſtinere nequit ramis debilibus.i.ꝓpter debilitatẽ ramoꝝ: aſtra ardentia.i.deſiccantia

Narſes

(c) 2008 Ministerio de Cultura

ramos ac frondes eius: & ipſa ſors proſpera timet omnes incurſus: & ſe neſcit ęuo: ideſt tempore durationis ſuæ: ſua ſpōte: ideſt a ſemetipſa nō coacta: & cum. i. quando ipſa proſpera ſors putatur: fixa manēs & ſtabilis tunc ſup. occidit. i. iterit extēplo: & ipſa infida fugit repēte. Itali ſup. vtantur ſua ſorte: de⁹ eſt oībus æqua lex: quod. x. æneí. dicit. Rex iuppiter omnibus idem: hoc eſt deus licet miſericorditer gratiā vltra meritū conferat: nullum tamen contra ęquitatē & ſine eius culpa damnat. Omne bellum qđ eſt a ſuperis. i. quod infertur a deo ſaltē ꝑmittente: non eſt reuocabile. i. impedibile aut ſedabile: ſup. virib⁹ humanis: niſi precib⁹ deus placetur. Sed neq; rex erebi. i. inferni: ſinit. i. permittit quenq̄ tranare paludem ſcilicet ſtygiam: nec reddi iterum ſuperis. i. redire iterum in vitaʒ: o Romule cura quę te mouet eſt pia ſed eſt ſubdita. i. ſubiecta legibus orci. i. principis inferorum qui viget ac arcet omnes: ita ꝙ non poteſt mandari executioni cum orcus nolit. ęterna ergaſtula. i. ęternus aut perpetuus carcer & captiuitas: ligant nos iſtis campis. ſ. eliſiis. Nec licet ſup. nobis reuerti ad limen patrium. i. ingreſſum patriæ noſtræ & ad cęlum. i. aſpectum cęli ſeu ad aerem ac auram vitalē: Animę fœlices. i. beatorū quibus iuppiter indulget. i. annuit & indulgēter cōcedit: ſedē alti ętheris. i. cęli: poſſūt mouere. i. abolere: ea fata. ſ. italici excidii: Nos quōdam dñi. i. q̄ fuimus quondā dñi orbis: ſeruimus ſup. nūc: auerno. i. pricipi inferorum. Illę. ſ. fœlices animę: regunt. i. contemperant fata: & gubernant regna terrena. o romule verte. i. cōuerte mentē ſup. tuā: alio. i. ad alias res: nec ea cura fatiget nos & ſit ſatꝫ nobis teneri leuiori exilio. ſ. a patria cęleſti: q̄a ęthnicorū qui hic ſcđm legē ſuā pie vixerūt aīę miti⁹ tractātur apud inferos q̄ qui ſceleratam vitam duxerunt.

His animę dictis cœtu ſiluere relicto.
Interea noſtras odiis flagrantibus urbes
Exercent furiæ: per rura: per oppida ſęuit
Martis opus: petriq; domus polluta fluenti
Marceſſit luxu: nulla hic arcana reuelo
Non ignota loquor: liceat uulgata referre
Sic urbes populiq; ferunt: hic rumor ab auſtro
Cimmerios ultra latices per opaca ſilentis

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Clauſtra uię: ſale concreto qua plurima creſcit
Stiria frigentes ſcythię penetrauit in agros.
Venit ab herculeis per iberum gadibus ęquor:
(Qua ſubit excelſam Thetys interflua calpen):
Ad uada gangaridum: magno qui proxima gangi
Rura tenent: gemmaſq; legunt: ea fama per omnem
Iam uetus Europam mores extirpat honeſtos.
Sanctus ager ſcurris: uenerabilis ara cinedis
Seruit: honorandę diuum ganimedibus ædes.
Quid miramur opes recidiuaq; ſurgere tecta:
Turis odorati globulos & cynnama uendit
Mollis arabs: tyrii ueſtes: & muricis imbrem:
Indus ebur: croceum cylices & Tmolus odorem:
Mel ſiculi: ferrum chalybes: tenuiſſima ſeres
Vellera: cretenſes molliſſima uina: tanager
Pernices mercatur equos: uenalia nobis
Templa: ſacerdotes: altaria: ſacra: coronæ:
Ignes: tura: preces: cęlum eſt uenale. deuſq;

¶ His animę dictis. Poſtq̃ diſſolutũ docuit maniũ aĩarũq; apud ĩferos cõciliũ ſubĩfert cladẽ Romanę ſedis ꝓpter deteſtabilia & obſcœniſſima quę ĩ ea fiũt flagitia. Ordo eſt. Aĩę. i. manes ſiluere. i. cõticuerũt: cœtu relicto. i. cõcilio diſſoluto: his dictis. ſ. poſtq̃ cicero hec dixerat. Interea furię. ſ. ĩfernales: exercẽt noſtras. i. latinas ac italicas vrbes. i. ciuitates odiis flagrãtib⁹. i. ardẽtib⁹: qa op⁹ martis. i. bellũ & belli incõmodũ ſequit per rura & per oppida. & domus petri. ſ. roma: polluta fluenti luxu. i. libidine: marceſſit. i. cõtabeſcit & fœde abſumitur ¶ Quia vero contra ſatyricã legẽ eſt viuentes carpere noĩatim ꝓſertim: & lex eccleſiaſtica prohibet oc

pp.i.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

culta crimina reuelare: ſubdit auctor) Nulla. i. non vlla: ego non reuelo [illegible]ic. i. in narratione hui⁹ rei: vlla arcana. i. ſecreta: & ego nõ loquor igno[illegible] liceat. i. cõcedatur (igitur ſup. mihi) referre. i. recẽſere & recitare: vulgata. i. ea q̃ vulgus nouit. Vrbes & populi. ſ. externi qui ad eas accedunt ferunt. i. dicunt ſi[illegible] ( vt videlicet ipe dicet ) hic rumor. ſ. ſcelerũ quę romę fiunt: penetrauit agros frigẽtes ſcythiæ. i. vſq; ad zonã glacialẽ ꝑpetuo frigore horrẽtẽ: in [illegible] videlicet partẽ: qua ſtiria. i. glacies cõcreta pendẽs de rupibus: ac tectis tigniſq; domorũ: & hoc ſale. i. mari ſalſo quod & ſalum dicitur cõcreto. i. cõgelato: venit inquã ab auſtro. i. parte auſtrali vltra latices cimmerios. i. quos accolũt cimmerii populi q ſcd͂m hero. lib. .4. ſunt ĩ aſia amazonibus ꝓximi (qui ex vltimo occidentali oceano dicũtur veniſſe odiſſeę. x. videt̃ aũt hic loc[illegible] de boſphoro cimmerio qui eſt in introitu męotidis paludis vñ [illegible]. Boſphorus & tanais ſuperat ſcythięq; paludes: vt aũt alibi dixim⁹: boſphoros dicit̃ anguſtia maris boui trãſmeabilis. Cimmerii aũt vt dicit ſipõtin⁹ ſũt populi q frigidiſſimã ei⁹ boſphori partẽ ĩcolũt: vñ quicũq; terras frigorib⁹ occupatas habitãt cimmerii appellãtur: quales fuerũt ĩter baias & cumas ĩ ea regione in qua ꝓuallis ſatis eminẽti iugo circũdata eſt: q neq; matutino neq; veſpertino tẽpore ſoli cõtingit̃) p opaca clauſtra: viæ ſilẽtis. i. cõuallis a ſole nõ illuſtratę: hoc eſt venit a prima pte meridiei in vltimã ſeptẽtrionũ & venit per ęquor iberũ. i. hiſpanicum: a gadibus herculeis. i. a colũnis herculis in ĩfimis hiſpanię hoc eſt ad occidẽtẽ extremũ poſitis: qua thetys. i. mare: interflua. i. p mediũ fluẽs ſubit calpẽ. i. rupẽ illã excelſam: venit dico ad vada gandaridũ: illorũ populorũ inter aſſyrios & ĩdos ſecũdũ curtiũ: qui tenẽt rura ꝓxima magno gangi: fluuio illi q nouẽ alueis fluit p indiã: & legunt gẽmas. ſ. ĩdicas aut orientales: hoc eſt ab occidẽte in orientem diuulgatus eſt rumor: vnde gades & gangẽ tanq̃ maxime diſtantes Iuuenalis quoq; ponit dicens. Omnibus in terris quæ ſunt a gadibus vſq; Auroram & gangẽ: pauci dignoſcere poſſunt Vera bona &c. Ea fama videlicet ſcelerum quę fiunt in domo petri: iam vetus: ideſt inueterata & diu diuulgata per omnem europam: ideſt vt dicunt galli per omnem chriſtianitatem: extirpat mores honeſtos: ſumunt enim exemplum a capite. Ager ſanctus ſcilicet romanus: ſeruit ſcurris: ideſt turpibus hiſtrionibus qui ſine decoro nec habita ratione honeſtatis riſum captant verbis & geſtu: coram libidinoſis videlicet: ara venerabilis ſeruit cynedis. i. maſculorũ concubitoribus: ędes honorandę. i. q propter ſtatũ inhabitãtiũ eſſent merito honorãdę ſeruiũt ſup. ganymedibus. i. pueris pulcherrimis quib⁹ abutũtur ſicut Iuppiter ganymedẽ [illegible] tro is regis troianorum quem ad ſtuprũ rapuit. Quid miramur opes: ideſt

Cimmerii

(c) 2006 Ministerio de Cultura

diuitias: & tecta recidiua. i. ad ruinā cecidētia: aut quę recid[e]rant: ſurgere: ideſt reparari & refici: q. d. Id non eſt mirandum quia (vt ſub[in]fert ſimonia & ſacrarum rerum venditione ditantur qui ea reſ[ar]ciunt: & ita t[a]cite arguit pontificem & cardinales qui pro magno d[i]cebant ꝙ roma repararetur. Strauit enim ſixtus vias romanas: pontem conſtruxit ſup tyberim qui pons ſixti appellatur: totq; ędificia rep[a]rauit ac ædificauit vt nouus vrbis conditor diceretur. Sed vt inquit p[o]eta id non erat mirādum. vnde ſubdit. Arabs mollis: ideſt imbellis & in tepida regione natus: aut mollis: ideſt pathicus: vendit globulos turis odorati & cynnama: ideſt cynnamomum vnde ditatur. tyrii vendunt veſtes ſcilicet purpureas dibaphas. i. bis tinctas: & imbrem. i. ſuccum aut ſanguinem muricis. i. oſtri: vnde purpura tin[g]itur. indus vendit ebur: cilices & tmolus ideſt accoli tmoli montis lydiæ qui vitibus & croco abundat: dictuſq; eſt olim tymolus: vnde quantū ad vites dicitur georg. 2. Sūt & amineæ vites firmiſſima vina Tymolus aſſurgit qbus & rex ipſe phaneus. Quātum vero ad crocū dicitur alibi. Nonne vides croceos vt Tmolus odores India mittit ebur: molles ſua tura ſabei &c. quem locū hic ſequitur poeta. Siculi ſup. vendūt mel: vnde ab hybla ciuitate ſicilię: quia illic copia optimi mellis eſt: apes dicunt hyblęę: chalybes populi hiſpaniæ vēdunt ferrum temperatum. i. aqua chalybis apud eos fluētis: vnde & ferrum & populus & fluui⁹ calybs reperitur dici: ſeres populi illi ad indiā ſup. vendunt vellera tenuiſſima: de quibus Virg. Quid nemora æthiopum molli canentia lana: Velleraq; vt foliis depectant tenuia ſeres: Aut quos oceano propior gerit india lucos. cretenſes vendunt ſupple vina molliſſima que latine cretica vulgo maluatica dicuntur. Tanager: fluuius ille lucanię in italia inter campaniam & calabriam non multum abūdans aqua. mercatur. i. mercatui exponit equos pernices: ideſt velociſſimi curſus: ſed ſup. templa ſunt nobis venalia. i. nos habem⁹ ea venalia: Sacerdotes. i. officium ſacerdotale: altaria. ſacra. i. cōſecrationes: aut res ſacrę: coronæ: ignes: tura: preces: ſunt ſup. venalia: & cælum eſt venale: deus eſt venalis: in ſacramentis videlicet: q̄ nimirū horribiliſſima vitia vtinam nimis audacter a poeta taxentur.

Syxte pater fidei cuſtos ouiumq; magiſter:
Quas bonus effuſo moriens in ſanguine paſtor
[O]bliuietatis damnoſa licentia noſtræ:
Quam ueterum ſemper creſcens incuria patrum



(c) 2006 Ministerio de Cultura

Et ſceleri pandens aditum moreſqꝫ ſeueros
Auerſata perit: tua ſentiat arma: coherce
Hanc uitem: ancipiti ramos preme falce uagantes:
Nāqꝫ feros fructus & triſtem frugibus umbram
Fert inculta: iacens cererem necat: occupat agrum.
Mille ſub his latebrę foliis: & mille rapaces
Hac habitant ſub fronde ferę: uulpeſqꝫ: lupiqꝫ:
Mitiaqꝫ inuadunt laniantqꝫ animalia paſſim.
Sic cicurum genus omne perit: per ouilia regnant
Sęuus aper: tygres rapidæ: truculenta leonum
Semina: multicolor Pardus: griphs naribus uncis:
Et uariæ panthera cutis: grauis unguibus urſa:
In genus hoc pater arma moue: ſua paſcua redde
Fœcundis ouibus: ſtent ad pręſepia tauri
Qui ſignata iugis longoqꝫ attrita labore
Colla gerunt: poſt q̃ rerum te Roma potentem
Fecit & obſcuro iubar hoc reſplenduit orbi
Exanimis uirtus ſcelerum ſub mole ſepulta
Reſpirare parum uiſa eſt: & tollere frontem.
Et niſi tot uiciis hęc ſęcula noſtra fuiſſent
Deprauata: boni poterant rectoris habenæ
Errantes frenare rotas. ſed tantus equorum
Impetus aurigam ſuperat: fruſtraqꝫ retractans

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Lora gubernator ſine lege per inuia fertur:
Propterea ſortem doleo mitiſſime patrum
Syxte tuam: fueras annis melioribus aptus.
Eſt tibi quæ tanto ſatis eſt in principe uirtus.
Sed uelut obſcuris phœbi ſub nubibus ardor
Languet: & umbra diem piceæ caliginis aufert
Sic tua corrupti uitio clementia ſæcli
Obſcuratur: eunt peſſum pietaſqꝫ fideſqꝫ.

¶Syxte pater: fidei cuſtos. Conuertit ſermonē ad ſyxtū pontificē maxi
mū quē cohortat̄ ad coercēda vitia tam enormia: innuitqꝫ eū (qui certe
a multis laudabiliter vixiſſe ī pōtificatu ꝓhibetur) officio ſuo fungi: ſed
prauo ſęculo obſiſtere ſatis nō poſſe. Quod idē virgilius de auguſto ca
nit in fine primi georgicorum. Ordo eſt. O ſyxte (ſcriptū repperi Xyſte
ſed alibi ſyxtꝰ ſcribitur fere) pater ſcilicet ſanctiſſime qui papa dicitur &
cuſtos fidei & magiſter. i. paſtor ouiū: quas bonus paſtor ſcilicet chriſtꝰ
qui animam ſuam poſuit pro ouibꝰ ſuis: moriens abluit in ſanguine. ſ.
ſuo effuſo: fac ſup. vt dānoſa licentia. i. impunitas male viuendi: noſtrę
ętatis. i. quę regnat in noſtro ęuo: quā. ſ. licentiā: parit negligētia īcurua
veterū patrū. i. preſbyterorū: ſeu cardinaliū aut pontificū: &. i. ſimul pā
dens. i. aperiens & ꝓ̄bens aditum. i. acceſſum ſceleri. i. ad ſcelus: & auerſa
ta. i. aſpernata mores ſeueros. quia enim negligenter agunt patres & im
pune peccatur prębet eorum negligentia aditū ad vitia: & videtur auer Auertor
ſari. i. per auerſionem & faſtum contemnere mores honeſtos. Vbi ſcies
auertor deponentale & eius frequētatiuū auerſor accuſatiuū regere. vn̄
Boetiꝰ lib. i. car. i. Heu heu q̄ ſurda miſeros auertitur aure &c. fac inquā
vt talis licentia: ſentiat tua arma. i. poteſtatem tuam eccleſiaſticā: coher
ce. i. reſtringe aut reprime: hāc vitem. i. propaginem luxuriæ impunitę.
preme. i. puta aut amputa: ramos vagantes. i. luxuriantes: falce ancipiti
. i. vtrinqꝫ cędenti: Nāqꝫ pro quia: vitis ſup. inculta. i. neglecta fert fructꝰ
feros. i. ſilueſtres & immites: & vmbram triſtem. i. nociuā frugibus (Si
cut. Triſte lupus ſtabulis: maturis frugibus imbres. Alludit autem poe
ta ad vineā dominicā: quā incultā dicit nō ſolū nō afferre fructꝰ bonos
ſed etiā officere atqꝫ nocere pampinoꝝ luxurie. i. frondiū ſupflua abun



(c) 2006 Ministerio de Cultura

dantia vicinis frugibus:hoc eſt prȩlatorū luxuriā non ſolū non prodeſ
ſe quibus prȩſunt ſed multū obeſſe:cū ab eis capiatur turpis vitȩ exem/
plar)Et ipſa vitis inculta iacens.i.procūbens necat cererē.i.frugē vicinā
&/occupat agrūq̨ne.ſ.boni fructus oriātur impediens. Mille latebræ.i.
latibula & vitiorū receptacula:ſunt ſup.ſub his foliis & mille feræ rapa/
ces.ſ.vulpes.i.aſtuti & peruerſi q̨ calliditate adoriūtur: & lupi.i.violēti
deprȩdatores qui rapiūt & vi graſſantur:habitāt ſub hac frōde.ſ.mala/
rū vitiū: & ipſe feræ.i.hoīes feroces īuadūt & laniāt paſſim mitia aīalia
.i.in errorē ducūt ſimplices & incautos:& ſic oē genus cicurū.i.māſue/
torū & domeſticorū aīaliū perit.i.interit(Cicur dicit̄ oē aīal p̄cipue ter/
reſtre qđ māſuetū aut māſuefactū ē:nā cicurare ſcđm varronē eſt māſue
facere:vn̄ & Cicero.Nā aliȩ ſunt(īquit)ferȩ aliæ cicures:aliȩ natātes:aliȩ
volucres.vn̄ & cicur ingeniū dicit̄ mite & māſuetū)Sæuus aper regnat
per ouilia:tygres rapidȩ.i.p̄nices(aut rabidȩ)& truculēta ſemina leonū
.i.leones truculēti:pardus multicolor: & griphs auis in poſteriori p̄te
leoni p̄ſimilis: vulgus griphonē vocat:vncis narib⁹.i.cuius nares ſunt
aquilinæ:& panthera variæ cutis.i.habēs cutem & pellē variis maculis
aſperſam: & vrſa grauis.i.moleſta & nocens vnguibus: ſup.regnant
per ouilia per quȩ animalia rapacia intelliguntur varia vitiorū genera.
O pater.ſ.ſyxte:moue arma.i.exerce poteſtatem tuam eccleſiaſticam in
hoc genus.ſ.ferocium animalium:& redde fœcūdis ouibus paſcua ſua
.i.ipſis debita:ſtent tauri ad prȩſepia:qui tauri gerūt colla ſignata iugis
& attrita longo labore ſcilicet arandi in agro dominico(Nam tauri in
pluribus locis aratra trahunt & iuga)poſtq̄ roma fecit te potentem re/
rum.i.poſtq̄ pontificatum romanum ſuſcepiſti: & ſimul dominus ro/
manorū factus es:& hoc iubar.ſ.virtutis tuæ:reſplēduit.i.illuxit:orbi
obſcuro.i.vitiis occȩcato:virt⁹ exanimis.i.languida & ſine animo:aut
ſine anima.i.mortua:& ſepulta ſub mole ſcelerum: viſa eſt reſpirare pa/
rum.i.modicum & tollere.i.erigere frontem: & niſi hæc noſtra ſæcula
fuiſſēt deprauata tot vitiis:habenȩ boni rectoris:ideſt gubernacula tua
qui bonus rector es poterant ſeruare.i.retinere & dirigere in ſalutem ro
tas errantes:ſed tantus impetus equorum.ſ.indomitorum:ſuperat au/
rigam(vn̄ in ſimili metaphora dicitur ī fine primi georg.fruſtra retina/
cula tendens Fertur equis auriga:neq; audit currus habenas)& ipſe gu
bernator retractans fruſtra lora.i.retinacula:fertur ſine lege.i.per equos
ſine lege currētes:per inuia.i.loca inacceſſa in quibus non eſt via & pro
pterea o ſyxte mitiſſime patrum:ego doleo:ideſt moleſte fero:tuā ſor/
tem.i.q̄ tale ſæculum ſortitus es:tu fueras aptus melioribus annis:vir/
tus quæ ſatis eſt in tanto principe eſt tibi:ſed velut ardor phœbi.i.ſplē/

Cicur
Cicurare

(c) 2006 Ministerio de Cultura

dor ſolis languet ſub nubibus obſcuris: & velut vmbra caliginis: ideſt tenebroſitatis piceę: ideſt fuſcę: aufert diem: ideſt claritatē ei. ſic tua clementia obſcuratur vitio ſæcli pro ſæculi: corrupti: ideſt deprauati: pietas: ideſt religio & pius cultus dei: & fides ſcilicet chriſtiana: eūt peſſum ideſt peſſundantur & intereunt.

Lerna palus terra eſt uitiorum exercitus hydra:
Alcides nuſq̄ eſt: ardentem ſęua chimeram
Monſtra tenent nec adeſt Glauci caſtiſſima proles:
Candida gorgonei capitis coma fluxit in angues:
Et neq; mercurii proſunt nec palladis arma.
Dedaleis incluſa uiis minoia monſtra
Paſſim habitant crebis uterum quę cędibus augent:
Nec potis eſt multa ingluuiem ſaturare rapina:
Nec ſuperat theſea manus. per tecta per aulas
Harpyię funeſta lues fluxuq; fameq;
Infeſtę uolitant boreę genus omne receſſit.
Syrenes redeunt & phœbi filia circe
Quę placidos hominum ferali carmine uultus
Vertit in immites formas & in ora ferarum.
Plurima ſunt nobis ſancti ueſtigia ſęcli
Et gentis monumenta pię: ſunt ardua templa
Sunt ſacris congeſta patrum ſancta oſſa ſepulchris.
Eſt fidei caput: eſt ueri latria tonantis:
Iſta ſed heſperidum uelut aurea mala dracones
Cerulei ſeruant: res deteſtanda nec ullis





(c) 2006 Ministerio de Cultura

Flenda ſatis lachrymis: nec me conuicia quiſq̄
Texere cauſetur: mordaxq̄ excudere carmen:
Hęc ſunt pro ſanctis gemitus lamenta dolores
Moribus & ſuperum pro maieſtate querelæ.

¶ Lerna palus &c. Docet varia nūc regnare vitioꝝ mōſtra: ſed deeſſe do
mitores q̄ ea aliq̄n domuiſſe legūtur: alludens ad herculē. Bellorophō
**Hercules** ta. Perſeū. Theſeū. & zetū & Calaim filios boreę. Hercules enī maxim⁹
monſtrorū domitor ab omnib⁹ prędicatur: qui ꝑter cętera hydrā ſerpē
tem aquaticā venenoſiſſimā in lerna palude exuſſit: Bellorophon autē
**Chimera** glauci fili⁹ chimerā domuiſſe dicit. Chimera autē mons eſt lycię ꝓuin
cię in aſia minori: nocte dieq̄ flagrans: cuius ignē aqua accendi & terra
& ferro extingui plures ꝓdiderūt. In cacumine leones habet. In medio
paſcua: in imo ſerpentū multitudinē: vnde fabulę datus locus: vt flam
mas vomere: caput leonis habere: ventrē caprinū & crura ſerpentis di
catur Et q̄m bellorophon Glauci filius eū mōtē habitabilē fecit: chime
rā tradit occidiſſe. Heſiodus dicit tria capita habuiſſe leonis ſuis & dra
conis & ex omnibus ignē efflaſſe. Ouidius autē ſic. Quoq̄ chimera iugo
**Perſeus** mediis in partib⁹ hircū Pectus & ora leę caudā ſerpētis habebat. Perſe⁹
**Meduſa** vero iouis ex danae filius: Meduſam: cuius quia in tēplo palladis a ne
ptuno oppreſſa fuerat ab irata dea crines in āgues mutati ſunt: & facies
eo horrore perfuſa: vt quicūq̄ eā inſpiceret in ſaxū verteretur: acceptis
a mercurio talarib⁹: & harpe. i. enſe falcato & a pallade ſcuto criſtallino
per quod illā impune aſpicere poſſet: vno validiſſimo ictu peremit: ex
cuius cruore pegaſus. i. equus alatus fingitur ortus qui in heliconē auo
lans pede percuſſa terra fontē caballinū ſeu hippocrinē produxit. Me
duſa autē erat phorci ex cetho cōiuge filia: quę cū duab⁹ ſororib⁹ vnū
tātū oculū habuiſſe fingitur: vel q̄ margarita vna præcipue dignitatis
viciſſim vtebantur. vel q̄ ſapientis vni⁹ conſilio regebantur. Multa ad
**Theſeus** eā fabulā attinēt: ſed ſumma ſequor faſtigia rerū. Theſe⁹ vero athenieñ
ad minotaurū vt ab eo deuoraretur miſſus: adiutorio ariadnes ipm in
teremit: & labyrintho icolumis exiliit. Harpyias autē imūdiſſimas vo
**Zetus** lucres: de quib⁹ alibi ſatis dixim⁹: Zetus & calais boreæ filii ex orithya
**Calais** cōiuge: qui alati ac ſagittādi arte periti fingūtur fuiſſe: pſecuti ſunt vſq̄
ad ſtrophades inſulas quę eorū a perſecutione reuerſionis nomen acce
perunt. Sed Ordo ē. Lerna palus exiſtens terra vitiorū eſt. i. extat: & hy
dra. ſ. exercit⁹ vitioꝝ extat: ſed ſup. alcides. i. hercules: hoc ē quis vitioꝝ

(c) 2006 Ministerio de Cultura

domitor nuſq̄ eſt: Mõſtra ſęua.ſ.leo.ſus.vrſus & ſerpẽtes: tenẽt.i.occu
pant chimerã.i.mõtẽ illũ in lycia ardentẽ.i.euomentẽ ignẽ. nec caſtiſſi
ma ꝓles glauci.ſ.bellorophon adeſt.i.ꝑſequit̃:ſup.eã. Cãdida.i.reſpl
dens coma capitis gorgonii.i.meduſę quę erat vna e tri[...] gorgonibu
fluxit.i.verſa ẽ in ãgues.i.ſerpẽtes: & neq̧ arma mercurii.ſ.talaria & fal
catus gladiꝰ:nec arma palladis.ſ.ſcutum criſtallinũ: proſunt ſup.cõtra
eiuſmodi venena: Mõſtra minoia.i.nefando & adulterino coitu ꝓge
nita vt minotaurꝰ ĩcluſa viis dędaliis.i.labyrintho: cuiꝰ ambiguę erãt
vię & inextricabiles a dędalo extructę ita vt exitus ĩueniri nõ poſſet:ha
bitant paſſim.i.ĩpune quaſi ꝑ paſſus ſingulos:q̃ ſup. mõſtra augent vte
rũ.i.aluũ crebris cędibꝰ.i.deuorationibꝰ hoĩꝫ. nec multa rapina potis
eſt.i.poteſt ſaturare ĩgluuiẽ.i.voraginẽ eiꝰ: nec manus theſea ſuperat.i.
vincit eã:aut reſtat eã victura:harpyię:appoſitorie lues.i.fœditas:fune
ſta.i.ad funeris turpitudinẽ accedẽs aut letabiliter cruciãs: & fluxu.i.di
ſtillatione ĩmũda & fame:quia vt dicit Virgiliꝰ in.iii.ęnei. Habẽt palli
da ſemꝑ ora fame: volitãt ĩfeſtę.i.vim & ꝑniciẽ ĩferẽtes ꝑ tecta & ꝑ aulas
& oĩe genꝰ borεę receſſit.i.neq̧ ȝetꝰ neq̧ calais ẽ q eas ꝑſequat̃. Syrenes
meretrices illę q̃ dulcedine cãtus nautas ĩ naufragiũ alliciebãt redeũt.i.
renaſcũtur: & circe meretrix venefica filia phœbi.i.ſolis: q̃ vertit carmi
ne ferali.i.magico aut necromãtico ad quã fera q̃ mors dicit̃ ſpectat:pla
cidos vultꝰ hoĩm in ĩmites formas & in ora.i.faciẽ & effigieꝫ ferarũ. nec
ſup.ſunt q eas extinguãt: Plurima veſtigia ſancti ſęcli qđ ſcꝫ erat ĩ primi
tiua eccleſia: & monumenta.i.reliquię & teſtimonia: pię.i.religioſę gẽ
tis.i.optimorũ chriſtianorũ:ſunt nobis.ſ.romanis & cęteris latinis. Ar
dua tẽpla ſunt nobis: & ſancta oſſa patrũ cõgeſta.i.accumulata ac inhu
mata ſacris ſepulcris:ſunt nobis Caput fidei ẽ nobis: & latria.i.cultꝰ ve
ritonãtis.i.dei eſt nobis. (Memineris vt priꝰ dixi: q̄a latria gręce ſcribit̃
bñ ſecũdã ꝓduci) ſꝫ dracones cęrulei.i.cęrulei coloris:hoc ẽ venenoſi &
ĩmũdi homines: ſeruant.i.cuſtodiũt iſta.ſ.tam p̄clara ſanctorũ monu
menta velut dracones ſeruabãt ſup. aurea mala heſperidũ.i.illarũ puel
larum in mauritania:hiſpaniã verſus: quę aurea mala in horto habuiſ
ſe dicũtur: quæ hercules ĩterempto peruigili dracone abſtuliſſe dicitur
(quod quidã interp̄tantur de ouibus p̄cioſiſſimam lanã ferentibus ab
hercule qui paſtorẽ earũ prius interemerat ablatis) Res: ſup. hęc eſt: de
teſtanda nec flenda.i. q̃ non poſſit defleri ſatis vllis lachrymis. Nec quiſ
q̃ cauſetur.i.arguat & culpet me texere cõuitia.i.opprobria & cõtume
lias in preſules romanę eccleſiæ: & excudere carmen mordax.i.ſatyricũ
& inuectiuũ: Hęc ſunt gemitꝰ:lamenta:dolores & querelę: pro ſanctis
moribus & pro maieſtate ſuperũ ſup. deſerta.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Iſta mouent ſuperos:uocat hoc ſcelus ęthere ab alto
Bella famē:& diri genus inſuperabile morbi.
Heu ſortem gregis aduerſam ſiduſq; malignum.
Quom cuſtode caret:cum fracto uimine ſepes
Nocturnos aditu fures admittit aperto:
Pręſertim cum dura fames ieiuna luporum
Inteſtina premit:rabidiq; mapalia luſtrant.
Pręda ſumus:fracto ferimur temone per altum:
Qua furit œbalię uiolentior ira maleę.
Nunc uada latrantis ſcyllę nunc ora charybdis:
Radimus:& libycas rapido nunc ęquoris ęſtu
Pellimur in ſyrtis:nunc per tua ſaxa Caphareu.
Pulſa dies tenebris:nubes Erymanthidon urſam
Abſtulit:indicium cœli magneta latentis
Perdidimus:tumet in montes:& lapſa remugit
Doris: harenoſi ſaliunt ad ſidera fluctus:
Aduerſęq; undis undę:contrarius euro
Flat Zephyrus:boreas auſtro:ſubuerſa dehiſcunt
Aequora:& inter ſe ſpumis albentia pugnant.
Vicini trepidant agri.pulſata reclamant
Littora:uixq; obſtant.colliſa rebellibus undis:
Ah miſeræ quę nunc inter cunabula matres
Paruula ſecuro nutritis pignora lacte:

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Quot tepidi erũpent oculis turgentibus imbres:
Quot gemebunda premet feſſus ſuſpiria pulmo:
Mœſta quot attractis ſalient ſingultibus ora:
Quom tepido dulces rapientur ab ubere nati:
Atq; uiris ipſo cęſis in limine ueſtrę
Diripientur opes: ſparſis cum crinibus ipſe
Pręda eritis: manibus uinctis hoſtile per agmen
Ibitis: attonito proſtrata cadauera greſſu
Calcantes: laceraſq; comas atq; ora cruenta
Veſtrorum ſeu natorum ſeu forte parentum:
Atq; pio late ſtagnantes ſanguine campos:

Iſta mouent &c. Docet ꝙ mala ob ꝑlatorũ culpã īferãtur: dolens gregem. i. plebem illis cõmiſſam ob eã tam diris malis affligi. Ordo ē. Iſta ſcilicet vitia iam dicta: mouent. i. prouocant: ſuperos. hoc ſcelus vocat ab alto æthere: bella: famē: & genus īſuperabile diri morbi: ſc; peſtilentici. Heu (hic dolētis eſt ſicut. iiii. ęnei. Heu quibꝰ ille iactatus fatis) ſortem aduerſam & ſidus malignũ. i. inimicã conſtellationē: gregis. ſ. chriſtiani populi. Quom. i. quando: vel ꝗdiu grex ſupple caret cuſtode: & quum ſepes id eſt clauſura & maceria circũſepiens (vnde caulas ouium ſepta vocamꝰ: errant autē qui in nominatiuo ſeps putant dici pro eo ſignificato) admittit aperto aditu. i. libero acceſſu aut ingreſſu: fures nocturnos. ſ. lupos q noctu graſſant̄: & hoc vimine fracto. i. diſſipata aut diſſoluta materia vñ ſepes facta ē. Pręſertim quũ. i. quo tpe: dura fames. i. cupiditas habēdi: ꝓmit inteſtina luporũ. i. auarorũ: ieiuna & iõ famelica: & cũ ipſi lupi rabidi. i. rabie īſtigati ꝓpter famē: luſtrãt mapalia. i. tuguria & caſas pauperũ: q & magalia dicũt pœnorũ ligua: ſ; magalia primã ꝓducit quã mapalia corripit: vtrũq; aũt ſingulari caret. Nos. ſ. gregarii ſumus ꝑda. i. ſpoliamur & ferimur ꝑ altũ. i. iſublime: abducimur: (Lupi enī prędas ī humeros cõiectãt ſ; magis ad mare reſpicit ꝓpter ſequētia. dic ergo per altũ. ſ. mare) & hoc temone. i. gubernaculo (Eſt enī quo rotę cõtinentī curru tignũ oblõgũ) fracto: ferimur inquã ꝑ altũ. ſ.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

mare:ea parte qua ira malee:illius promōtorii œbaliȩ.i.quȩ eſt in œba
Malea lia regione Laconiæ(qđ promōtoriū ſecūdū Seruiū ad quītū æneī.per
quinquaginta miliaria ī mare portēdit vbi vnda adeo ſȩua eſt ꝙ pſequi
nauigātes appareat dicēte Statio thebai.vii.Et raucȩ circū ſonat ira ma
leȩ.Virg.lib.v.Ionioq; mari:maleæq; ſequacibus vndis.i.perſecutrici
bus:dicta eſt malea a maleo argiuorū rege)qua igitur ira maleæ œbaliȩ
furit violen[illegible]or:ideſt īpetuoſior perſequitur:& nos radimus:ideſt mol
liter contingimus q̄ proxime nauigantes:nunc.i.aliquādo vada ſcyllæ
glauci amic[illegible]phorci filiȩ:latrātis.i.q̄ catulos in vētre habere fingit eo
ꝙ aquarū fragor [illegible]ur:& nūc ora.i.voraginem charybdis.i.
verſamur in ſummo piculo:quale eſt iñ malea:aut mari ſiculo aut ſyrti
bus ac caphareo:& nos pellimur nūc.i.aliquādo rapido ȩſtu.i.feruore
æquoris.i.freti ac maris ī ſyrtis libycas:& o caphareu nos pellimur nūc
Caphareus. .i.aliqñ in tua ſaxa.i.ſcopulos q̄ prope te ſūt(Eſt eni caphareus mons al
tiſſimus euboiȩ īſulæ ad helleſpontū proſpectans:ad cuius radices vel
ira mineruæ vt poetæ fingūt:vel fraude naupli regnantis in euboia/&
cupiētis vlciſci mortē palamedis filii ſui:argiuorū claſſis poſt troianū
excidiū duris caſibus agitata fuit.Nam nocte laborātibus tēpeſtate græ
cis facē in caphareo mōte ſuccēdit:qua viſa illi portū proximum exiſti
mantes in aſperrimos ſcopulos delati naufragiū paſſi ſunt.vnde Virg.
lib.xi.ſcit triſte mineruȩ Sidus:& euboicȩ cautes vltorq; caphareus &c.
Nubes abſtulit vrſam erimanthidon:ideſt quȩ in erymātho mōte arca
diȩ priuſq̄ in ſidus iuxta polū acticū tranferretur:verſari ſolebat:eratq;
Erymāthis filia lycaonis regis arcadiȩ caliſto nomine.Noue autem declinauit ery
manthidon:nam vulgata declinatio eſt hec erymanthis huius eryman
thidos quo genitiuo vtitur ouidius lib.v.de triſtibus dicens.Quȩ nūc
ſuppoſituꝫ tellus erymanthidos vrſæ Iuncta tenet crudis ſarmatis ora
getis &c.Eius aūt accuſatiuꝰ eſſet erymanthida:vnde hic erymāthidō
videtur deduxiſſe quaſi a genitiuo grȩco factꝰ ſit nominatiuus latinꝰ vt
erymanthidos erymāthidi:niſi forte legēdū ſit erymāthidos.ſ.regiōis.
Sane auctor ſignificat nūc g[illegible]gē chriſtianū errare ī mediis fluctibꝰ ſine
ducatu ac ſtella quā inſpiciant:nam polū maxime aſpectant:eo ꝙ fere
immobilis ſit:quo occultato habere ſolent magneta ſeu magnetem la
pidem quo acus allita ſemper meridiem aſpectat:eaꝫ videlicet regionē
vbi plurimus naſcit:dicit ergo)nos perdidimꝰ magneta.i.lapidem illū
ferrum attrahentē:appoſitorie:indiciū.i.indicē & indicium facere ſoli
tum:cæli latentis.i.occulti nubibꝰ:aut regionis ignotæ:domus:ideſt ma
re:hoc eſt aqua maris:tumet.i.inflat:in mōtes.i.in altitudine mōtiū:&
lapſa.i.decidēs poſtq̄ elata eſt:remugit.i.mugitū citat:fluctus harenoſi

(c) 2006 Ministerio de Cultura

.i. ꝓpter turbinē harenis pleni: ſaliūt ad ſidera (hyperbole ē poetica) .i. altiſſime extollūtur. Et vndę ſup. ſūt aduerſę vndis: & zephyrus vētꝰ occidētalis: flat cōtrariꝰ euro: vēto oriētali. & boreas vētus ſeptētrionalis flat cōtrariꝰ auſtro vēto meridionali: æquora ſubuerſa. ſ. ipetu vētorū exagitata: dehiſcūt. i. apturas faciūt ac hyatꝰ: & ipſa albentia ſpumis ex colliſione. ſ. generatis: pugnāt iter ſe: Agri vicini trepidāt: & littora pulſata reclamāt: & ipſa colliſa vix obſtāt rebellibus vndis. i. cōe aduerſitatis genꝰ ſequit totis viribꝰ in nos. Ah (dolētis eſt iteriectio) vos o miſeræ matres q̄ nutritis nūc paruula pignora. i. infantulos: lacte ſecuro. i. qđ ſine cura aut anxietate datis aut illi ſugūt: iter cunabula. i. adhuc i cunis iacētes: quot tepidi imbres. ſ. lachrymarū: erūpēt. i. vi exiliēt: oculis turgentibꝰ prę aſſiduo videlicet fletu: & quot ſuſpiria premet. i. ſupprimet & īpfecta detinebit: pulmo feſſus? q.d. plurima. & quot ſingultibꝰ attractis ſalient ora mœſta? q.d. nimirū plurimis: quū. i. qn̄ nati dulces rapientur ſcʒ a turcis: ab vbere tepido: atq; quū veſtrę opes diripiētur: viris. i. maritis cęſis. i. occiſis i ipſo limine: cū. i. quādo ipe ſcʒ vos: eritis ꝑda. i. abducemini in prædā: crinibꝰ. i. capillis: ſparſis. i. paſſis: & cū vos ibitis per agmen hoſtile: manibus vinctis. i. habētes manus vinctas: ibitis dico: hoc ē trahemini: calcantes greſſu. i. pede attonito: cadauera ꝓſtrata: & comas laceras & ora cruenta ſeu veſtrorū natorum ſeu forte veſtrorū parentū: atq; calcantes cāpos ſtagnātes. i. ſtagna facientes & īundantes: late. i. ampliter ſanguine pio ſcʒ chriſtianorū occiſorum.

Summe pater cœli ſaltem cui regia paret
Singultus audi inſontes fletuq; piorum
Flectere: crudeles gladii ſaturandaq; cęde
Spicula primores populi: fronteſq; ſuperbas
Oraq; blaſphemo feriant inflata tumore:
Parce rudi populo maiorum exempla ſequenti:
Imbellemq; manum ſalua: qui cętera ſaluas.
Quid meruere greges? paſtorum incuria dāno eſt
Cerne laborantem freta per ſalientia cymbam
Et miſeris fer opem nautis: pontumq; furentem

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Sterne: ſuis manda uentos liget ęolus antris.
Fatales properant anni: nouieſq; uoluta
Fert alias leges centeno machina curſu.
Nec deus has labi ęrumnas prohibebit ab aſtris
Tempus adeſt quod iam uenturi pręſcia uatum
Pectora: fatidicę quod prędixere ſibyllę
Corripite arma uiri dextris leuatq; reflexis
Inſertate manus clypeis: deus odit inertes.
Ecce procul denſo nigreſcit puluere cœlum:
Sublatęq; leues nymbi tolluntur harenę.
Accipient fuſcę cędis caua flumina riuos
Rubraq; pampineos imitabitur unda liquores.
Non igitur fruſtra diros ardere cometas
Vidimus & medio phœbum palleſcere cœlo
Defectumq; pati: nigraq; in ueſte ſororem
Inter nocturnos ignes incedere mœſtam.
Tempus erit parcis celeres glomerantibus annos
Quom mediis foſſor campis tellure ſubacta
Inueniet conoſq; truces & nuda uirorum
Oſſa graueſq; ſolo galeas enſeſq; ſepultos
Armaq; noſtra ſuo non conuenientia ſęclo.
Atq; immutatos rerum mirabitur uſus.
Hęc properant: dictumq; fides non ſera ſequetur.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Sed ſteriles gelideq̄ꝫ animę quas imbre megęra
Letheo aſpergens requie ſopiuit inerti
Contemnunt: tepidoq̄ꝫ trahunt ſecura cubili
Ocia: tractantes lautis conuiuia menſis.

¶Summe pater &c. Facit cōprecationē ad deū patrē ꝓ inſontib⁹: ne ꝓ
pter iiquorū culpā in tā dirā calamitatē incidāt. Ordo eſt. O ſumme pa
ter cui ſaltē regia cœli paret. i. obedit: q̄ſi dicat [illegible] rebelles īperiū tuū
detractāt: nec volūtatē tuā faciūt: q̄ tñ fieri p̄camur dicentes. Fiat vo-
luntas tua ſicut in cœlo & in terra. Audi ſingult⁹ inſontes. i. inſontiū: &
flectere. i. permitte vt flectaris & p̄ceris (eſt enim imperatiui modi verbi
paſſiui deprecatiue poſiti) fletu piorū: gladii crudeles. i. ſeueritatē exe-
quētes & ſpicula. i. iacula in more ſpicarum acuta. ſaturanda cęde. i. im-
buenda vſq̄ꝫ ad ſaturitatē ſanguine: feriant. i. percutiāt: primores popu
li & frontes ſuperbas. i. habētes frōtes elatas & ora īflata tumore. i. faſtu
blaſphemo: & parce populo rudi ſequenti exempla maiorū. i. prēlato-
rum & tu qui ſaluas cętera: ſalua manū. i. multitudinē plebis imbellem
Quid greges. i. plebei: meruere. i. cōmiſerunt in te? (Sic Ouidius Quid
meruere boues animal ſine fraude doliſq̄ꝫ?) Incuria. i. negligētia paſto-
rum: eſt damno. i. ad damnū gregis: Cerne cymbā. i. nauiculā: laboran-
tem. i. periclitantē: per freta. i. maria feruida: ſalientia. i. exundātia: & fer
opem miſeris nautis: & ſterne. i. placa ac ſeda ſeu ęqua: pontū furentem
id eſt mare tempeſtuoſum: & manda. i. pręcipe: vt ſup. ęolus. i. rex ven-
torū. liget. i. vinciat vētos: ſuis antris. ſ. ęoliis. Anni fatales. i. exitiales ꝓ
perant. i. feſtināter aduenīūt: machina. i. ſtructura: cœlorū: voluta. i. re-
uoluta: nouies cēteno curſu. i. q̄ iā tendit ad milleſimā reuolutionē: fert
alias leges. i. aliud gen⁹ ęui: nec de⁹ ꝓhibebit. i. ꝑmittet has erūnas. i. ca
lamitates: labi. i. demitti ab aſtris. i. ab influētia aſtrorū. Tēpus adeſt qđ
pectora vatū p̄ſcia vēturi. i. q̄ p̄ſciebāt qđ vēturū erat: & qđ ſibyllę fatidi
cę p̄dixere ſup. futurū: O viri ſcꝫ xp̄iani. arripite. i. ſimul rapite: dextris
arma ſcꝫ īuaſiua vt gladiū aut telū: & inſertate. i. īplete aut circūdate ma
nus leuas. i. ſiniſtras: clypeis reflexis. i. incuruis: hoc eſt armis defenſiuis:
deus odit inertes. i. ignauos & nullā artem exercentes. Ecce cœlū. i. aer:
nigreſcit. i. offuſcatur procul. i. vt de longe videtur: puluere denſo: exci
to ſcꝫ ab hoſtibus aduentantibus: & leues nymbi. i. nubes harenę ſubla
tę. i. ſurſum latę: tolluntur. i. leuātur & rapiuntur in aera: caua flumina
accipient riuos: cędis fuſcæ. i. ſanguinis fuſcorū ſcꝫ mauroruꝫ: & vnda

(c) 2006 Ministerio de Cultura

rubra.i.ſanguine tincta:imitabitur liquores pãpineos.i.vini rubri. Igitur quia iſta fient nos nõ vidimꝰ cometas diros.i.rẽ dirã ſignificãtes:ardere.i.ſplẽdere cũ quodã terrore:fruſtra.i.ſine cauſa:q.d. immo cũ ſumma vẽturorũ ſignificatione:& nõ vidimus phœbũ.i.ſolẽ palleſcere fruſtra in medio cęlo & pati defectũ:& ſororẽ.ſ.phœben ſeu dianã: hoc eſt lunã incedere mœſtã inter ignes nocturnos.i.ſidera noctu lucẽtia: in veſte nigra.i.nymbo triſtitiã indicãte:hoc eſt cometę his tẽporibus viſi & eclipſes ſolis & lunę magnũ aliquod excidiũ prętẽdunt. Tẽpus erit parcis.i.deabus fatalibꝰ:voluẽtibus celeres annos.i.p reuolutionẽ celerem annorũ quę deo pordin[illegible] fiet:cũ.i.quãdo foſſor iueniet( tellure ſubacta in mediis cãpis)conos truces.i.truculentiã galearũ indicãtes:& nuda oſſa virorũ & graues galeas & enſes ſepultos.i.obrutos:ſolo.i.terra: & inueniet arma noſtra.i.noſtri ſęculi:nõ cõueniẽtia ſuo ſęclo(quia corpora hominũ in annos minora fiũt:nã terra malos homines nũc educat atqꝫ puſillos:quocirca vt noſtra corpora ſunt minora corporibꝰ maiorũ noſtrorũ:ita minorũ corpora erũt minora noſtris:hic aũt locus fere ſumptus eſt ex fine primi georg. vbi dicitur. Nõ alias cęlo ceciderunt plura ſereno Fulgura: nec diri totiens arſere cometę. Et paulo poſt. Scilicet & tẽpus veniet cũ finibus illis Agricola incuruo terrã molitꝰ aratro Exeſa inueniet ſcabra rubigine pila. Aut grauibꝰ raſtris galeas pulſabit inanes Grandiaqꝫ effoſſis mirabitur oſſa ſepulcris) Atqꝫ cum foſſor mirabitur vſus rerum immutatos: hec properant & fides non ſera.i.non tarda ſequetur dictum:ideſt id quod dixi:ſed animæ ſteriles & gelidę.i.frigidæ quas megera.i.furia illa infernalis ſopiuit inerti requie.i.oſcitatione:aſpergens ſup.eas:imbre letheo.i.obliuionis & negligentię infernalis:contemnũt.i.vilipendunt ſup.hec:& trahũt in cubili tepido ocia ſecura tractantes conuiuia lautis.i.ſplendidis: menſis.

Nubila mens hominum ſortiſqꝫ ignara futurę
Terretur uanis:& uera pericula ridet.
Non tamen iſta minus properant:incredula pœnas
Turba dabit:curiſqꝫ breui tabeſcet amaris.
At ſi tantus amor ſuperum ſi tanta moueret
Corda uirum pietas:ſtudiis ſi talibus artes
Ingenuas colerent homines:nec iacta perirent

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Semina:nec litui ſtreperent:nec claſſica cantu
Terribili:nec dira lues pręcideret annos.
Nam licet obſequiis opifex lucentia mundi
Aſtra ſuis aptans ſemen cauſaſq; malorum
Ignibus ęthereis dederit cęloq; uolanti:
Ipſe tamen liber nulloq; cohercitus aſtro:
Vultq; poteſtq; piis precibus uotiſq; ſuorum
Annuere:& cæli flammas cohibere nocentes.
Aſpice magnanimum bellatoremq; ducemq;
Qui promiſſa ſuum genus introduxit in arua:
Et facilem cognoſce deum:miſeriſq; fauentem
Caſibus:& noſtra ſuperum prece numina flecti.
Barbara gens populum reducem prohibebat ab agro
Pollicito:contra ſumptis dux impiger armis
Caſtra mouens hoſtes ingenti ſtrage fugatos
Preſſit:& infeſto turbas dum cęderet enſe:
Iam nox atra caput uelata nigrantibus umbris
Pallentes urgebat equos:lentumq; ſoporem
In terras biiugo ſecum temone uehebat.
Ne tenebris decepta manus uictoris ab ictu
Cędeq; ceſſaret:ſolymis ut gloria maior
Eſſet:& euulſa generis radice ſuperbi
Liberi pacificis habitarent agmina campis:



(c) 2006 Ministerio de Cultura

Vota preceſq; ducis deus audiit: atq; uolantis
Ipſe manus phœbi uolucrumq; retraxit equorum.
Lora pater: pluresq; diem produxit in horas:
Vincendiq; moras dedit: & comes iuit in arma:
Sol ſtupuit: fixoq; diu reſplenduit orbe.
Cętera (quę cęli dominum Titana ſequuntur)
Ordinibus certis ſua ne interualla [illegible]aſq;
Sidera mutarent iter: & ne curreret orbis
Ordine turbato currus traxere citatos:
Et iuga frenatis ſubito tenuere quadrigis
Solis ad exemplar: regemq; imitata quierunt:
Vranie (dulci ſeptem diſcrimina cantu
Quę regit) immoto uocem compreſſit olympo.
Sic pater edixit: ſic dii fecere minores.
Sireneſq; octo: quibus eſt data cura mouendi
Immortale dei templum bis quattuor orbes.
Ipſe arcem ſuper excelſam ſuper ardua mundi
Culmina (qua roſeum ſurgens aurora colorem
Explicat) ęterno patrem modulamine laudant:
Cunctaq; diſtinctis aptant mortalia fatis.
Humanis igitur ſi mitia numina rebus
Cernimus antiquos tantum curaſſe labores:
Vt tardata polis mundi mirantibus aſtra

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Paruerint homini: credo ſi neſcia labis
Totaqꝫ ſub magni imperium collata tonantis
Semper noſtra piis pareret legibus ętas:
Sollicito terrore carens fœlicibus armis
Mortales agerent ſub diis cuſtodibus ęuum:
Noſtraqꝫ non nymbo metuens: non miſſa per auras
Ardenti iouis arma manu: non torua furentis
Ora: noti libycum ſpumans quibus ęquor in altum
Tollitur: & campis uerſata liquentibus unda
Serpit in auſoniam tyrrhenaqꝫ littora pulſat:
Sed neqꝫ tecta timens cœco ſub gurgite ſaxa:
Non uada non ſcopulos: turcorum a littore uictrix
Fœtaqꝫ multiplici remearet fœnore claſſis.

❡Nubila mēs &c. Virgilius dicit. Neſcia mens hominum ſortiſqꝫ ignara futuræ. In hac autem parte docet auctor ex diffidentia quia non confidūt in domino chriſtianos ſpem reieciſſe: cum tamen fideliſſimus ſit deus in promiſſis ſuis: vt qui populū ſuū in terrā quā promiſerat īuitis gentibꝰ introduxit: & qui ad preces ieſu naue qui & ioſue dici ſolet ſolē ſtare fecit vnde dicit̄ ioſue. x. Stetit itaqꝫ ſol in medio cęli & nō feſtinauit occūbere ſpacio vniꝰ diei. Non fuit antea & poſtea tam longa dies obediente domino voci hoīs & pugnāte ꝓ iſrael &c. Ordo hic eſt. Mēs hominū nubila. i. caliginoſa & ignara futuræ ſortis: terret̄ vanis ſup. periculis & ridet vera ſup. ꝑicula: tamē iſta ſevera ꝑicula: properāt nō minꝰ. i. tantū acſi timerētur. turba incredula. i. ꝙ nō credit futura dabit pœnas .i. luet: & tabeſcet. i. ꝯſumet̄ & ꝯficiet breui. i. ītra breue tēpus: amaris curis. At. i. ſꝫ ſi tantꝰ amor. i. charitas ſupū. i. dei & cęterorū cęleſtiū: & ſi tāta pietas moueret corda virū ꝓ viroꝝ: & ſi hoīes colerēt talibꝰ. i. tā feruētibꝰ ſtudiis artes īgenuas. i. liberales: ſicut ſup mœchāicas: nec ſemīa iacta. ſ. ī terrā ꝑirēt: nec litui. i. clāgores tubaꝝ ſtreperēt: nec claſſica. i. ſigna ꝓlii cōmittēdi ſtreperēt terribili cātu: nec dira lues. i. īfectio peſtilētialis:



(c) 2006 Ministerio de Cultura

[pr]æcideret.i.abrūperet & īminueret annos. Nam licet opifex mūdi ſcꝫ d[e]us aptans aſtra lucentia ſuis obſequiis: dederit ignibꝰ ęthereis.i.ſideri[b]us & cœlo volanti.i.volubili:ſemen & cauſas malorū:tamen ipe exiſt[e]ns liber & nullo aſtro.i.violentia cœli cohercitus.i.cōſtrictus aut de[u]inctus ſeu violentatus vt dicūt:& vult & pōt: ānuere.i.fauere & aſſentire nutu:precibus & votis ſuorū:& vult cohibere.i.impedire & reſtringere nocentes flāmas cœli.i.maliuolas influentias cœleſtes. Aſpice magnanimū bellatorē & ducē.ſ. Ioſue qui produxit genus ſuū.i.populuꝫ iſrael: in arua promiſſa.i.terrā promiſſionis a deo promiſſæ:& cognoſce deū facilē.i.paratū ad faciēda [illegible]mus: & fauētem miſeris caſibus .i.infortuniis & laboribus hoīm:& cognoſce numina.i.diuinitatē qua nutu oīa faciūt:ſuperū.i.dei et quibꝰ deus vult poteſtatē talē facere:flecti prece.i.per preces noſtras. Gens barbara.ſ. amorreorū & aliorū qui terrā promiſſionis & confinia arabię tūc tenebāt quū populus iſrael ingreſſum peteret:prohibebat populū.ſ.iſrael:reduceꝫ.i.reuertētē in patriam ſuā:ab agro pollicito.i.terra ꝓmiſſionis:Dux impiger.i.ſtrēnuꝰ ſcꝫ Ioſue aut Ieſu naue mouēs armis ſumptis.i.poſtq̄ ſumpſerat arma: cōtra caſtra ſcꝫ hoſtiū:preſſit.i.oppreſſit:hoſtes fugatos ingenti ſtrage & dum ipſe Ioſue: cæderet.i.percuteret ac occideret: enſe infeſto.i.vim afferente:turbas.ſ.inimicorū:iam nox atra velata caput.i.habēs caput velatū nigrātibus vmbris: vrgebat equos pallentes.i.frigore aut pallātes.i.oberrātes:& vehebat ſecū in terras temone biiugo (ſic etiā luna vehi dicit) ſoporē lentū.i.lentos & tardos faciētē:hoc eſt cū iā nox appropinquaret:ne manus victoris decepta tenebris ceſſaret ab ictu & cęde.i. occiſiōe:& vt maior glīa eēt ſolymis.i.hieroſolymitanis:& vt agmīa libera.ſ.filiorū iſrael habitarēt cāpis pacificis.i.quos pacifice poſſiderēt: & hoc radice ſupbi generis euulſa. Deus audiit voces & p̄ces ducis.ſ. Ioſue:atq; ipe deꝰ retraxit manꝰ phœbi volātis: & ipe pater.ſ.deꝰ: retraxit lora volucrū equorū: & produxit.i.extēdit diem in plures horas & dedit.ſ.Ioſue & populis iſrael:moras vincendi: & iuit comes in arua.ſ. ꝓmiſſionis. Sol ſtupuit:& reſpl[en]duit orbe.i.globo ſuo fixo diu: cætera ſidera q̄ ſequūtur titana.i.ſolem d[o]minū cœli: ne mutarēt ſua interualla certis ordinibus.i.quæ collata ſu[n]t ſub certis ordinibus: & ne mutarent vetus iter.i.veterem viā:& ne orbis curreret ordine turbato:ipa traxere equos citatos.i.excitos:& tenuerunt ſubito iuga:frenatis.i.ꝑ frena retractis: quadrigis.i.quattuor equis currū eorū trahētibus (Solis aūt currus proprie quattuor equis trahi dicitur. ſed hic videt̄ cęte[ri]s quoq; id attribuere cū ſubdit) ad exēplar ſolis.i.quomodo ſol quadrigas ſuas retraxerat: & cętera ſidera quierūt imitata regem.i.principē ſuū ſolem:

(c) 2006 Ministerio de Cultura

hoc eſt q̄uis in libro ieſu naue: tantum mētio fiat de ſtatione ſolis: tam̄
certū eſt totū cęlū cōſtitiſſe. Vranie.i.muſa cęleſtis: q̄ ſcilicet eſt in con-
tu cęlorū (nam vt cicero & ſup eū macrobius in de ſomnio ſcipionis t[illegible]
gūt plato dixit ſingulis orbibus cęleſtibꝰ ſingulas ſyrenas p̄ſidere q̄ ad
mirabilē cōcentū & melodiā pareret: ουρανοσ aſit dicitur cælū vnd[illegible]
vrania vna ex nomē muſis nobis ſūpſit) q̄ regit dulci cātu ſeptē diſcrimi
na.i.diuerſos motus planetarū: cōpreſſit vocē.i. cōcentū ſuū: olympo
.i.cælo: imoto.i.quieſcente. Pater.ſ.deus edixit.i.pręcepit ac voluit: ſic
& dii miores.i.itelligētię q̄ cęlū mouēt: fecere: & octo ſirēes.ſ.ſeptē ſphe
rarꝫ planetarū & firmamēti: qbꝰ [illegible] mouēdi imortale.i.icorruptibile
templum dei.ſ.cęlū: appoſitorie bis quattuor.i.octo orbes mobiles: da
ta eſt ſup. fecere ſic. Ipſę ſcilicet ſyrenes: hoc eſt intelligentię ſeu ſpiritꝰ cæ
leſtes laudant ęterno modulamine: patrē ſcilicet deum: ſuper excelſam
arcem & ſuper ardua culmina mundi: ab ea ſup. parte: qua aurora ſur-
gens explicat.i.diffundit colorē roſeum.i.rubicundum: & ipſæ ſirenes
aptant cuncta mortalia: fatis.i. exitibus aut legibus diſtinctis. Igitur ſi
nos cernimus numina mitia.i.deum & ſanctos beniuolos: humanis re
bus curaſſe tantum.i.in tantuꝫ labores antiquos.i.antiquorum ſcilicet
patrum noſtrorum: vt aſtra tardata.i.immorata & detenta: polis mirā-
tibus: ideſt obſtupentibus tarditatem eorum paruerint dico homini:
credo ſi noſtra ętas neſcia labis: ideſt maculę peccati: & collecta tota ſub
imperium magni tonantis pareret ſemper piis legibus.ſ.diuinis: credo
inquam ꝙ mortales.i.homines chriſtiani agerēt ſub diis cuſtodibꝰ.i.di
uina cuſtodia fœlicibus armis ęuū carens ſollicito terrore: Et noſtra claſ
ſis (quod vocabulum ponit in fine huius lectionis) non metuens arma
miſſa nymbo: ideſt nubibus & procellis: hoc eſt fulmina & grandinem
naturaliter euenientem: & non metuens arma miſſa per auras ardente
manu iouis.i.dei patris in vindictā ſcelerum: & non metuens torua ora
.i.occurſum terribilē nautis: noti.i.venti illiꝰ humidi & procelloſi: qui
bus.ſ.occurſibus aut faciebus noti (nā oribus in latino vſu nō reperimꝰ
vnde ſciendū quod Seruius dicit multa, videlicet in ſubauditione eſſe q̄
expreſſa non decet: vt apud Saluſtiū: Sertorio triplices inſidiæ per ido-
neos ſaltus poſitæ erant: prima &c. vbi ſubaudiendum reliquit inſidia:
quod penitus dicere non poſſumus. Vnde & georg. 2. Sunt & amineæ
vites firmiſſima vina Tymolus aſſurgit quibus &c. vbi tamē non licet
dicere vinis: quia in plurali non habemus niſi vina: ſed poſſet referri ad
vites: vt (quibus vitibus) æquor libycum ſpumans: tollitur in altum
.i.erigitur: & vnda verſa.i.poſtq̄ euerſa eſt in campis liquentibus.i.fluē-
tibus.ſ.maris: ipſa ſup. aut aut ipſum æquor ſerpit i auſoniam & pulſat



(c) 2006 Ministerio de Cultura

littora tyrrhena ideſt italica ad mare tyrrhenum quod inferum dicitur. Animaduerte autem ꝙ ſi legatur verſa tunc ſunt ſeptimi caſus hoc eſt ablatiui in deſignatione ſequelȩ poſiti: & liquētibus deducit̃ a liquor liqueris quod primā producit: ſi vero legat̃ verſata iā erunt nominatiui unda verſata: & liquētibus deducetur a liqueo: quo modo ego libentiꝰ legam: ſed verſa nō verſata repperi (ſed neqꝫ ipſa claſſis noſtra: ideſt chriſtianorum timens ſaxa tecta ſub gurgite cœco. i. atro ſub quo videri nō permittitur: & ipſa non timens vada: ideſt loca non ſatis profunda per quȩ vadari licet & in quibus naues attritæ arenis mergi ſolent: & non timens ſcopulos: ideſt ſaxa maris: remearet victrix: a littore turcorum fœta: dieſt onerata: multiplici fœnore: ideſt lucro & acceſſione diuitiarum

## Quomodo deus placandus ſit.

QVa prece placari quo poſſint munere flecti
Numina caſtalides oſtendite: numina uobis
Cognita: terrigenum miſerȩ ſuccurrite ſorti.
Dum precor: Vranie cui ſidera nota deumqꝫ
Tecta: ſupercilio ſic eſt effata ſereno.
Corpora ſiderei ſicut mortalia cæli
Imperio ſubſunt & nulla rebellibus armis
Bella audent: ſequitur magnes erymantidos aſtrum
Et quo luna iubet fugit atqꝫ reuertitur unda
Tempora ſol uariat: ſic mens ȩterna parenti
Iuſtitiam ſanctos mores & laudis honorem
Perpetuum debet: ſunt hæc gratiſſima cȩlo
Orgia & infeſtis obſtare potentia fatis.
Sed poſtq̃ liquit terras aſtrea nocentes
Fugit & ipſe hominum leges qui condidit ordo.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Temporeq; ex illo ſummi reuerentia patris
Sanctaq; diuini ruit obſeruantia cultus.
Hi quoq; qui nomen de relligione ſuperbum
Vſurpant: q̄q̄ ſanctis a patribus ortos
Se iactent: ouium molli ſub uellere fraudes
Mente lycaonias ſeruant & crimine ſordent:
Quod ſpeciem uirtutis habens ſcelus omne colorat.
Nec tamen his maculis ſordet pecus omne: magiſter
Ne pereat quędam ſibi ſeruat ouilia ſemen.
Qui prece ſollicitant ſuperos multoq; per omnis
Ture litant aras ueniam pacemq; precantes
Inuiſi ſuperis fœdaq; libidine olentes.
Heu fruſtra inceſtis iterant ſacra orgia dextris.
Polluti circum quotiens altaria uultus
Conueniunt celebrantq; choros & carmine mixto
Sancta deum uanis penetralia uocibus implent:
Irritant iraſq; mouent non numina flectunt.
Hac prece nil opus eſt: nil adiutoribus iſtis
Auxilii ſperate: nouis date templa miniſtris.
Sacrilegum genus ex adytis templiſq; deorum
Pellite: nec longos ſcelera hęc uertantur in uſus.
Quid Solymos ritus: quid montibus ęmula templa
Aequatamq; iugis molem longumq; per ęuum



(c) 2006 Ministerio de Cultura

Limina ſolenni late celeberrima cultu
Antiquaſq; dei ſedes cum mœnibus altis
[illegible]ruit: & pulchram ex imis radicibus urbem:
Sacrificę gentis ſcelus & contagia paſſim
In patrias prolapſa domos mouere tonantem.
Qui romana uocans ad opes & regna ſuorum
Caſtra ſecundabat curſus claſſemq; regebat
Auſoniam: ſtimuloſq; animis addebat & ignes.
Ipſe acies inter tenui circũdatus aura
Verſabatur agens animoſam in prělia gentem:
Oppugnanſq; altas arces ſcelerata ruebat
Mœnia: cœlicolum poſt longa ſilentia tandem
Euigilans furor imperiis regniſq; ruinam
Ingerit: & celeri peſſum trahit omnia cęde:
Sicut in antiquas flammis uolitantibus ędes
Quom ſęuit uulcanus eunt laquearia iunctis
Cum trabibus tabulęq; leues: atq; ardua tecta
In cineres: longoſq; rapit breuis hora labores.

QVa p̃ce &c. Exequit̃ q̃d' p̃libauit ĩ ꝓœmio videlicet artẽ q̃ p̃mat ætherei flagrãtẽ pri[illegible]ipis irã: petẽs id a muſis ſibi reuelari: ĩtelligẽs ꝑ muſas aut c[illegible]eleſtes ĩtelligẽtias ſeu ãgelos btõs: aut ſpũ ſancti dona: ĩtroducitq; ex ordĩe & officio muſas: p̃io vranien .i. muſã cœleſtẽ aſtrologię ĩuẽtricẽ ꝓnoĩe & ĩuẽtis differẽtẽ. deĩde alias vt ſuis locis patebit. Ordo aũt eſt. O caſtalides .i. o muſę: q̃ caſtaliã aliq̃n coluiſtis: oſtẽdite ſup. nobis qua p̃ce poſſint numina .i. deꝰ & [illegible]ecti placari .i. pacari & ab ira mitigari: & quo munere poſſint flecti ſcꝫ a rigore (Apte placari precibꝰ & flecti muneribꝰ dicit) numina .i. deus & ſancti:

(c) 2006 Ministerio de Cultura

aut poteſtates diuinæ: ſunt cognita vobis: ſuccurrite igitur ſup. miſeræ
.i. miſerandę ſorti terrigenū .i. terrigenarū: hoc eſt hoim in terris genito
rum & lōge a cœleſtibꝰ degentiū: Dum precor (inquit poeta) vranie .i.
muſa cœleſtis: cui ſidera & tecta .i. domicilia deū .i. deoꝝ: nota ſup. ſun.
effata .i. elocuta eſt ſupercilio ſereno .i. vultu placido & benigno: ſic .i. in
hunc modū. Sicut corpora mortalia .i. caduca & corruptibilia ſubſunt
imperio cœli ſiderei .i. ſtellati: & nulla .i. nō vlla: nō audent vlla bella .i.
nō reſiſtunt cœlo rebellibꝰ armis: (quod probat per inductionē dicēs)
Magnes ſequit̄ aſtrū erymāthidos .i. vrſę .ſ. caliſtus in erymantho in vr-
ſam verſę: & in cœlū tranſlatę: hoc eſt ſpectat ad polū arcticū (quod ali-
bi quoqꝫ dicit poeta: aliis contra ſentientibus quos alibi ſecuti ſumus)
& vnda .ſ. maris fugit atqꝫ reuertit̄ .i. fluit & refluit: ſup. eo quo luna iu-
bet: & vt ſup. ſol variat tēpora .i. āni partes variis qualitatibꝰ īducit: ſic
mens ęterna .i. aīa īmortalis: debet parēti .ſ. deo: iuſtitiā: ſanctos mores:
& ꝑpetuū honorē laudis. vñ in pſalmo dicitur Semper laus eius in ore
meo: hæc orgya .i. huiuſmodi ſacrificia quibꝰ .ſ. iuſtitia: ſancti mores &
laus dei deo imolantur: ſunt gratiſſima cœlo .i. cœleſtibus: & potentia
.i. efficacia & valētia obſtare fatis .i. euētibꝰ: infeſtis .i. aduerſis: Sꝫ poſtꝗ̄
aſtrea .i. iuſtitia (de qua alibi ſatis diximꝰ: & Hęſiodus in georgicis mul
ta quę hic ponētur dicit) liquit terras nocentes .i. ſceleratas: ipſe ordo ꝗ
condidit leges hominū .i. cœtus optimorū virorum: fugit: & .i. pariter
& reuerētia ſummi patris .i. dei: hoc ē pietas & religio: & ſancta obſeruā
tia (poſſet dici forte cōuenientiꝰ obſeruatio) diuini cultus .i. latria: ruit
.i. decidit & interiit: ex illo tēpore .i. poſt illud tempus: hi quoqꝫ .i. etiaꝫ
hi qui vſurpant ſuperbū nomen de relligione .i. ꝗ iactant ſe religioſos:
ꝗ̄ꝗ̄ iactent ſe ortos a ſanctis patribꝰ: tñ ſup. ſeruāt mēte .i. intrinſecꝰ ſub
molli vellere .i. ī veſtimētis: ouiū: fraudes lycaonias .i. lupinas: q̄les exer
cuit lycaon rex archadię hoſpites ſuos occidere ſolitꝰ: ꝗ ob feritatē ī lu-
pū verſus dicit̄: hoc ē ītrinſecꝰ ſūt lupi rapaces: & ſordēt crimine: quod
ſup. crimen: videlicet hypocriſis: habēs ſpeciē virtutꝫ: colorat .i. phucat
& tegit oīe ſcelꝰ: Nec ꝓ & nō: & tñ nō oīe pecus .i. nō totꝰ grex religio
ſorum aut monachorū ſordet his maculis .ſ. hypocriſis & ſimulatę reli
gionis: Magiſter .ſ. deus ſeruat ſibi quędā ouilia .i. quędam conuenticu
la: ſeu cœnobia ac monaſteria: ne ſemen .i. tota inſtitutio pereat: ii ſup.
qui ſollicitant .i. pulſant & conueniūt ſuperos .i. cœleſtes prece: & qui li
tant .i. ſacrificant per omnis aras multo ture: & tamen ſup. ipſi precātes
veniam & pacem .i. reconciliationem populi: exiſtentes īuiſi ſuperis &
olentes .i. fetentes fœda libidine: heu (dolentis eſt) ipſi iterāt .i. frequen-
tant: fruſtra .i. nequicꝗ̄ & inutiliter: orgia ſacra .i. ſacrificia: dextris .i. ma-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

nibus inceſtis.i.pollutis.i.fruſtra faciũt rẽ diuinã: quã miſſam vocam⁹ eo ꝙ ad deũ patrẽ mittatur euchariſtia.i.bonę gratię hoſtia: Quotiens vultũ; polluti cõueniũt circũ altaria: & celebrãt choros & implent carmine mixto.i.concẽtu: vanis.i.inanibus ac inutilib⁹ vocib⁹: ſancta penetralia.i.tẽpla & phana deũ.i.deorũ.hoc eſt dei & ſanctorũ: q participatione quadã dii ſunt.totiẽs ſup.irritãt ipſi & mouẽt iras dei & nõ flectant.i.placant ac pacant numina. Nil.i.in nullo opus ẽ hac.i.hmõi pce: Nil.i.nõ aliquid: nõ ſperate aliquid auxilii.iſtis.ſ.vilibus & imũdis adiutoribus.i.pcatoribus aut interceſſorib⁹.date templa miniſtris nouis.i.caſtris & ſanctis: quales erãt fere in inſtitutõe oẽs donec diuitię luxum ĩduxerãt: pellite gen⁹ ſacrilegũ.quod elemoſynã q̃ res ſacra eſt: furatur: ex adytis.i.ſacrariis q̃ adire niſi ſanctis nõ licet: & ex tẽplis deorũ: nec hęc ſcelera vertãtur in lõgos vſus.i.veniãt in cõſuetudinẽ: expulſis ſcꝫ male viuentib⁹. Quid ſolymos &c. Docet ſacerdotũ ſcelera & contagia fuiſſe euerſionis hieroſolymoꝝ cauſam: dicẽs. Quid eruit ritus ſolymos.i.hieroſolymitanos: & qd eruit.i.euertit tẽpla ęmula mõtib⁹.i.inſtar montiũ: & molẽ.i.magnitudinẽ tẽpli ęquatã iugis.i.cacuminibus mõtiũ: & limina celeberrima late.i.pręter alia: ſolẽni cultu.i.latria: per longũ ęuũ.i.multorũ ſęculorũ: & quid eruit pulchram vrbem ſcꝫ hieruſalẽ: ex imis radicibus.i.funditus & radicitus? Reſpondet dicens: ſcelus gentis ſacrificę.i.ſacerdotũ qui rem ſacram faciebant: & contagia.i.contaminationes: prolapſa.i.prouulgata & deſcendẽtia paſſim in domos patrias.i.in familiã & gentẽ ſacerdotalem: mouere.i.cõmouerunt ad iram: tonantem.i.deũ cœli: qui vocans caſtra romana ad opes & regna ſuorũ ſcꝫ iudeorũ qui populus electus olim erãt: quia notus in iudea deus: ſecũdabat.i.proſperabat: curſus ſcilicet nauiũ romanarũ ſub Tito & Veſpaſiano ad delendã hieruſalem tendẽtiũ: & regebat claſſem auſoniã.i.italicam: & addebat animis ſcꝫ romanorũ ſtimulos & ignes.i.inſtigauit eos occultis inſpirationibus ad euerſionẽ hieruſalem. Ipſe ſcꝫ deus circũdatus tenui aura: verſabatur inter acies.i.exercitus romanos: agens.i.impellens gentẽ animoſam in prælia: & oppugnans imo expugnãs altas arces ſcꝫ hieroſolymitanas: ruebat.i.diruebat & deiecit ſcelerata mœnia.i.ſceleſtorũ domicilia ſcꝫ hieruſalem. Furor cœlicolũ.i.cœlicolarum: hoc eſt ira deorũ uigilans.i.experrecta tandẽ poſt longa ſilentia: ĩgerit imperiis & regnis ruinã (vnde dicit Valerius maxim⁹ libro.i. Lento gradu ad vindictã ſui diuina procedit ira: tarditatẽq; ſupplicii grauitate compenſat) & trahit oĩa peſſum.i.peſſundat & euertit oĩa celeri cęde.i.excidio: ſicut cum vulcanus.i.ignis ſęuit.i. fit magnus & violentus: & hoc flãmis volitantibus in ędes antiquas.laquea-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ria.i.cõnexiones trabiũ: & tabulę leues ex quibus tabulata (quæ quidã ſolaria vocant) facta erant: atq; alta tecta eunt.i.reſoluũtur: cũ trabibus i.& trabes ſimul: in cineres: & breuis hora rapit.i.aufert & abſumit labores longos.i. opes longo labore congeſtas & ædificia longo labore extructa.

Si robuſta fides: ſi ſpes immobilis: ardens
Si pietas ſenis & uicio inuiolabile pectus
Afforet: ignicolor quem lapſus ab ęthere currus
Suſtulit in phœbi ſyluas atq; ardua templa
Ferret opem: poſſetq; inſtans auertere fatum.
Ipſe ſacerdotes phythonia pectora falſos
Abſtulit: & longo campis arentibus ęſtu
Elicuit largum ſubitis de nubibus imbrem.
Traxit & æthereos ſuperis ex urbibus ignes.
Et noua circũdans liquidis altaria riuis
Quom boue mactato rutilans ſuperincidit ardor
Et quom dura ferens regis mandata ſuperbi
Attonitus ſenſit flagrantia fulgura miles.
Hic antiqua tuæ iecit primordia gentis:
Namq; rudem tunicam tetræ fuliginis inſtar
Cui ſimplex experſq; artis natura colorem
Fecerat induitur per ſęcula cuncta nepotum
Progenies iuſſit ſimilem geſtaret amictum.
Incola carmeli primus fuit: ipſe pudoris
Virginei princeps & uitę cœlibis auctor

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Ipſe ſuo ſanctos urbes & mœnia patres
Linquere & in tacitis ſeruare licentia campis
Exemplo docuit: ſolus namq; ipſe per umbras
Errabat nemorum pomis contentus & unda.
Gramen ei pro melle fuit: pro nectare lympha.
Sed fœlix nunc arua colit ridentia ſupra
Frigoris aerii: & lapidoſæ grandinis oram.
Ille licet gemina uertex æſtate quotannis
Sudet: & a nobis cum ſol declinat in auſtros
Et cum littore ei petit humida brachia cancri:
Scilicet æquali libræ phryxiq; ſub aſtro:
Depreſſo quoniam multum telluris ab orbe
Tollitur: infeſtis nunq̃ tamen ignibus ardet:
Purpureos ſemper flores ſpirantibus auris
Ora tepens ſemper uiolas & candida ſemper
Lilia fert: breuibuſq; dies abſconditur umbris.
Quattuor ex iſtis labentia flumina campis
Lata rigant aſię ripis ingentibus arua:
Sunt rigui fontes: uitreoſq; nitentia riuos
Prata bibunt: terſus ſemper ſine nubibus aer
Nec quatitur uentis nec rauca tonitrua frangit.
Brachia pomiferæ curuant redolentia ſyluę
Pendulaq; electri gratum induit uua colorem.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Collibus in paruis ubi paulum iugera ſurgunt
Perpetuas ramis fœcunda feracibus arbor
Semper habet fruges quibus & contemnere fatum
Poſſit & expertem morbi ſeruare iuuentam.
Nulla patet curis illuc uia: nulla dolori:
Nulla neci: colit iſta ſenex loca ſancta beatus:
Atq; ſub occaſum mundi rediturus in orbem
Non timet interea parcæ ne ſtamina rumpant.
Hoc ſene nunc opus eſt: & te mitiſſime uatum
Cuius ad ingreſſum rubri ſalis unda receſſit
In geminas rupes: patuit maris alueus ingens
Prętereunte duce & populo per concaua regna
Neptuni: timnit triton: ſonuere cauernę
Delphines curui & phocę fugere natantes.
Subq; imas ęgit protheus pecus omne latebras.
Si deus hos noſtro miſerans concederet ęuo
Dura inter uapidos paterentur iurgia patres:
Vſq; adeo inuiſa eſt probitas odioſaq; uirtus.
Tempore namq; iſto uicio datur eſſe pudicum:
Eſt ſcelus eſſe pium: ſęcli hęc eſt gloria noſtri
Parce igitur pro gente tua tabeſcere uates
Pone preces: ambire deos & ſidera noli.
Quod cælum ſuperiq; ferunt mutabile non eſt.



(c) 2006 Ministerio de Cultura

¶Si robuſta &c. Quia vrania docuit euerſionē hieruſalē & cæterarum ciuitatū eueniſſe pręcipue ob ſcelus ſacerdotum: docet ab iiſdem remediū poſſe adhiberi ſi veterē religionē reducerēt: deūq; rite colerēt: occaſione cuius deſcribit religionum oīm principē heliā: docetq; quomodo in paradiſum rapt⁹ ſit & vbi paradiſus ſitus: & quō ab eo cęteræ religiones promanarunt. Diuus quoq; hieronymus in epiſtolis auctor eſt monachos ac religioſos omnes habere heliam & heliſeum principes. Ordo eſt. Si fides robuſta. i. conſtans & firma: & ſi ſpes immobilis: & ſi ardens pietas. i. vehemēs charitas & zelus: & ſi pectus inuiolabile. i. valde difficulter violabile: vitio. i. peccato: pectus dico & virtus ſenis. ſ. helię quē currus ignicolor. i. ignit⁹: lapſus ab ęthere: ſuſtulit. i. rapuit: in ſiluas atq; ardua tēpla phœbi. i. paradiſum q̄ eſſe ad orientē dicit: ſi inquā fides ſpes charitas & fortitudo heliæ afforet. i. adeſſet hoībus: ipſa ferret opē. i. auxiliū: & poſſet auertere. i. amouere & īpedire fatū inſtās. i. excidium italię. Ipſe. ſ. helias abſtulit falſos ſacerdotes appoſitorie: pectora phithonia. i. q̄ ſpiritu malo agitabant (loquitur aūt de ꝓphetis baal de quibus habet. iii. Reg. xviii.) & elicuit largū imbrē de nubib⁹ ſubitis. i. ſubito exortis: vt dicit ī eodē cap. cāpis arētib⁹. i. ī cāpos arētes: vt ſit datiu⁹ localis: aut ad vtilitatē cāporū arētiū lōgo ęſtu. i. ſiccitate lōga: & traxit. i. auocauit ex orbib⁹ ſupis. i. ſpheris cęleſtib⁹ ignes æthereos & circundans noua altaria liquidis riuis: ex aqua. ſ. effuſa ſup holocauſtū & ſup ligna (vt dicit ibidē) quū. i. quādo boue mactato: ardor rutilās. i. ignis ſupicidit vñ dicit Cecidit aūt ignis dñi & vorauit holocauſtum & ligna & lapides &c. & cum miles. i. princeps quinquagenarius attonitus. i. ſtupefactus: ex euentu (quia vt habetur. 4. Reg. i. deſcendit ignis de cęlo & deuorauit duos pricipes quinquagenarios & quinquagenos qui erāt ſub eis) ferēs dura mādata ſuperbi regis. ſ. ochoziæ: ſenſit fulgura flagrātia. i. cōburētia ipſum cū iis q̄ ſub eo erant: donec veniret tertius qui curuauit genua ſua cōtra heliam &c. Hic. ſ. helias iecit antiqua ꝑmordia. i. prima exordia: tuę gentis. i. carmelitarū & cæterorū religioſorū: nā ipſe induit (Poſſet forte exponi vt itelligat ꝑſens pro ꝑterito poſitū: ſed ad hoc nō cogimur. Quia enī iteriorē tunicā quā vult ſignificare piceā ſeu vt vulgo dicūt griſeā fuiſſe: dimiſſo palleo ſibi ſeruauerit helias: pōt adhuc ea indui: cum in paradiſo ſicut nec ipſe non conficiat ſenſo: aut forte conſimilem ſibi refecerit: ſed hoc muſę q̄ nobis exploratius eſt) induitur ergo tunicā rudē: inſtar. i. in formā aut ſtatum: tetrę. i. obſcurę fuliginis. i. coloris picei ex fumo collecti: cui natura ſimplex & expers artis. i. lana vt ex ouib⁹ pullis decerpit: fecerat colorem. ſ. griſeū: & iuſſit ſuꝑ vt progenies. i. quilibet eius imitator geſtaret ſimilē amictū p cuncta ſecula

(c) 2006 Ministerio de Cultura

nepotũ.i.poſterorũ.Ipſe fuit primus incola.i.inhabitator carmeli: ipſe fuit princeps pudoris virginei.i.caſtitatis virginalis:& auctor.i.inſtitutor vitę cęlibis.i.extra matrimoniũ degẽtis:ipſe docuit ſuo exẽplo ſanctos patres linquere vrbes & mœnia:ſicut Ioannes baptiſta & ſancti patres in eremo poſtea liquerant. & docuit eos ſeruare ſilentia in tacitis cãpis.i.in ſyluis aut deſertis ſeu eremo. Docuit inquã exẽplo:nã ipſe ſolus errabat per vmbras nemorum.i.ſiluarũ cõtentus pomis pro cibo.ſ. & vnda ꝓ potu.Gramẽ fuit ei ꝓ melle:& lympha.i. aqua fluens pro nectare.i.dulciſſimo potu.ſed ipſe fœlix colit nũc arua ridentia.i. florida & amœna ſupra oram.i.regionem frigoris aerii.i.mediam aeris vbi frigus eſt per actionem per antiperiſtiſim:ſupra oram grandinis lapidoſę ideſt in lapides concretę:ille vertex licet ſudet quotãnis.i.ſingulis annis gemina ęſtate.ſ.&.i.pariter cum ſol declinat a nobis in auſtros.i.in meridiẽ cum.ſ.nos hyemẽ habemꝰ:& cũ.i.quãdo petit hũida brachia cãcri littorei.i.cũ & nos ęſtatem habemꝰ:declarat quõ id fieri poteſt: dicens ſcilicet.i.ſcire licet quõ id fiat:quoniã ſub æquali aſtro librę & phryxi.i. arietis:hoc eſt ſub vtraq̧ linea equinoctiali(quarũ altera eſt in martio ſole exiſtẽte ĩ ariete: & altera in ſeptẽbri ſole exiſtẽte ĩ libra) multũ telluris tollitur.i.erigit̃ ab orbe depreſſo.i.hũili & imo:tamẽ nunq̃ ardet.i.ęſtuat ignibus ĩfeſtis.i.vim ĩferẽtibus:ora.i.regio illa tepens ſemper auris.i. ventis modicis ſpirãtibꝰ.i.flantibꝰ leniter.fert ſemp violas & lilia candida:& dies abſconditur breuibꝰ vmbris:quia vtrinq̧ ſol facile aſpicitur. Quattuor flumina labẽtia ex iſtis cãpis rigãt lata arua aſię ingẽtibus ripis(de qbus fluminibꝰ dicit̃ geñ.2.De ſitu aũt paradiſi cõcedit ĩ ſententiã venerabilis bedæ)Fõtes rigui.i.irrigãtes ſũt ſup.illic:& prata nitẽtia bibũt riuos q e fontibus manant:vitreos.i.limpidos & vitrei coloris:& aer eſt ſemp terſus ſine nubibꝰ:nec quatitur.i.cõcutitur ventis: nec frangit tonitrua rauca.i.non generat tonitrua q̃ fragore generãtur: ſiluę pomiferę.i.arbores plurimę varia poma ferentes:curuant ex põdere videlicet:brachia redolentia:ex odore videlicet pomorum. & vua pendula .i.ſuſpenſa in arboribꝰ induit gratũ colorẽ electri.i.melli nõ multũ diſſimilẽ:ſed pellucidũ:arbor.ſ. vitalis ſeu lignũ vitę: fœcũda feracibus ramis habet in collibus ꝑuis vbi.i. ĩ qua parte: iugera ſurgũt paulũ.i.paulo editiora ſunt:ſemp fruges ꝑpetuas.i.ꝑpetuitatẽ vitæ generãtes & nõ marceſcẽtes:quibꝰ.ſ.frugibꝰ ſeu pomis ipe poſſit.i.qlibet q eis veſcatur poſſit.i.& ſimul cõtẽnere fatum.i.mortem: & ſeruare iuuentam.i.iuuenilem ętatem:expertem.i.imunẽ morbi.i.ægritudinis.Nulla via.i.nullus aditus aut acceſſus patet curis:illuc.i.ad eum locum paradiſi: nulla via patet dolori illuc:nulla neci.Senex beatꝰ ſciliȝ helias colit.i. habitat

rr.ii.

(c) 2009 Ministerio de Cultura

iſta ſancta loca: atqꝫ ipſe rediturus in orbem ſcꝫ noſtrū: ſub.i. paulo ante occaſum.i. excidiū mundi: nō timet ne parcę.i. deę fatales: hoc eſt neceſſitates moriendi: rumpant interea ſtamina.i. vitæ contexturam. Opus eſt nūc hoc ſene ſcꝫ helia: & opus eſt te o mitiſſime vatū ſcꝫ moyſes. ad cuiꝰ īgreſſū vnda rubri ſalis.i. marꝭ ſalſi receſſit ī geminas rupes.i. duas partes in modū murorū cohęrētes. Ingens alueus maris patuit.i. apertus & peruius factus eſt: duce & populo prętereunte per regna neptuni.i. maria: concaua.i. diffugiente aqua concauitatem prębentia: triton.i. deus maris cōcha canere ſolitus: timuit ſcꝫ ingreſſum populi. cauernæ ſcꝫ maris ſonuere: & delphines piſces illi curui.i. qui caudā in caput inclinant: & phocę.i. vituli marini: fugere.i. fugerunt: natātes: & ꝓtheus deus marinus ac vates: cuſtoſqꝫ pecoris neptuni qui phocas cuſtodit: egit omne pecus ſup. neptuni ſibi cōmiſſum: ſub imas latebras ſcꝫ maris. Si deus miſerans concederet hos ſcꝫ moyſem & helian qui in transfiguratione chriſti apparuerunt: noſtro ęuo.i. ſęculo: ipſi paterentur dura iurgia.i. obiurgationes vſqꝫ ad verbera procedētes: inter patres vapidos.i. crapuloſos & vinoſos ac mulieroſos: vſqꝫ adeo.i. vſqꝫ ad id. hoc ē in tantū eſt probitas inuiſa & virtus odioſa: nāqꝫ pro quia: eſſe pudicū.i. caſtum & honeſtū datur iſto tēpore: vitio.i. vituperatur. & reputatꝰ vitioſum: quod nimis verū eſt: & eſſe piū.i. religioſum & ſeruantē ęqui eſt.i. reputatur & exiſtimatur: ſcelus.i. peccatum: hęc.i. hmōi eſt gloria noſtri ſęculi. o vates ſcꝫ o baptiſta mantuane: igitur. quia ſcꝫ vitia tā indomita ſunt: parce.i. abſtine & ſupſede ac deſine: tabeſcere.i. curis & anxietate conſumi: pro tua gēte. pone.i. depone p̄ces.i. noli āplius p̄cari & noli ambire.i. p̄cibus more ambientiū.i. dignitatē magiſtratus petētium: per ambitū ſollicitare deos & ſidera: id quod ſuperi & cœlū ferūt.i. inferunt nō eſt mutabile. quod dupliciter intelligi pōt: aut loquēdo de eo quod deus definiuerit futurum & ſic haud dubie etiam ſ̄m theologos noſtros contra definitionē dei nihil contingit: ſed nō conſtat [illegible] conſtituiſſe populo ſuo non parcere ſi reſipiſcat: aut de eo quod ſidera minantur aut indicant futurū: & ſic ex perſona vranies.i. aſtrologię potius q̄ ex perſona poetę dicitur tale cōſtitutū eſſe immutabile: quia nō eſt dubitandū deū ad preces piorū ſęuitiam cœli & aſtrorū minas mitigare q̄ frequentiſſime. Hęc autē ex perſona vranies.

Dixerat Vranie cum theſpias altera uocem
Extulit & tales eſt orſa polymnia cantus.
Hic iuuat antiquā cladem ueterumqꝫ dierum

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Fata recenſere & primęuę gentis ab ortu
Illuuiem repetens miſſos trans littora fluctus
Ignotoſq; prius nymbos & nubila dicam
Scilicet ut memores iuſto ſub iudice ueſtros
Ire dies certaſq; ſequi poſt crimina pœnas
Cautius ambiguę curſus & euntia uitę
Tempora curentur nec inerti preſſa ueterno
Mens hebeat: ſed prompta graues ſupereuolet artus
Venturamq; timens cladem uicinaq; fata
Mobilium turpi rerum ne ſe inquinet uſu
Sed ſolum uideat patrem & reuerenter adoret:
Qui ſedet & ſtabilis ſolo mouet omnia nutu.
Cum pater occeano ſceleratam perdere gentem
Vellet: ad imbriferos errantia ſidera piſces
Duxit & officiis aptauit triſtibus aſtra
Sed tamen ante rudes turbas & barbara regna
Quã ſubitis deleret aquis pręmiſit in orbem
Fatidicum uatem qui crimina longa piari
Poſſe libidinibus ſi noxia parcerit ętas
Inſtanteſq; iras caneret cladem q; futuram.
Interea diuum monitu contexere uaſtum
Inſtar montis opus cœpit: quo clauderet omne
Quadrupedum uolucrumq; genus ſtirpemq; nepotũ:



(c) 2006 Ministerio de Cultura

Formabatq; ratem magnis ſuper æquor ituram
Motibus & grandi preſſuram nerea mole.
Clarus adhuc radiis phœbi lucentibus ęther
Splendebat quum ligna faber cęſamq; pararet
Materiem: nondum tellus cognouerat imbres:
Sed creſcentis ad huc poſt prima exordia mundi
Terra patens proprioq; madens humore ferebat
Omnia: prouentuq; ſuos meliore colonos
Iugera paſcebant: grauioraq; ſemina culmos
Pomaq; maiori curuabant pondere ramos
Tunc etiam uirides animalia tuta per agros
In longos uentura annos ęuumq; ſenile
Gramina tondebant: nondum uiolata pruinis
Nec gelidas experta niues: ſed mitia ueris
Tempora & aſſiduum placidiſſima frigora rorem
Nondum lampeties ithacis armenta colonis
Obfuerant: nec fixa ueru uerſauerat exta
Geriones: nōdum fuerant magalia necdum
Raptor auentinos macularat ſanguine colles:
Impia nec cęſis uiuebant ſęcula bobus.
Tunc igitur populi indociles ignara deum gens
Mirantes ratis immenſam conſurgere molem
Conſilium ſpreuere uiri: nec dicta putarunt

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Digna fide:& ſanctum ſenis irriſere furorem.
Ecce niger piceis uelatur nubibus aer
Et phœbi lux alma diem diffundit opacam:
Iam cœlum inſolitis reboat mugitibus:ingens
Nimbus adeſt:fugere ferę fugere uolucres
Flumina certatim tumidis nereides undis
Et freta tollebant:nigrō pallentia cœlo
Nubila conglomerans pennis rorantibus auſter
Aethiopes libyamꝗ ſuper ſtridente uolatu
Ibat:& excuſſis ardebant ignibus aurę.
Aeoliæ tremit omne ſolum:furit ęolus:antra
Fracta ſonant factoꝗ uolant procul agmine uenti.
Contremuere urbes triſtes per rura coloni
Cogere ab imbre greges:ſtabuliſꝗ armenta tueri
Dum properant:creſcentis aquę lata ęquora curſus
Impediunt.fruſtra pecudes balatibus agnos
Sollicitant:fruſtraꝗ uocant ſua parua capellæ
Pignora:conuellunt frondoſa cacumina Cauri:
Diripiuntꝗ caſas:uolitantꝗ per aera culmi.
Attonitæ matres ſtrictis ad pectora natis
Ardua tecta petunt:iuuenum robuſtior ętas
Annoſas ſcandunt quercus:fugiuntꝗ repente
Quo nulli fugiſſe datur:confuſa per urbes



(c) 2006 Ministerio de Cultura

Infantum iuuenumq; ſonant lamenta: ſenumq;
Itur in excelſas turres & ſumma domorum
Culmina: neptunus ſpumans ultricibus undis
Inſequitur miſeros arctant pręſentia fata.
Imbre madent tunicę: porrectis crinibus unda
Liquitur: oceanum dicas ex æthere labi:
Et lachrymę miſcentur aquis: ad nubila fruſtra
Tolluntur cum uoce manus: ſua numina quiſq;
Clamat: in erectas boreæ uiolentia frontes
Nimboſo ſpuit ore tonans & uerba precantum
Suffocat ne forte dei referantur ad aures.
Iamq; ſuperfuſum campos abſconderat æquor:
Nulla fugę ſupereſt: ſupereſt ſpes nulla ſalutis.
Hæc uada non greſſu non ſunt tentanda natatu:
Et iam montanis ueniunt qui e fontibus amnes
Et quæ per campos latis uada concaua ripis
Magna mole fluunt gremio complexa capaci
Vix tanto ſatis eſt oneri neptunia doris.
Iam ſolę extabant excelſa cacumina quondam
Nunc humiles merſęq; altis in fluctibus alpes
Vtribus innixi tabuliſq; ad pectora tractis
Complexiq; trabes hauſtum ſępe ore uomebant
Occeanum tandem uicti oppugnantibus undis

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Ora ſub immenſos mergebant pallida fluctus.
Vallibus eximis profugos qui ſumma tenebant
Culmina montanoſq; apices: cum nerea ſemper
Alta magis petere: & plenis de nubibus imbres
Certatim ruere. & iam mortem inſtare uiderent
Pœnituit tandem: feraſq; dedere gementes
Nequicq̃ lachrymas: & fallere numina uotis
Conſueti quum uota darent ridebat olympus.

¶Dixerat vranie &c. Poſtq̃ vranie quaſi aſtrologicã rationem adduxerat ad cauſam offenſionis diuinæ: ſubſecuta eſt inquit altera theſpias. i. muſa videlicet polymnia quę interpręrtari poteſt multa canens nã πο-λυ dicitur multũ: & ὕμνος laus ſeu canticum laudis: vnde & latini hymnũ vſurpant pro cantico laudis: Hęc autẽ ſane q̃ graphice magnũ diluuiũ quod ſub noe erat deſcribit ſignificãs id ob ſcelera mortaliũ cõtigiſſe. Quę expoſitionis egebũt ſuo loco patebunt. Ordo autẽ eſt. Vranie. i. muſa illa a cœlo dicta: dixerat. i. finierat ſermonem ſuũ: cuꝫ altera theſpias. i. muſa theſpiæ (quod eſt oppidum non procul ab helicone) cũ aliis cultrix ac habitatrix (Sumũt enim muſę noĩa a loco in quo verſatæ dicuntur: vt pierides. theſpiades. heliconides. caſtalides. aonides. libethrides &c.) Altera inquã theſpias videlicet polymnia extulit vocẽ & orſa eſt tales cantus. Iuuat hic. i. hoc loco recenſere. i. recitare: cũ quadam cenſura (naꝫ qui recitant geſta antiqua fere aut laudant aut vituperant ea) antiquã cladem. i. excidiũ videlicet diluuiũ: & fata. i. excidia veterum dierũ. i. quę contigerant multos ab hinc annos: aut plurimis añ hac ãnis: videlicet tẽpore noe: & ego repetens. i. renarrans & ad memoriam reducens illuuiem. i. immũdam inundationem ab ortu primęuę gentis. i. quę erat in prima fere gentis multiplicatione. dicã fluctus miſſos trans. i. vltra: littora. i. ſuperabundantes: & nymbos. i. nubes ventoſas: aut ventos aquoſos: ignotos. i. non viſos: prius: & nubila. i. nubes: Scilicet. i. ſcire licet cur id ſup. faciam: quia videlicet vt dum ſitis memores veſtros dies ire. i. procedere ſub iuſto iudice: & pœnas certas. i. ĩfallibiles: aut cum grauitate ſcelerum proportionatas: ſequi poſt crimina: curſus & tempora vitę ambiguę. i. fragilis & incertę: euntia. i. continuo

(c) 2008 Ministerio de Cultura

procedentis: curentur.i. ſub cura diſpenſentur: cautius.i.prudentius: ne pro & non: & vt ſupple mens: non hebeat.i.non fiat hebes & mollis: feſſa id eſt victa & obſeſſa: veterno.i.torpore & morbo ſomnolentiam generãte: inerti.i.ſine arte & induſtria: ignauos ſcilicet & inertes faciente: ſed vt ſupple ipſa mens prompta.i.expedita: ſupereuolet artus graues ſcilicet molem corporis: qua p̄mitur. & ne.i. vt non vt ſup. ipſa mens timens cladem venturam: & fata.i.excidia vicina: nõ inquinet ſe turpi vſu rerum mobilium: ſed vt videat.i.contempletur: & adoret reuerenter ſolum patrem ſcilicet deũ: qui ſcꝫ deus pater ſedet ſcꝫ immobilis: & ipſe ſtabilis.i. immutabilis & immobilis mouet omnia ſolo nutu Cum.i.quando pater ſcꝫ rerum omniũ patrator deus: vellet perdere.i. perimere gentẽ ſceleratã: oceano.i.inundatione maris: hoc eſt diluuio ipſe duxit ſidera errãtia.i.planetas ad piſces imbriferos.i.pluuias inducere ſolitos (Eſt enim ſignũ aquaticum) hoc eſt fecit congruentiã planetarum ad piſces ſignuꝫ aquaticũ: & aptauit aſtra officiis triſtibus.ſcꝫ ad obruendas aquis omẽs terras. Sed tamen anteq̃ deleret ſubitis aquis.i. diluuio: turbas rudes: & regna barbara.i.inculta & ſilueſtria: ipſe p̄miſit in orbẽ.i.in mũdũ hũc vatẽ.ſ.noe fatidicũ.i.prędicentẽ fatũ: hoc eſt exitium mũdi. qui caneret.i.p̄diceret prophetãdo longa.i. diu cõtinuata crimina: poſſe piari.i.purgari: ſi ętas noxia.i.ſęculũ ſceleratuꝫ: parceret .i.abſtineret libidinibus: & qui caneret iras ſcꝫ dei: inſtãtes.i.iminentes & cladem futurã ſi ſup.non parceret: Interea: dum ſcꝫ populũ admoneret: ipſe ſcꝫ noe cœpit texere.i.fabricare vaſtũ.i.valde amplũ opus: hoc eſt arcam: inſtar.i.ad ſtatũ & exẽplar montis: & hoc monitu.i.admonitione diuũ.i.ſanctorũ ãgelorũ: quo.ſ.opere: ip̄e clauderet.i.cõcluderet om̄e genus quadrupedũ & volucrũ: & ſtirpem.i.radicẽ ſeu originẽ nepotũ.i.ab eis deſcenſurorũ: hoc eſt maſculũ & fœmellã vnde cætera ꝓcreantur: & formabat ratẽ.i.arcã: iturã magnis motibus.i.impulſibus ſuper ęquor.i.mare per totas terras diſperſum: & preſſurã nerea.i.deũ maris & patrem nympharũ: hoc eſt ip̄m mare: grãdi mole.i.magnitudine ſua. ęther.i.aer ſuperior: exiſtens adhuc clarus.i.ſerenꝰ & purus radiis phœbi.i.ſolis lucentibꝰ: ſplẽdebat: cũ.i.quãdo faber.ſ. noe arcę fabricator pararet ligna & materiẽ cęſam.i.inciſam. Tellus.i.dea terrę nõdum.i.nõ adhuc: nõ cognouerat.i.nõ perceperat adhuc imbres.i.pluuias: ſed terra patens & madens adhuc poſt prima exordia mũdi creſcẽtis proprio humore.i.naturali & intrĩſecus latenti: ferebat.i.ꝓducebat omnia ſcꝫ ad victũ neceſſaria: & iugera.i.campi paſcebãt colonos ſuos meliore.i.vberiore ꝓuentu: & ſemina.i.grana grauiora curuabãt tũc culmos.i.ſegetẽ & herbã frumẽti: & poma curuabãt tũc ramos maiore

(c) 2006 Ministerio de Cultura

põdere: & animalia tuta: quia.ſ. nõ mactabãtur aut nõ occidebãtur: ſe tura in longos ãnos & ęuũ ſenile.i.ſenectã ætatem: tondebant etiã tunc per agros virides ſcʒ herbis gramina nõdũ violata pruinis: q̃a adhuc fuerat ſemper verna fere temperies: nec experta.i.q̃ nondũ experierant niues gelidas.i.frigidas ſed ſup. experta erant mitia tẽpora veris.i. qualia ſunt in vere: & aſſiduũ rorẽ appoſitorie: placidiſſima frigora (cuiuſmodi eſt cuius meminit Virgi. in bucolicis dicens: frigus captabis opacum) Armenta lampaties: ſolis ex neęra filię: nondũ offuerant.i.nõdũ nocuerant: colonis ithacis.ſociis ſcʒ vlyxis (Lampatie enĩ ſolis ex neęra filia & ſoror phętuſę fuit q̃ ambę in ſicilia ſolis patris ſui armenta cuſtodiebant de quibus ſocii vlyxis contra circes monita deguſtantes naufragium fecerunt: vt in.xii. odyſſeę mõſtrauit homerus) Nec geriones rex hiſpanię (quẽ Heſiodus tricipitem: virgili⁹ ter geminũ aut tricorporẽ dicit: fertur enĩ habuiſſe tria corpora.i.ſm̃ Seruiũ tria regna e quib⁹ totidem exercitus eduxerat: quẽ ſuperatũ hercules nobiliſſimis armentis ſpoliauerat: q̃ ĩ italiã adduxerat: vbi a Caco ſęuiſſimo paſtore vulcani filio partim rapta ſunt: donec reſcito furto pœnas dedit: vt virg. lib. viii. & Liuius lib.i. Abũde docent. Declinať autẽ hic geriones hui⁹ gerionæ ſicut anchiſes. vñ repperi hic Gerionę q̃ ſi vera eſt lectio: ordo eſt raptor ſcʒ cacus nondũ verſauerat exta gerionę.i. boum eius: ſed & contextus verboꝝ & ſenſus indicant quia geriones legendũ eſt) verſauerat adhuc exta ſcʒ boum ſuorũ: fixa veru: & magalia.i. humiles tyrorũ caſę: nõ dũ fuerant: nec.i. & nõ adhuc: & raptor.ſ. cacus qui rapuit boues herculis ꝑ caudas in ſpeluncã ne ingreſſus ſed egreſſus poti⁹ eoꝝ pateret: nõ macularat.i. maculauerat adhuc: ſanguine.ſ. ſuo aut rapinaꝝ: colles auẽtinos q ſunt ĩtra muros romanos poſtea ĩcluſi: nec impia ſæcula.i. impii hoĩes: viuebãt adhuc bobus cæſis: veſci enĩ carnib⁹ ĩmane ſcelus docet apud Ouidiũ. xv. meta. Pythagoras. Igitur: continuatiuũ eſt ſermonis huius incepti: populi indociles & gens ignara deũ.i. deorũ (niſi dixeris deũ ꝓ dei poſitũ: quia gnarus cauſas veteres dicebãt: vbi nos cauſarũ) mirantes tunc.ſ. tẽpore noe: ĩmenſam molẽ ratis.i. nauis ſeu arcę cõſurgere.i. erigi & in altũ fabricari: ſpreuere.i. ſpreuerũt conſiliũ viri.ſ. Noe nec putarũt dicta.i. verba eius digna fide.i. quib⁹ fidẽ adhiberẽt: & irriſere ſanctũ.i. propheticũ: furorẽ.i. raptũ & exceſſum mẽtis: ſenis.ſ. noe qui tp̃e dilu̇uii erat ſexcẽtorũ ãnorũ. Ecce. q.d. de repẽte & ex ĩprouiſo: ager niger.i. q fiebat niger: velať piceis.i. fuſcis & ſubnigris nubib⁹: & alma.i. viuificatiua & nutritiua lux: phœbi.i. ſolis diffundit diẽ opacã.i. vmbroſam: r̃ õ obiecto corpe opaco radiis ei⁹ loc⁹ qlibʒ: cœlũ reboat iã ĩſolitis mugitib⁹.i. clamorib⁹ taurinis ſilib⁹: nymb⁹.i. nubes pluuioſa

Lampatie

Geriones

Cacus

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ingēs.i.valde magna q.ſ.totū cælū tegebat:adeſt.i.apparet:feræ.i.aīa,
lia ſilueſtria fugere:volucres fugere.i.fugerūt:nereides.i.deę maris:ſeu
nymphę marinę.i.virtutes cęli q pluuiā & flumīa e mari educunt & ex,
trahunt:tollebant.i.erigebant certatim.i.cum certamine:hoc eſt maxi,
mo conatu:vndis tumidis.i.inflatis:flumina.i.aquas fluminū:& freta
.i.aquas marinas. Auſter ventus ille tepidus & humidus:cōglomerans
.i.in morem glomeris contrahens nubila pallentia:aut pallantia.i.ob,
errantia in cælo nigro.i.caliginoſo:ibat pennis rorantibus.i.humidis
alis & volatu ſtridente:ſuper ęthiopes & libyam:& auræ ardebāt ignis
excuſſis.i.extinctis. Omne ſolum ęoliæ.i.regionis quā ęolus rex vento
rum tenuit:vbi ꝑpetui dicūtur venti:tremuit.ſ.ex īpetu ventorū erūpen
tiū:q qua data porta ruūt:æolus.i.rex ipſe hoc eſt tota vis ventorū fu,
rit:antra.ſ.in qbus vēti includi dicūtur:fracta.ſ.a ventis:ſonāt:& venti
volāt agmine facto.i.agminati:vrbes.i.habitātes in vrbibus cōtremue
re:& dū coloni.i.agricolæ triſtes properant:cogere.i.cōgregare:ꝑ rura
greges ab ībre & dū properāt tueri.i.ꝓtegere ab ībre.i.ſęuitia pluuiarū
lata ęquora aquæ creſcentis:impediūt curſus ſup.eorū:pecudes.i.ma,
tres agnoꝝ ſollicitāt.i.admonēt ad fugā fruſtra balatibꝰ ſup.ſuis:agnos
capellę.i.caprę vocāt fruſtra ſua ꝑua pignora.i.capriolos aut hędulos:
cauri.i.vēti īpetuoſi q & cori dicūtur:cōuellūt.i.ī terrā deiiciūt:cacumi
na.i.iuga mōtiū frōdoſa.i.frōdibꝰ arborū ornata:hoc eſt deiiciūt arbo
res ī cacuminibꝰ mōtiū creſcētes:& cauri diripiūt caſas.i.tuguria & hūi
les domos agricolarū & culmi.i.herbæ ſegetū:volitāt per aera:matres
attonitę petūt ardua tecta.i.domorū culmia:& hoc natis.i.liberis ſeu i,
fantulis ꝑſſis ad pectora:robuſtior ætas iuuenū.i.iuuenes robuſtiores:
ſcādūt quercꝰ annoſas.i.veteres & ita īuit eas altas:& fugiūt repēte.i.
illico:illuc ſup.quo nulli.i.nō vlli:nō dať fugiſſe vlli:qa nuſq̄ erat rece,
ptus nec ſalꝰ fugitātibꝰ.(Sūt q habeāt repētes:ſ꜡ certū eſt qa repētes pri
mā ꝓducit:forte ſcriptū erat tepentes.i.lāguidi:eo ꝙ nulli dať fugiſſe
hoc ē qa nō habebāt ſpē euadēdi:lege ergo:aut repēte quo:aut tepētes
ꝙ nulli &c.)Lamēta īfantū iuuenū & ſenū:ſonāt cōfuſa.i.mixtim ꝑ vr,
bes:Itur.ſ.ab oībꝰ fere:ī turres excelſas:& ī ſūma culmīa domoꝝ:neptū
nꝰ.i.mare ſpumās.ſ.ex īpetu:īſequiť.ſ.fugiētes:vndis vltricibꝰ.ſ.ſceleꝝ
ab eis cōmiſſorū:fata ꝓſentia.i.mortes inſtātes:arctāt.i.cōſtringunt &
cōcludūt:miſeros.i.miſere peūtes:tunicę madēt imbre:& vnda liqtur
.i.defluit ſup.ab crinibꝰ porrectis.i.demiſſis:tu dicas.i.quilibet qui ad,
ſit dicat oceanū.i.mare magnū labi ex ęthere:& lachrymę.ſ.ꝑeūtiū miſ
cent aquis.ſ.pluuialibꝰ.manꝰ tollūtur.i.extēdūtur fruſtra.i.in vanum
cū voce.i.ꝓcibus ad flumina:q.ſ.nulli ꝓceſſerāt.quiſq꜡ clamat.i.inuocat:

(c) 2006 Ministerio de Cultura

numina ſua:ideſt a ſe culta:& in quibus ſpem habuerat violentia boreę illius venti ſeptētrionalis:tonans nymboſo ore:ideſt ſonum ingentem excitans:ſpuit in frontes erectas ſcilicet ad ſidera:& ſuffocat.i.conſtringit & ſnpprimit verba precantū.i.ſupplicare volentium:ne forte referantur ad aures dei : qui videlicet eis pepciſſet:ſi debite imploraſſent : ſaltē ad animarū ſalutē.& iam æquor ſupfuſum.i.mare inundās abſcōderat campos.i.terras capaces & planas:nulla ſpes fugę ſupereſt:& nulla ſpes ſalutis ſupereſt.i.reliqua eſt aut reſtat.quia hec vada.ſ. q̄ mare tunc fecerat non ſunt tentanda greſſu quia nimis profunda: & non ſunt tentāda natatu quia nimis impetuoſa & finem non habentia: & iam amnes qui veniunt e fontibus montaniſ:& vada concaua.i. flumina quę veniunt ſup.latis ripis per campos fluunt magna mole.i. impetu & molimine: complexa.i.contenta capaci.i. valde amplo gremio: quia diffundebantur per omnia:doris neptunia.i.dea maris:aut gremiū maris: vix eſt ſatis:ideſt ſufficiens tanto oneri.i.vix poteſt ſuſtinere tot aquas. Iam ſolę extabant &c. ( Sunt qui dicant ante diluuium non fuiſſe montes excelſos:ſed terram ſphericam omnino fuiſſe:verū ſi:vt dicitur gen̄.7.operti ſunt oēs mōtes excelſi ſub vniuerſo cęlo:quia quindecī cubitis altior fuit aqua ſuper montes quos operuerat : certum eſt montes prius fuiſſe nec tunc factos eſſe:quomodo enim diceretur operiri qui nondum fuerant)ordo eſt.Iam extabant.i.extra aquas ſtabant caput erigentes:ſolæ alpes:montes italiam a galliis dirimentes:appoſitorie:quōdam.ſ.cum aquæ non eſſent ſuper terrā: excelſa cacumina : extabāt dico nūc hūiles & merſæ in altis fluctibus:Quidā ſup.vicinis illis populi: innixi viribꝰ & tabulis tractis ad pectora: & cōplexi trabes : vomebant ſæpe oceanū hauſtū.i.aquā marinā hauſtā ab inuitis:& ipſi victi tandē:vndis oppugnantibus.i.vi obruentibꝰ: mergebant ora pallida.i.pallētia timore & frigore:ſub fluctus imenſos: & pœnituit ſup.incœpti: tandē profugos ex imis vallibꝰ.i.elapſos ex imis vallibꝰ per fugā: q̄ tenebāt ſūma culmina.ſ.mōtiū & ꝓ ideſt apices mōtanos.i.ſūmitates mōtiū: pœnituit dico cū videret nerea.i.deū maris & fluminū:hoc eſt aquas petere ſemp.i. in horas:magꝭ alta:& ruere.i.p̄cipitare certati.i.abūde q̄ſi ꝑ certamē imbres de nubibꝰ plenis.i.exhauſtis:& cū iā videret mortē iſtare:pœnituit iquā:& ipſi gemētes dedere nequicq̄.i.fruſtra lachrymas ſeras.i.nimis tarde ad pœnitētiā ducti ſūt:nō eni amoris ſ; timoris erat:& olympꝰ.i. cœtꝰ cęleſtiū ridebat:quū ipi cōſueti fallere votis ſuis numīa.i.deos darēt vota .i.fruſtra vouerēt:vñ ſcriptū eſt ꝓuer.i. Quia vocaui & renuiſtis extēdi manū meā & nō fuit qui aſpiceret : deſpexiſtis oē cōciliū meū & increpationes meas neglexiſtis:ego quoq; in interitu veſtro ridebo.&c.

ſſ.i.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Flumina non norant ripas:nec littora fluctus:
Aeriæ uolucres humore madentibus alis
Pręcipiti caſu lapſę cum brachia multum
Iactaſſent pelago:fatum tandem ore trahebant:
Fugerat in latices rhodope:magnuſꝗ latebat
Apeninus aquis:nigro ſub gurgite ſummum
Preſſerat oſſa caput:non apparebat olympi
Altus apex: ipſis auibus non peruius ante:
Tunc tamen & curuis ratibus(ſi forſitan illa
Aetas uſa fuit ratibus)pecoriꝗ marino
Peruius.ęquoreo quę nunq̃ tingitur imbre
Vicinis timuit mergi ſub fluctibus urſa.
Apta prius bello atꝗ armis procera gigantum
Corpora cum paruis.turba cum paupere reges
Purpurei nabant ſine maieſtate ſupinis
Pectoribus:merſo ſub gurgite fœmina uultu
Diffuſiſꝗ freto uittis & crinibus ibat.
Inuoluit ſors una omnes.diſcrimine nullo
Griphes equi dammę atꝗ canes cerui atꝗ leones
Agna lupus ſimul errabant:certamina litis
Mors dirimit:certamꝗ dies parit ultima pacem
Iamꝗ homines iamꝗ unda feras populata fluebat
Libera:non ſcopuli toto non inſula ponto

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Nec cyprum uenus alma uidet:nec delphica phœbus.
Templa:nec alcides thebas:nec cynthia delon:
Nec iuno ſua rura ſamon:nec gnoſia regna
Iuppiter:extincta fugit uulcanus ab ętna:
Q̃uis claudus erat triuię uicina petiuit
Atria .prępetibus pennis celeriq́ꝫ uolatu.
Nec cupreſſiferam Cyllenen aſpicit hermes:
Nec tyberim mauors audax:tegit omnia pontus.
Protheus & doris glaucus matuta palemon
Cuncta tenent:pindi phocę uidere cacumen.
Occiderat tellus:ignis neptunus & aer
Mundus erat:cererem thetys amplexa premebat
Vndiq́ꝫ:neptunum quartę reuerentia ſortis
Non uetuit uiolare domum Thalamoſq́ꝫ ſororis
Herbiferæ:tentare etiam Iunonia regna
Non metuens auras ſpacio breuiore coegit.

¶ Flumina nõ norant. Proſequit̃ deſcriptionẽ magni diluuii dicẽs. Flumina nõ norãt ripas. i. recuſabãt cohiberi ripis. nec fluct⁹. ſ. maris norãt ſup. littora. i. nõ cõtinebãtur littorib⁹ ſed ꝓruebãt. Volucres aereę. i. in aere verſari ſolitę & iã volare conãtes: lapſę. i. decidẽtes: pręcipiti caſu & hocalis madẽtib⁹. i. madefactis: humore. ſ. pluuiali cũ. i. poſtq̃ iactaſſet brachia. i. alas ſuas: multũ. i. diu & abũde: pelago. i. per pelagus: trahebant. i. attrahebãt tandẽ ore. ſ. hauriẽdo nimiũ aquę. fatũ. i. mortẽ Rhodope mõs ille excelſus thrachię fugerat in latices. i. aquas: quibus obruta latebat: & magnus apẽnin⁹: mons ille italiæ ſuperiorem ab inferiore dirimens: latebat aquis. Bene mutat tempus ꝓ rerum ſtatu: nam prius fugerat & iam latebat tam rhodope q̃ apeninus. Oſſa mons theſſaliæ ꝓſſerat ſũmũ caput: gurgite. i. voragine aquarũ: & altus apex. i. ſũmitas



(c) 2006 Ministerio de Cultura

olympi montis macedonię de quo prius diximus nō apparebat.i.emi
nebāt: exiſtens non peruius ipſis auibus ante.i.prius: quia tā altus erat
vt aues eiꝰ ſummitatē cōtingere nequirēt: forte ꝙ purior ac defecacior
eſſet [illegible] q̄ vt aues ſuſtētaret: & tñ peruius.i.pertrāſibilis tunc ratibꝰ
.i.nauibus cōtextis ex trabibus colligatis (quia tamen nō habet explo-
ratū an tunc rates extiterant addit poſtea: ſi forſitan illa ętas fuit vſa rati
bus: quā parentheſim ſi eſſet ex perſona poetę multo cōuenientiorem
cenſerem q̄ nūc vbi a muſa cui omnia conſtare profeſſione poetica cre-
duntur: prolata ſunt) & exiſtens peruius pecori marino.i.piſcibus Vr-
ſa.i.arctos quę eſt in polo arctico: quę nūq̄ tingitur imbre ęquoreo.i.q
nunq̄ occidit: nec ſe tingit mari: vt ſtellę occidentes creduntur a vulgo
quā rem poetę oīa in admirationē trahentes: ſępe atteſtātur: vñ primo
ęnei. Quid tātū oceano properēt ſe tingere ſoles Hiberni &c. Fingūtur
aūt vrſę Iunone id a thety dea maris procurāte ob odiū iunonis ea recre
atione priuatę. Vrſa igitur q nunq̄ tingitur imbre æquoreo: exiſtēs ſub
fluctibus vicinis: timuit mergi.i.imergi. Procera.i.oblonga & extenſa
corpora gygantū: apta prius bello atq; armis: nabāt cū paruis ſup.cor-
poribus: & reges purpurei.i.purpura induti (ſi tūc qdē iuēta fuerat) na
bant cū turba paupere.i.pauperū: pectoribꝰ ſup.eorū exiſtētibꝰ: ſupi-
nis.i.ſurſū erectis: ſine maieſtate.ſ.regali: fœmina ibat ſub gurgite: vul
tu merſo: & vittis.i.rheticulis capillorū & crinibꝰ.i.capillis diffuſis: fre
to.i.ꝑ fretū: vna ſors.i.cōis calamitas: īuoluit.i.obruit oēs ſup.aīantes
nullo diſcrimine.i.nulla diſcretiōe facta: griphes aīalia īfeſta equis (vñ
de aureo ſæculo loquēs Virgiliꝰ ꝓ miraculo dixit Iungētur iā griphes
equis) equi: dāmę atq; canes (Vñ idē cū canibꝰ timidi veniēt ad pocula
dāmæ) cerui atq; leōes (vñ idē: nec magnos metuēt armēta leōes) agna
& lupꝰ errabāt.i.ſupnatabāt ſimul: mors dirimit.i.aufert & abſcidit: cer
tamina litis.i.q ſolent eē ī lite: aut certamina & ſup.lites: & vltima dies.ſ.
vitę eorū: parit certā.i.ſtabilē pacē: Vnda populata.i.p̄data iā hoīes &
feras fluebat libera.i.nullo obiice facto: ſcopuli.i.ſaxa eminētia: nō ſup
ple erāt: toto pōto.i.mari: & īſula nō erat toto pōto. Nec venus alma.i.
altrix & cōſeruatrix ꝑ ꝓpagationē naturę aīantiū: vidit cyprū patriam
videlicet ſuā: ī qua poſtea tātope colebat̄: loquit̄ aūt de planeta alludēs
ad fabulā q poſtea ficta eſt: nec phœbus.i.apollo ſeu ſol: videt tēpla del
phica (hoc videt̄ ſine rōe tpis dictū: qa tēpla delphica tūc nōdū fuerāt)
nec alcides.i.hercules: videt thebas: patriā ſuā. nec cithia.i.diana videt
delon: patriā ſuā.i.iſulā ī qua poſtea nata dicit̄: ſ; vt dixi cōfundit more
poetico nūc ad planetas nūc ad eos qbꝰ planetarū noīa īdita ſūt alludēs
nā planetas fuiſſe iā tūc certū eſt: idololatriā aūt tūc regnaſſe ī iis locis q

cōmemorat ĩcertū. Nec iuno videt ſamō ĩſulā appoſitorie ſua rura. i. i[illegible]
quib⁹ ꝑcipue culta aliqñ eſt. nec iuppiter videt regna gnoſia. i. cretēſia in
qbus nat⁹ fingit̃. Vulcan⁹ fugit ab ętna mōte ſicilię (ĩ qua eo[illegible] [illegible]uas
flāmas eructet vulcan⁹ officinā habere fingebat̃ poſtea) extĩcta. i. ſuffo-
cata flāma ei⁹ videlʒ: & q̄uis ĩpe erat claud⁹ tñ ſup. petiuit atria vicina tri
uię. i. orbē lunę vbi eſt ſphera ignis (fingit̃ vulcan⁹ in ĩſulā lēnon lapſus
claud⁹ ĩcedere: eo ꝙ fulmē ex trāſuerſo ferat̃. Per vulcanū aūt ĩtelligit̃ ful
mē ſeu ignis groſſior) petiuit dico pēnis ꝑpetibus & volatu celeri. Nec
hermes. i. mercuri⁹ ĩterp̄s deorū aſpicit cyllenē mōtē illū arcadiæ ĩ quo
ex maia genit⁹ dicit̃ vñ & Cylleni⁹ appellat̃: cup̄ſſiferā. i. frequētes cupſ-
ſos ferētē. nec mauors. i. mars audax. qa de⁹ belli: aſpicit tyberĩ: vbi po-
ſtea roma cui⁹ auctor extitit ędificata: genito. ſ. ex rhea q̄ ad tyberĩ defoſ
ſa eſt poſtea romulo: pont⁹ tegit oĩa: vñ poſſet forte dici audax: ſʒ cōue
nit id epithetō q̄ euidētiſſime marti. Prothe⁹. i. deus maris & doris dea
maris: & glauc⁹ etiā de⁹ maris: & matuta dea maris & palemon de⁹ ma-
ris fili⁹ matutę: tenēt cūcta: ſup. loca terreſtria: phocę. i. vituli marini vi
dere cacumē. i. verticē ac ſūmitatē: pĩdi. i. illi⁹ altiſſimi mōtꝫ ĩ finib⁹ theſ
ſalię vñ peneus defluit: Tell⁹. i. terra (eſt tñ dea terrę) occiderat. i. ſubmer
ſa erat: Mūd⁹ erat ignis neptun⁹. i. aqua: & aer: hoc eſt q̄rtū elemētū vi-
delʒ terra deerat: ſaltē ĩ apparētia: thetys. i. dea maris āplexa cererē ꝑme-
bat vndiq; cererē. i. deā frugū: hoc ē ĩpas fruges: Reuerētia quartę ſortis
. i. terrenę q̄ ꝯtigerat telluri: nō vetuit. i. nō ĩpediuit neptunū violare. i.
quo min⁹ violaret: domū & thalamos ſororis. ſ. tellurꝫ: herbiferę. i. her
bā ꝓducere ſolitæ (Notū eſt quō regna diuiſa dicātur: ita vt ęther ioui
aer iunoni: mare neptuno: & terra telluri & abyſſi plutoni cōtigerint) &
ipſe neptunus: nō metuēs. i. nō verit⁹ ſed auſus tentare etiā regna iuno-
nia. i. regionē ĩferiorē aeris: coegit. i. cōpreſſit & ꝯſtrinxit auras. ſ. aerias
breuiore ſpacio: quia ꝑtē regionis aerię occupauerat.

At ratis omne uehens animal terreſtre per altum
Ibat: & obiecta dirimebat corpora prora.
Atq; uidens utrumq; polum ſublimior ipſis
Nubibus ęthereum per iter qua caſus agebat
Nunc zephyros contra errabat nunc ſolis ad ortus
Nunc auſtros nunc uſta petens aquilonibus arua:
Donec in armenię rupis delata cacumen



(c) 2006 Ministerio de Cultura

Iam retro labente mari ueſtigia fixit.
Nam pater excelſa mundum ſpeculatus ab arce
Vt genus humanum ſaluo uix ſemine uidit
Interiiſſe:fretum iuſſit ceſſare:nec unq̄
Amplius Aegeon dixit montana reuiſet
Culmina:nec ſcyllę glaucus iungetur in altis
Montibus:extremę luſtrabunt cętera flammæ
Cum uetus ingenti tellus arſura camino
Abſorbebat aquam pelagi ſitientis:& ipſos
Aethereos montes camporum æquabit harenis
Tunc altos mortale genus uoluetur in ignes
Immenſumq̨ dabit uolitans uaga flamma fragorem
Et fornace gemens mundus fumabit eadem.
Nec tamen hęc phaetontis erunt incendia phœbo
Quę nolente crement orbem:tunc omnia uires
Aſtra ſuas iurata dabunt:& noſtra faceſſent
Imperia atq̨ alias alio pro crimine pœnas
Gens humana luet:cinerem ſoluentur in atrum
Quę mare quę tellus:quę corpora poſſidet aer
Nec tunc ulla uirum flammas induſtria uincet.
Hęc dicente deo:nubes fugere:notuſq̨
Occidit:& pulſus claris aquilonibus auſter.
Iam taurus iuga tollebat deformia limo.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Lentus & ex altis ſtillabat frondibus humor.
Semiſepulta inter cumulos humentis harenę
Corpora ſiccabant auræ: paſſimqꝫ abeunte
Rupibus in ſummis hęrebant æquore Conchę
Iam claro rutilans ardebat lumine phœbus:
Monſtrabatqꝫ procul diſcuſſis nubibus idam
Turribus ex altis primum titana uidentem.
Ryphęas arces licię cilicumqꝫ ſuperbis
Aggeribus frontes: Athon & rhodopeia ſaxa
Et caſias moles: magniqꝫ cacumen olympi:
Atqꝫ pyrrhenos apices: Atlantaqꝫ magnum.
Ex alta ſenior ſpecula caput extulit album
Telluremqꝫ uidens ſalue ſanctiſſima dixit
Terra hominum pecudũqꝫ parens fœcundaqꝫ nutrix
Quę frugum genus omne paris quę uulnera tergo
Infinita pio pateris quo pignora paſcas:
Tu rapidos ignes elementaqꝫ cętera fixo
Limite tu cælos ſicut grauis anchora puppes
Inconcuſſa tenes: pedibus tua mitia noſtris
Pectora ſubſternis gaudens & mœſta capaci
Membra ſinu defuncta foues: ſiccare tuamqꝫ
Accipe progeniem pelagi tot caſibus actam:
Longaqꝫ perpeſſam anguſtis incommoda tectis.



(c) 2006 Ministerio de Cultura

¶ At ratis &c. Deſcribit quomodo arca tandē ad armenię mōtes appulſa eſt: q̄ diſertiſſime multa cōmemorans. Ordo eſt. At ratis. i. arca vehēs omne animal terreſtre. i. omnis generis animalia: aut oē animal ſaluum aut ſemen omnis aīalis terreſtris: ibat per altū. ſ. mare: & dirimebat. i. diuidebat & diſſecabat corpora ſcilicet natantia: prora. i. priore parte ſua a proruendo dicta: obiecta. ſ. corporibꝰ & fluctibus. Atq; ipſa exiſtens ſublimior ipſis nubibꝰ. i. q̄ nūc ſint nubes: videns vtrūq; polū. ſ. arcticū & antarcticū quorū ſcd̄m nos ꝓpter interiectionē terrę nūq̄ videmꝰ: ſꝫ q eſſet in ſūmo aere videre poſſet: ſicut luna & ſtella nobis noctu apparētes aſpiciūt noctu ſolē a quo illuminātur: errabat ꝑ iter ęthereū. i. vicinū ętheri: ſup. ea: qua caſus agebat: nūc. i. aliquādo cōtra zephyros. i. occidentē vnde zephyri flāt: & errabat nūc ad ortꝰ ſolis: petēs nūc auſtros. i. ventos meridionales: hoc eſt meridiē: & nūc arua vſta aquilonibus. i. frigore boreali: nā & borę penetrabile frigꝰ adurit (vt dicit virg. ī georgicis.) donec ipa delata ī cacumē. i. verticē: rupis armenię. i. mōtis ſaxoſi & abrupti in armenia: fixit veſtigia. i. ſupſedit adherēs rupi: & hoc mari labente iā retro. i. redeūte ī receptacula ſua. Nā pater. ſ. deꝰ ſpeculatꝰ. i. q cōſpexerat mūdū ab excelſa arce. ſ. cęlorū: vt. i. poſtq̄ vidit. i. ꝑſpexit: hoc eſt ſe vidiſſe indicauit: genꝰ humanū interiiſſe: & hoc ſemine. i. principio nouę generatiōis & ꝓpagatiōis vix ſaluo. i. ſaluato. iuſſit fretū. i. feruorē aquaꝝ: ceſſare: nec ꝓ & nō: & dixit q̄ ſup. ęgeon. i. deꝰ maris nō reuiſet āpliꝰ. i. iterū viſet: culmina mōtana. i. nō ampliꝰ aſcēdet mare ad culmīa mōtiū: nec glaucꝰ deꝰ maris & amator phorcidos. i. ſcyllę phorci filię (q̄ a circe īfecto ī quo ſe lauabat fonte: cū pubetenꝰ beluinā formā induiſſet ſe ꝑcipitē ī mare dedit: vbi nūc piculū notū cōſtituit) nec glaucus igit̄ iūgetur ampliꝰ: ſcyllę amicę videlicet ſuę: in altis mōtibꝰ. quaſi illuc diē condixerint in odiū circes. flāmę extremę. i. ignes q conflagratione quadā oīa ante iudiciū extremū concremabūt luſtrabūt. i. purgabunt & expiabūt: cætera. i. q̄ reſtabūt purgāda: cū. i. quādo tellus. i. terra vetꝰ: arſura ingenti camino. i. igni: abſorbebit aquā pelagi. i. maris ſitientis. i. deſiccati & arefacti; & æquabit. i. ęquales faciet harenis camporum. i. locorum planorum: ipſos montes æthereos. i. qui nunc vſq; ad æthera extenduntur. Genus mortale voluet̄ tūc in altos ignes: & flāma vaga volitans. ſ. per omnia dabit īmenſum fragorem. i. crepitum. & mūdus gemens fumabit eadem. i. vna atq; eadem fornace: qa totꝰ mūdꝰ inuoluetur vno igne: Nec. i. & nō: & tamē hec incēdia nō erūt phaetnōtis. i. qualia dicitur excitaſſe phaeton filius ſolis cum imprudentius patris currū regeret: vt dicit̄ metamor. 2. q̄ ſcilicet incendia cremen toꝛbē phœbo nolente. i. refragāte: aſtra enim iurata. i. quaſi coniurata & cōſpirātia

(c) 2006 Ministerio de Cultura

in excidiū mundi: dabūt ſuas vires: ad incendiū.ſ. excitādū: & ipa aſtra faceſſent.i. factū ibūt (ſicut geor.iiii. Nec mora ꝯtinuo matris ꝓcepta facessit) noſtra īperia.i. q̄ ipis īperabimus) inquit deꝰ: vñ dicet̄ Hęc dicente deo: nā ſi ex ꝑſona muſę: id diceret: ſenſus eſſet: noſtra īpia.i. aīa muſarū q̄ orbes cœleſtes dulciſſimo ꝯcētu ꝑ motū excitato regūt: faceſſent .i. diſcedēt a cœlo & redigent̄ ī nihilū: q̄a motꝰ cœlorū ceſſabit) atq̧ gēs humana luet alias pœnas ꝓ alio crimine: naꝫ corpa q̄ mare poſſidet: q̄ tellus poſſidet & q̄ aer poſſidet: ſoluētur ī atrū cinerē.i. cōburētur. Nec vlla īduſtria virū.i. virorū: vincet tūc flāmas. Deo dicēte.i. cū deus diceret hęc: nubes fugere.i. fugerūt: & notꝰ.i. ventus ille pluuialis occidit.i. quieuit: aut cōſumptꝰ ē: & auſter vētus meridionalis tepidus & humidus: pulſus ſup.ē: aquilonibus claris.i. clarificātibꝰ aerem & ſerenitateꝫ īducētibꝰ: Taurus mōs ille ſublimis ab īdico mari vſq̧ ad ripheos mōtes extēſus: tollebat.i. extollebat iā iuga.i. cacumina ſua deformia.i. obſcœna: limo (Iucūda ē alluſio ad taurū aīal cuiꝰ ē iugū ferre) & humor lentus.i. ob craſſitudinē lente fluēs ſtillabat ex altis frōdibꝰ. Aurę ſiccabant inter cumulos harenę humentis corpa ſemiſepulta: quia ad dimidiū erant harenis & limo obruta: & pro dimidio adhuc detecta: & conchę hęrebant in ſummis rupibꝰ: & hoc ęquore abeūte paſſim.i. paulatim quaſi per paſſus ſingulos. Phœbus.i. ſol rutilans.i. reſplendēs ardebat iam claro lumine: & monſtrabat procul.i. delonge: idā montē illū in phrygia aut creta: & hoc diſcuſſis nubibus: mōſtrabat dico: idā vidētem primū ex altis turribus: titana.i. ſolem: & arces ripheas.i. mōtiū ripheorū: & frontes.i. primas partes montiū: licię & cilicū.i. ciliciæ: ſupbis.i. ſupra cętera extātibus: aggeribus monſtrabat dico athon montē illū īter macedoniā & thraciā & ſaxa rhodopeia.i. rhodopes mōtis: & moles caſias.i. caſii montis in ſyria antiochię & ſeleucię ſupereminentis Caſius (Cuius ambitus ad cacumen octo & decem milliū paſſuū eſt: altitudo ꝑ directū quattuor milliū) & cacumen magni olympi.ſ. in theſſalia. [illegible] multiplex eſt vt alibi diximꝰ. nā & in creta & in arcadia eſt. & apices pirheneos qui diuidunt hiſpaniā a gallia: & atlanta montē mauritanię magnū: quia ſm fabulas axem humero torquet ſtellis ardētibꝰ aptum Senior.ſ. noe: extulit ſup. tūc: ex alta ſpecula.i. feneſtra arcę e qua ſpeculari poſſet: caput ſup. ſuū: albū.i. caneſcens: & videns tellurem.i. terrā: dixit ſalue o terra parēs ſanctiſſima hominū (quātū ad corpꝰ ſcꝫ) & pe[illegible]dum: & fœcunda nutrix: quę paris oīe genus frugū q̄ pateris infinita vulnera.i. aperturas & cōfoſſiones atq̧ arationes: tergo.i. dorſo pio .i. fauorabili & innocuo: quo.i. ideo vt: paſcas pignora.ſ. quę produxiſti: hoc ē homīes & pecudes. tu tenes.i. ſuſtines ignes rapidos.i. raptim

(c) 2006 Ministerio de Cultura

aſcẽdẽtes & cętera elemẽta limite fixo: firmo & ſtabili: ſicut anchora gra
uis: tenet ſup. exiſtẽs ĩcõcuſſa. i. illeſa: puppes. i. naues a pte totũ: tu gau
dẽs. i. beniuola & fauorabilis: ſubſternis nr̃is pedib⁹: tua mitia pectora
& tu mœſta foues mẽbra defũcta. i. defunctoꝝ: ſinu: ꝑ gremio: capaci.
ſiccare. i. pmitte vt ſis ſicca: vel incipe fieri ſicca & accipe tuã ꝓgeniẽ. i. p
pagationẽ terreſtrẽ. hoc ẽ me cũ his aĩalibus: actã tot caſib⁹ pelagi: & p
peſſam ĩcõmoda. i. dãna: in ſup. tectis anguſtis. i. arctis videlicet arcę.

Hęc ait. & preſſas ualles ſpeculatus. aquoſos
Vidit adhuc campos: nebulaſq; errare cadentes
Arua per & lento circũ iuga ſerpere greſſu
Et prono petere ima gradu Zephyriſq; fugari
Lenibus: & ſenſim notis ſua flumina ripis
Reſtitui: & preſſos ſua littora quęrere fluctus.
Tum pater ingentes rupto ſibi limite portas
Oceanus fecit: per quas ire atq; reuerti
Poſſet: & imperio lunę labi atq; relabi
Motibus alternis mediaſq; reuiſere terras
Tunc gelidi ſinus euxini: tunc alta propontis
Ioniumq; fretum: longis quod fluctibus altum
Currit ad atlantem: ſolidis tum caſpia ripis
Colligere occultas cœperunt ęquora uenas
Fluminaq; & miſſos ſythicis de uallibus ãnes.
Tunc arabes inter campos Niliq; lacunas
Se late mare diffudit: tunc perſica doris
Eſt ingreſſa ſolum merces latura per indos.
Tum quoq; męotis latam diffuſa paludem

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Fecit & immenſo glacies induruit orbe:
Deſpiciens iterum ſublimibus alta feneſtris
Protulit ora ſenex & circum lumina uertens
A ciliis pendente manu deprendit Araxem
Finibus includi propriis: tigrimqꝫ uolantem.
Sic ratus Euphratem ſic eſt ratus ire Niphatem
Sic rhenum uenetumqꝫ padum rhodanũqꝫ Ararimqꝫ
Sic thermodontem dubiis e fontibus ortum.
Et latos hypanis latices biſaporis & iſtrum.
Sic uada iordanis ſic nili flumina ſeptem
Et ſua qui nigris dat nomina gentibus indum:
Immixtumqꝫ fretis ſolumqꝫ Boryſtenis amnem:
Tunc etiam nitido cœlos incedere uultu
Et phœbi occaſum croceo ſplendore rubentem
Humentiſqꝫ noti flatus ceſſaſſe nocentes
Contemplatus: habent dixit bella aſpera finem
Et tandem maris & cœli cecidere furores.
Mox reſerata uidens bipatentibus oſtia ualuis
(Namqꝫ deus limen quod clauſerat ante recluſit:)
Omine frondiferę lętus redituqꝫ columbę
Seruata cum plebe ſenex exiuit & agris
Reſtituit pecus: & nemori genus omne ferarum
Et leuibus pennis uolucres abiere per auras.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

¶Hec ait. &c. Docet quomodo noe tandē egreſſus eſt. Ordo autem eſt. Noe ſup. ait hęc: & ipe ſpeculatus.i. ꝓſpiciēs: vidit valles p̄ſſas: & vidit cāpos adhuc aquoſos: & vidit nebulas cadētes.i.decidētes qđ ſerenitatis indicium eſt: errare per arua: & vidit eas ſerpere lento gradu circum iuga.i.cacumina montium: & vidit ſup. flumina petere gradu prono: ima.i.inferiora loca: & fugari lenibus zephyris.i. vētis placidis: & vidit ripis notis ſua flumīa reſtitui ſenſim.i.perceptibiliter ad ſenſum: hoc eſt paulatim (Propter relatiuū ſua debet antecedēs ripis p̄cōſtrui) & vidit fluctus preſſos.i.depreſſos: quęrere ſua ꝓpria & conſueta littora. Pater oceanus.i.mare magnū quod totum mundū circuit (vocat aūt patrem more virgiliano q̄ dicit georg. 4. Oceanūq; patrē rerū: eo q̄ ſcđm Thaletē mileſiū omnia ex humore procreātur: ſignificat aūt fluuiorū diſcrimen tunc eſſe ortum) fecit ſibi tunc ingentes portas.i.oſtia & aditus: & hoc limite.i.littore rupto: per quas.ſ.portas poſſet ire atq; reuerti: & labi atq; relabi.i. fluere & refluere: imperio lunę: & reuiſere terras alternis motibꝰ. hoc eſt iam iſtius iam illius lateris littora (Mirandum ſane eſt ſi ad motum lunę quotidianus ille fluxus & refluxus fiat: cū qualitercūq; ſe habeat luna: quotidie bis idem fiat: verum ſi excrementa & decrementa aquarum ac terrarum ad lunę augiū ve mutabilitatem fiāt: non eſſet tantopere mirandum) Sinus.i.incurua receptacula aquaꝝ: euxini: ſup. maris: gelidi.i.quod eſt ad ſeptētrionē: & propōtis.i.cōgregatio aquarū ante pontū: & fretū ioniū qđ exiſtēs altū.i. profundū currit fluctibꝰ lōgis.i.in longū protēſis ad atlantē: & ęquora caſpia.i.mare caſpiū cœperūt tū.i.tūc colligere occultas venas.i.alueos & meatus: ripis ſolidis .i.firmis quas perrumpere aut tranſire nequirent. & flumina cœperunt colligere amnes.i.aquas circumnatātes: miſſos.i. profluētes de vallibꝰ ſcyrhicis.i.e regionibꝰ frigidis in quibus niues & ībres dn̄antur. Mare .ſ.mediterraneū diffudit ſe tūc late īter cāpos arabes: & īter lacunas nili. doris ꝑſica.i.mare ꝑſicū ē īgreſſa.i. īterfluere cœpit: ſolū.i.terrā ſol-latura.i. vt afferret: merces.i.perſicas gazas ac diuitias per īdos.i.populos illos orientales ab indo fluuio denominatos. Mæotis lacus ille ad ſcythiam: diffuſa: ideſt extenſus fecit quoq;.i. etiam: tū.i.tunc: latam paludem.i. ſtagnū & receptaculū aquarum nō fluentiū: & glacies īduruit .i.riguit: īmenſo.i.ſane magno orbe.i. globo ac circuitu. Senex.ſ. Noe deſpiciens.i.ex alto deorſum vidēs: protulit.i.extulit iterum ora alta.i. faciē ſuā exiſtētem in alto: ſup. e ſublimibus.i. valde altis feneſtris.i.arcę & ipſe vertens lumina.i.oculos ſuos. circum.i.per circuitū: deprēdit.i. percepit: manu pendente a ciliis.i.frōte & ſuperciliis ſuis (quod faciūt q̄ longe proſpicere volūt vt.ſ. viſus quodāmodo ꝑ manus dirigatur: &

(c) 2006 Ministerio de Cultura

acies eius minus ex fulgore lucis frãgatur) deprendit dico araxẽ: fluuiũ illum armeniæ (vñ luca. lib. 7. Armeniũq; bibit romanus araxẽ) icludi Araxes
propriis finibꝰ. i. terminis ac limitibꝰ: cũ tẽpore diluuii nullũ diſcrimẽ Tigris
fuiſſet: & deprẽdit tigri fluuiũ illũ armeniæ rapidiſſimũ (vñ a tigri aĩali ꝑniciſſimo qđ ĩ armenia freq̃ns eſt nomẽ ſũpſit. bene ergo addit) volãte. i. citiſſime ꝓfluẽtẽ. Hos aũt deprẽdit: qa tũc ĩ mõtibꝰ armenię cõſide-
bat. Ratus. i. arbitrãs ac exiſtimãs Euphratẽ fluuiũ illũ magnũ ex eodẽ Euphrates
mõte quo tigris q ĩ maiori armenia periardes dicit ortũ: ire. i. fluere. ſic
i. itra ꝓprios fines: & ratꝰ eſt Niphatẽ fluuiũ etiã ĩ armenia (vñ luca. Ar Niphates
meniuſq; tenẽs voluẽtẽ ſaxa niphatẽ: eſt & mõs illic eiuſdẽ noĩs) ire. i. flu
ere ſic: & ratus rhenũ fluuiũ galliã a germania dirimẽtẽ: & padũ venetũ Rhenus
i. q mare ſupũ ſeu adrianũ venetias verſus ĩfluit: & rhodanũ fluuiũ gal Padus
lię lugdunẽ lugdunũ alluẽtẽ: & ararim eiuſdẽ ꝓuincię fluuiũ. q lugdu- Rhodanus.
ni cõfluẽtem facit: ĩcidit enĩ ĩ rhodanũ q vt dicit lucanꝰ Raptũ velocibꝰ Araris
vndis In mare fert arari: Araris aũt ſeu arar (nã vtrũq; dicit. vñ Tibullus Arar
Teſtis arar rhodanuſq; celer) nũc Sagona dicit a vulgaribꝰ: & ratꝰ ẽ ther Thermodõ
modontẽ fluuium cholcidis ortũ dubiis fontibus: qa orpheꝰ dicit eũ ex araxe oriri: vñ de araxe loq̃ns dicit ĩ argonauticis εξ ου θερμωδων φασις ταναις τε ρευσιν. hoc eſt: Ex quo thermodõ phaſis tanaiſq; oriũtur. Tortelliꝰ cẽſet o gemino hoc eſt thermodoõ ſcribẽdũ: fluit aũt nõ lõge ab amazonibꝰ: vñ Proptius Qualis amazonidũ nudatĩ bellica mãnis Thermodõtiacis turma lauat aqs. Eſt aũt ĩcertæ origis: qa ſcđm orpheũ oriret ĩ armenia: qđ alii ꝑnegãt: & ratus eſt latos latices. i. ãplas aquas: hypanis: illiꝰ fluuii ſcythicorũ oĩm prĩcipis: biſaporis. i. duos ſa
pores habẽtis. Nã vt herodotꝰ lib. 5. dicit fluuiꝰ eſt purꝰ & hauſtu ſalu- Hypanis
berrimꝰ dõec callipodũ termis ĩferat. vbi cũ fons ſit hamaxẽpeꝰ amara ſcaturigine ĩfamis & illi ibidẽ cõmiſceat ipſũ ſimili amaritudĩe ĩficit: vñ ouidiꝰ meta. xv. Quid nõ & ſcythicis hypanis de mõtibꝰ ortꝰ Qui fue-
rat dulcis ſalibꝰ vitiat amaris. & ratus eſt iſtrũ fluuiũ illũ p alemãnos & Iſter
pãnonios ĩ põticũ mare ĩfluẽtẽ q & danubiꝰ dicit: fluuiorũq; europę fa Danubius
cile prĩceps iudicat: ſeptẽ ſecũdũ ſolinũ & ſex ſcđm pliniũ grãdia oſtia cõſtituẽs: & ratus eſt vada iordanis fluuii galileę: & ſeptẽ flumĩa. i. oſtia nili fluuii ægiptũ ꝑfluẽtis (repete ſemp ire ſic) & ratus indũ fluuiũ illũ
magnũ indię q dat ſua noĩa (qa abĩdo vocãtur indi) gentibus nigris: & Indus
ratus eſt amnẽ. i. fluxũ aut fluctꝰ: boryſtenis: illiꝰ fluuii ſcythici ſcđm he Boryſtenes
rodotũ lib. 4. poſt iſtrũ q̃rti memoria digni: qſi ꝑſe ꝑſideret oĩm poſ-
ſet cẽſeri prĩceps abſq; nullo: cũ ſit purꝰ & ſimplex abſq; aliorũ admixtio
ne: nulli enĩ fluuii ĩ ipm ĩfluũt: vñ hic dicit ĩmixtũ. i. nõ admixtũ fretis
& ſolũ. i. ſine cõmixtione aliorũ fluminũ ĩcidit aũt ĩ euxinũ põtũ: ire. i.



BIBLIOTECA PU...

(c) 2006 Ministerio de Cultura

flue[re] ſic. Et ipſe cõtemplat⁹.i.videns etiā tūc cęlos ĩcedere nitido vultu
.i.ſerenitatē eſſe & cõtēplat⁹ occaſum phœbi.i.ſolis:rubētē croceo ſplē
dõre(qđ indiciū eſt futurę ſerenitatis)& cõtemplat⁹ flatus noti:illi[us] vē
ti:humētis.i.pluuioſi:nocentes.ſ.p nimiā pluuiā:ceſſaſſe.i.[ſedatos] eſſe
& quieuiſſe:dixit;aſpera bella q.ſ.gerebātur cū vētis & aquis deo pmit
tente:habēt finē.i.nūc terminātur:& furores:i.turbines maris & cæli.i.
aeris:cecidere tandē:i.poſt lõgā expectationē.& ipe videns mox.i.pau
lo poſt:oſtia.ſ.arcæ:reſerata.i.apta.nā de⁹ recluſit.i.aperuit(notū enim
eſt quia re ĩ his q̃ ad clauſurā aut velamē ſpectāt:cõtrariū ĩportat:vñ cõ
traria ſunt claudo & recludo:ſero & reſero:velo & reuelo:texo & retexo
&c.recluſit ergo limē.ſ.arcę:qđ clauſerat ãnte:cū.ſ.noe cum ſuis iam in
greſſus fuerat:)& ipſe lætus:omine.i.futuræ pacis indicio:& reditu co
lumbæ frondiferę.i.quę ramum oliuæ in ſignum reconciliationis affe
rebat:ipſe ſenex exiuit cum plebe.i.multitudine animantium:aut cum
familia ſua ſeruata.i.pręſeruata a diluuio & recepta:& reſtituit agris pe
cus.i.animalia terreſtria pręcipue domita:licet dicatur generaliter om
ne animal pręter hominem:& reſtituit nemori omne genus ferarum:&
volucres abiere per auras.i.auolauerunt:leuibus.i.volucribus & velo
cibus pennis.Hiſtoria nota eſt.habetur enim geneſis xvii.vbi ſic dicit.
Cum tranſiſſent quadraginta dies aperiens noe feneſtram arcę quam fe
cerat:dimiſit coruum qui egrediebatur & non reuertebatur donec ſicca
rentur aquę ſuper terram.Emiſit quoq; columbam poſt eum vt videret
ſi iam ceſſaſſent aquæ ſuper faciem terræ:quę cum non inueniſſet vbi re
quieſceret pes eius:reuerſa eſt ad eum in arcam. Aquæ enim erant ſuper
vniuerſam terram.Extenditq; manum ſuam & appręhenſam intulit in
arcam.Expectatis autem vltra ſeptem diebus aliis:rurſum dimiſit colū
bam ex arca.At illa venit ad eum ad veſperam:portans ramum oliuę vi
rentibus foliis in ore ſuo.Intellexit ergo noe q ceſſaſſent aquę ſuper ter
ram.Expectauit nihilomin⁹ ſeptem alios dies & emiſit columbam quæ
non eſt reuerſa vltra ad eum. Igitur ſexcenteſimo primo anno vitæ noe
primo menſe primo die menſis imminutæ ſunt aquæ ſuper terram:&
aperiens noe tectum arcæ aſpexit:viditq; q exſiccata eſſet ſuperficies ter
ræ.Menſe ſecundo:ſeptimo & vigeſimo die menſis arefacta eſt terra.Lo
cutus eſt autem dominus ad noe dicens.Egredere de arca tu & vxor tua
filii tui & vxores filiorum tuorum tecum:cuncta animantia quæ ſunt
apud te ex omni carne tam in volatilibus q̃ in beſtiis & vniuerſis repti
bus quæ reptant ſuper terram educ tecum:& egredimini ſuper terram.
Egreſſus eſt ergo noe &c.quę verba prolixi[u]s repoſuimus:eo q digna
memoratu ſint nec omnes bibliā qui hæc legent forſan adhuc habeant.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Annotāda autem ſunt: pręter cætera duo: alterū ſcilicet oliuam pacis ſignificatiuam etiam tūc fuiſſe: quam apud gentiles caduceatores & pacis nuncii ſemper pręſe ferre ſoliti ſunt: vt innumeri atteſtantur auctorum loci quorum vnus eſt ęnei. viii. Tum pater æneas puppi ſic fatur ab alta Paciferęq; manu ramum pretendit oliuę &c. Notum eſt autem quia arbor & olea & oliua dicitur: fructus oleum & oliuum. Alterū vero quod annotatū velim eſt: quia ſicut in ſęcularibus ſcripturis ita & in ſacris: ſæpe ex vno quod dicitur aliud quod non dicitur intelligendū eſt. vt hoc loco non dicitur in biblia ꝙ deus arcam aperuerit: ſed ꝙ noe tectum arcę aperuit: quod tamen auctor noſter aſſerit. verum quia dictum eſt geneſis vii. ꝙ incluſit eum ſcilicet noe dominꝰ de foris: certum eſt quia idē aperuit arcam a parte inferiore qua egrediendum erat: quod etiam inuitur deus feciſſe cum dicitur. Locutus eſt autem dominus ad noe dicens. Egredere de arca &c. Nō enī poſſet egredi ſi adhuc īcluſus eſſet de foris: qđ vnū ſatꝫ atteſtat̄ qa ip̄e apire nō potuiſſet. ſꝫ finē facio: ad alia feſtinās.

Oliua

Finierat tali reſponſa polymnia cantu
Altera cum docti nutu ſoror annuit oris
Et placidam Clio ſurgens extollere uocem
Cœpit: & exemplum priſci memorabile dixit
His adiunge ſenis: qui marmore primus acuto
More ſacerdotum phrygię pudibunda Cybellis
Membra ſecans magno dedit orgia grata tonanti.
Ipſe pater ſanctę fidei: pater ipſe timoris.
Nunc habeant tua ſęcla ducem: ſic flectere cælum
Sic mutare deos poterunt: ſic fata mouere.
Tu dea dic inquā: tuus hic labor: ipſa capaci
Mente tenes: uitęq; memor monumenta prioris
Cernis: & annales ęterno pectore ſeruas
Cūctaq; pręteriti memorāda negocia ſęcli.



(c) 2006 Ministerio de Cultura

Tunc dea uirgineos oculos frontemq; uenuſtam
Mouit: & in cœlum uerſis ita uultibus orſa eſt.
Da pater ingeniis lumen da cordibus aures:
Et chaos humanis cœcum de mentibus aufer
Oblitoſq; nouas ſordes laudata priorum
Facta ſequi patrumq; uias concede nepotes.
Mox ad me conuerſa ſuoq; innixa ſedili
Talibus hiſtoriam cœpit percurrere dictis.

¶Finierat &c. Poſt diluuii elaboratiſſimã p polymniã deſcriptionẽ ſub
Clio iungit abrahæ hiſtoria: quã Clio vna ex muſis perq̃ graphice cõtexit.
Ea aũt nomen a gloria ſumpſit eo q ex hiſtoriarũ enarratione fortibus
viris gloria accreſcat: ẽ aũt hiſtorię ſm virg. iuẽtrix. vñ dicit. Clio geſta
canẽs trãſactis tẽpora reddit. Primo aũt loco habet futuri ſermonis pli-
batio: in qua clio argumẽtũ pponit & a poeta vt id enarret rogat. Or-
do eſt. Polymnia illa muſa: finierat reſpõſa (interrogata eñi fuerat artẽ q̃
pmat ętherei flagrantẽ principis iram) ſup. ſua: tali cãtu. i. carmine prę-
miſſo: cũ. i. qñ altera ſoror. ſ. clio vna ex muſis q̃ inter ſe ſorores ſunt: an-
nuit nutu docti oris & ipa clio ſurgẽs cœpit extollere placidã vocẽ. i. cœ
pit placide loqui aut canere. & dixit: adiũge his. ſ. dictis de diluuio: exẽ
plũ. ſ. fidei & religiõis: memorabile. i. dignũ vt memoret: ſenis priſci. i.
antiq. ſ. abrahę: q ſecãs. i. circũcidẽs prim⁹ mẽbra pudibũda. i. pputiũ:
marmore acuto. i. cultro petrino: more ſacerdotũ. ſ. galloꝝ ſic eñi dicũt
a gallo flumie: cybellis matrꝫ deũ: phrygię. i. troianę: qa a phrygib⁹ pri
mũ colebat (vñ Iuue. ſat. 2. Quid tñ expectãt phrygio quos tpus era[t]
More ſupuacuã cultris abrũpe carnẽ? ) dedit magno tonanti. i. ſumm[o]
deo grata orgia. i. ſacrificia. Ipſe ſup. ẽ pater. i. pñceps & auctor ſanctę fi-
dei & ipſe eſt pater timoris ſup. ſancti. i. religionis. Sęcla pro ſęcula tua:
habeant hũc ſcꝫ abrahamũ ducem: hoc eſt imitẽtur fidem & religionẽꝫ
eius: & ipſa poterunt ſic flectere cœlũ. i. cœleſtes aut influentias cœli: &
pro. i. poterũt ſic mutare deos: & mouer[e] fata. i. mala aut exterminia in
ſtãtia: ego inquã (dicit poeta) Tu ſup. es de[a] aut tu dea. i. o clio quę dea
es: dic. i. recenſe nobis vitaꝫ & mores eius: hic labor eſt ſupple tuus. i. ad
te pertinet. Ipſa. i. tu dea tenes mente capaci: & t[u] memor cernis. i. certiſ-
ſima ac ſi cerneres habes: monumẽta. i. hiſtorias quæ nos admoneant:

(c) 2006 Ministerio de Cultura

vitæ prioris.i.quã geſſerunt maiores noſtri quæ optima creditur: & tu ſeruas ęterno pectore.i.indelebili memoria: annales.i.libros continentes ſingulorũ annorũ geſta: & cũcta negocia ſęcli pro ſęculis preteriti.i.trãſacti: memorãda.i.digna memoratu: Dea.ſ.clio: mouit tũc.ſ.poſtq̃ ſica me rogata eſt: oculos virgineos & frontem venuſtã: & orſa eſt.i.ĩcepit loqui ſic.i.in modũ ſequentẽ: & hoc vultibꝰ verſis in cœlũ. O pater.ſ.cœleſtis: alludit aũt ad apollinẽ. da ingeniis humanis lumen: vt.ſ.videant & intelligant: & cordibus humanis aures. vt verba mea percipiãt & aufer de mentibus humanis: cahos.i.caliginem: cœcũ.i.excœcãtem & cõcede.i.clemẽter effice: nepotes.i.poſteros aut minores: hoc eſt eos qui nũc ſunt: oblitos nouas ſordes.i.exutos nouis ſordibus: ſequi facta laudata & vias ſup. laudatas: priorũ.i.maiorũ ſuorũ. & ĩpa muſa.ſ.(inquit poeta) conuerſa mox.i.paulo poſt ad me: & ĩnixa.i.fulta aut incũbens ſuo ſedili: cœpit pcurrere hiſtoriã talis dictis: q̃ videlicet ſequũtur.

Clara iacet tellus ultra babylona ſuperbam
Quam ueteres ideo ueſtri dixere medamnem
Q̃ geminos inter late diffunditur amnes:
Scilicet eufratem Tigrimqꝫ e fontibus iiſdem
Progenitos & mox diſiunctis flumina ripis
In duo diuiſos: quorum ſecat illud eoas:
Occiduas illud partes: longoqꝫ meatu
Per nigros arabum populos uerſata rubentes
Ingrediuntur aquas: & ſe cum doride miſcent.
Terra igitur fluuiis prius intercepta duobus
Frugum terra ferax argenti diues & auri:
Quę nimio neqꝫ ſole calens neqꝫ frigoris ęſtu
Preſſa graui tepet ęterno placidiſſima uere:
Indigã lympharum tamen eſt: pauciſqꝫ rigatur
Fontibus: aſſiduo paſcuntur gramina rore.



(c) 2006 Ministerio de Cultura

Hæc hominum ſublime genus claroſꝗ uirorum
Fert animos diuum ſacris aptiſſima rebus
Pectora: cœleſteſꝗ uias & ſidera doctos
Quos dixere magos: etiam per perſidis agros
Phœnicumꝗ domos habitant: & agenoris arua:
Hos antiqua tyrus nouit: piſcoſaꝗ ſidon.
Terra tamen gemino primum quæ clauditur amne
Hos tulit: & primos horum ſibi uendicat ortus.
Hac igitur de gente ſatus gratiſſima cœlo
Progenies magniꝗ ſagax habramus olympi
Cognitor errores uarios damnauit & aras
Indigenæ gentis: ueras nãꝗ ipſe per artes
Illapſuꝗ dei monitus diuerſa negauit
Numina ſed ſolum ſumma confeſſus in arce
Eſſe patrem rerum artificem mundiꝗ magiſtrum:
Abſtulit & fati leges & inania iura
Fortunę: caſuſꝗ leuis damnabile nomen.
Aeternoſꝗ docens animos poſt funera dixit
In requiem & uitę patriam melioris ituros
Qui ueriti numen maieſtatemꝗ tonantis
Clauſiſſent ſine labe dies & ſancta ſequuti
Quę generi dedit ipſe ſuo mandata fuiſſent.
Propterea falſis aſſuetę legibus urbes

(c) 2006 Ministerio de Cultura

V[...]noua tradentem populo mandata: deoſqꝫ
To[...]entem nouere uirum: cõmunia ſanctum
In ci[...]em u[...]tere odia: infenſęqꝫ fuerunt
Qualis ſoc[...]aticæ quondam gens attica uoci.
Id metuens natale ſolum patriamqꝫ reliquit:
Regnaqꝫ ſidonio petiit contermina ponto.
Rex erat aſſyriis ninus: atqꝫ ſemiramis uxor
Extincti poſt fata uiri uictricibus armis
Protulit imperii ſines per Bactra per indos
Inachus argiuam paruo poſt tempore gentem
Regit: & inachia cum iuppiter iſide captus
Tunc atlas humero cœlum tulit: igne prometheus
Humanum madido formans in puluere corpus
Contigit: & uenas uitalibus imbuit auris.
Nondum Roma ſuum Tyberim nec magna futurę
Troia parens Romæ Xanti cognouerat undas.

¶ Clara iacet &c. Deſcribit clio primo patriã: deinde ſtudiũ ac ꝑegrinatione: tũ fidẽ ac religioſuꝫ dei cultũ q̃ fuerũt ĩ patriarcha abrahã. Patriã [...]ut dicit medãnẽ latino vocabulo: q̃ gręco meſopotamia dicit̃. eadẽ rõ[...]ne. Nã latine dicit̃ medãnis ꝙ ſit media inter duos ꝓcipuos ãnes q̃ſi media amniũ: gręce aũt qa meſos dicit̃ mediũ: & potamos fluuius: q̃ſi media ĩter duos fluuios: Eſt eniꝫ regio maioris aſię ĩ medio euphratis & tigris habẽs tigrim ab oriẽte & euphratẽ ab occidente: a meridie vero babiloniã: & a ſeptentrione caucaſum. Ordo autẽ eſt. Tellus clara. i. nobilis. ſ. meſopotamia: iacet vlt[...] babilona ciuitatẽ illã: ſupbã. i. magnifice [...]ſtructã & reuera ſupbã: [...]n ciuitati cœleſti p hirl̃m ſignificatę ab auguſtino aliiſqꝫ mult[...] oppo[...]it. Quã. ſ. terrã veteres veſtri. i. maiores romani dixere. i. appellauerũ[...] me[...]nẽ. i. mediã ĩter duos ãnes: ideo ꝙ. i. qa: ĩpa

Medamnis
Meſopotamia

tt iiii.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

diffundit.i.extēditur late inter geminos ānes.ſ.īter euphratē & tigrim fluuios armenię: ꝓgenitos e fontib⁹ iiſdē.i.eiſdē:e mōtib⁹.ſ.armeniæ: diuiſoſq; mox.i.paulo poſt ī duo flumina: ripis diſiūctis.i.lōge ſepatis: quorū.ſ.duorū fluminū: illud.i.alterū videlicet tigris ſecat.i.diuidit p mediū fluēs ptes eoas.i.orientales: & illud.ſ.euphrates ſecat ptes occiduas.i.occidētales: & ābo ſup.verſata lōgo meatu.i.alueo aut curſu: p nigros populos arabū: igrediūt.i.īfluūt: aquas rubētes.i.mare rubrū: & miſcēt ſe cū doride.i.aqua marina. Terra igit̄ ītercepta prius duobus fluuiis: eſt ſup.terra ferax frugū.i.multū fertilis: & diues argēti & auri: q̄.ſ.terra: neq; calens nimio ſole: neq; preſſa graui ęſtu.i.aduſtione: frigoris (quia vt dicit Maro penetrabile frigus adurit) tepet ęterno vere.i.tēperie verna: exn̄s placidiſſima.i.amœniſſima: tn̄ ipſa ē idiga.i.egēs aut idigēs: lympharū.i.aquarū pluuialiū: & rigat̄ paucis fontib⁹ (qđ ex vita abrahę Iſaac & iacob lōge patet: i qua putei ob id celebrant̄ q̄ rari illic ſint) ſ; gramia paſcūt̄ aſſiduo rore: Hæc.ſ.terra hoc ē meſopotamia ſeu chaldęa: fert ſublime gen⁹ hoīm & claros aīos virorū: appoſitoriē pectora aptiſſima ſacris reb⁹.i.ſacrificiis & myſteriis ac cerimoniis: diuū.i.diuorū: hoc eſt cœleſtiū & fert ſup.viros: doctos vias cœleſtes & ſidera: i. curſus & virtutes aſtrorum: hoc eſt aſtrologiam in qua chaldęi primā laudē meruerūt: quos ſup.mortales dixerūt magos (Sic eni a chaldeis. arabicis. & pſis appellāt̄: q a gręcis olī ſophi nūc philoſophi dicūt̄) & q habitāt etiā p agros pſidis.i.regiōis pſarū: & p domos phœnicū & arua agenorī q fuit phœnicū rex fili⁹.ſ.beli. Phœnicia aūt ē i aſia ps ſyrię finitima iudęę.tyr⁹ ātiqua: & ſidon piſcoſa.i.ad quā plurimi naſcūt̄ piſces: nouit hos.ſ.magos.i.ei⁹ ſapiētiæ ꝓfeſſores quā chaldaicā vocāt ſunt p plurima loca diſperſi: tn̄ terra q̄ claudit̄ gemino āne.ſ.meſopotamia: tulit hos primū: & vēdicat.i.vere addicit ſibi primos ort⁹.i.originē horū.ſ.magorū. Igit̄ (ꝯtinuatiuū ē.q.d. vt ad īſtitutū redeā) Habram⁹ exn̄s ꝓgenies gratiſſima cœlo: ē ſatus de hac gēte.ſ.chaldeorū: & īpe ſagax cognitor magni olympi.i.cœli: dānauit varios errores.i.ſuperſtitiones & aras.i.ſacrificia idolorū (colebāt eni ignē) gētis īdigenę.i.ī illis locis genitę. Nāq; ꝓ qa: īpe.ſ.abrahā monit⁹ p veras artes: & illapſu dei.i.occulta īſpiratiōe diuina: negauit diuerſa numina.i.plures deos eē: ſ; īpe cōfeſſus ē patrē rerū & artificē mūdi eē ſolū ī ſumma arce.ſ.cœlorū: hoc eſt vnū eē dūtaxat deū rerū oīm cōditorē: & īpe abſtulit leges fati.quas ſc; chaldei de fato.i.neceſſitate cœlorū ediderūt: & iania iura fortunę.quia etiā philoſophorū gręcorū alii oīa fatis: vt ſtoici: alii oīa caſui attribuebāt vt epicurei. & īpe abſtulit nomē dānabile.i.īprobabile: caſus leuis.i.īcōſtātis & fortuiti: & īpe docēs aīos.ſ.hoīm: hoc ē aīas ſeu ſpūs hoī;:

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ęternos.i.ĩmortales: dixit ituros.i.ꝙ iret poſt funera.i.morte corpora- ſedes:ĩ requiẽ & patriã melioris vitę ſcʒ cœleſtis: ituros inquã dixit eos q̃ veriti.i.timentes religioſe numen.i.diuinitatẽ: & maieſtatẽ tonantis.i. dei cœleſtis in cui⁹ poteſtate eſt tonare & tonitru excitare d[illegible]it: clauſiſſent.i.obiiſſent dies.i.defuncti eſſent: ſine ſorde.i.macula mortali: & q̃ fuiſſent ſecuti ſancta mãdata: q̃ ipſe.ſ.abrahã dedit ſuo generi.i.q̃ docuit liberos ſuos: aut q̃ de⁹ poſtea dedit ſuo generi.i.populo ſibi electo (Reciprocatio aũt nõ patitur vt dicaꝛ: q̃ de⁹ dedit ſuo.ſ.abrahę generi) Propterea.i.& ideo: vrbes aſſuetę falſis legib⁹.i.ſupſtitionib⁹ & idololatriis.ſ.hur & cęteræ ciuitates chaldeorũ vt.i.poſtq̃ nouere.i.cognouerunt virũ.ſ.abrahã tradentẽ populo noua mãdata.ſ.de vno deo colendo: & tollentẽ deos.i.cultũ plurimorũ deorũ: vertere.i.verterunt cõia odia ĩ ſanctũ ciuẽ: & fuerũt infenſę.i.in ipm offenſæ & infeſtę: qualis ſup. fuit: hoc ẽ qualiter infenſa fuit quõdã gens attica.i.athenięſis voci ſocraticę: cũ.ſ.ſocrates vnũ deũ colendũ p̃dicaret: ob quod odiũ & ĩuidiã q̃a ſapiẽs ſol⁹ ab apolline iudicat⁹ ẽ: ĩ carcere veneno cicutę iteriit. Abrahã ſup. metuẽs id (quod.ſ.ſocrati poſtea cõtigit: hoc ẽ ſilẽm exitũ: Potuit eni metuere q̃d ſocrati poſtea euenit: q̃uis ſocrati id euẽturũ ignorauerit) reliquit ſolũ natale & ꝓ.i.patriã ſuã.& petiit regna cõtermina põto ſidonio.ſ.terrã chanaan: Ninus ſcʒ ſecũdus (Nã vt dicit Augu.lib.xvi. de ciuitate dei cap.xvii. Ninus regnabat poſt mortẽ patris ſui beli q̃ primus illic regnauerat ſexagintaquinq̃ ãnos: Fili⁹ vero ei⁹ ninus q̃ defuncto patri ſucceſſit ĩ regnũ: quinquagita duos regnauit ãnos: & habebat ĩ regno quadraginta tres ãnos q̃n nat⁹ ẽ abrahã q̃ erat ãnus circiter milleſimuſducẽteſim⁹ an̄ cõditã romã veluti alterã ĩ occidente babiloniã) Ninus ergo nini fili⁹ & nepos beli erat aſſyriis rex: atq̃ vxor eius ſemiramis noĩe ꝓtulit.i.extẽdit armis victricib⁹.i.victorioſis fines ĩperii.i.regni ſui: p̃ bactra.i.ciuitatẽ illã in ſcythia: & p̃ indos: q̃a tota aſia & maior & minor parueratnino beli filio p̃ter idos: quos hic dicit poeta ab vxore ſecũdi nini adiectos ĩperio. De hac re dicit Iuſtin⁹ lib.i.ſic. Ninus magnitudinẽ q̃ſitę dñationis ꝯtinua poſſeſſione firmauit: domitis igiꝛ ꝓximis cũ acceſſione viriũ fortior ad alios trãſiret & ꝓxima quęq̃ victoria inſtrumẽtũ ſequẽtis eẽt: toti⁹ oriẽtis populos ſubegit. Poſtremũ illi bellũ cũ Zoroaſte rege bactrianoꝝ fuit q̃ prim⁹ diciꝛ artes magicas iuenisse: & mũdi principia ſiderũq̃ mot⁹ diligẽtiſſime ſpectaſſe. hoc occiſo & ipſe deceſſit: relicto impubere adhuc filio nino ex vxore Semiramide Hæc nec imaturo puero auſa tradere ĩperiũ: nec ipa ĩperiũ palã tractare tot ac tãtis gẽtib⁹ vix patiẽter vni viro nedũ fœminę pariturls: ſimulat ſe ꝓ vxore nini filiũ ꝓ fœmina puerũ: Nã & ſtatura vtriq̃ mediocris &

Ninus
Belus

Zoroaſtes

Semiramis

(c) 2006 Ministerio de Cultura

vox pariter gracilis: & lineamētorū qualitas matri ac filio ſilis. Igit bra-
chia ac crura velamētis: tyara caput tegit: & ne nouo habitu aliqd occul-
tare videret / eodē ornatu & populū veſtiri iubet: quē morē veſtis exīde
gēs vniuerſa tenet. Sic primis iītiis ſexū mētita / puer credita ē. Magnas
deīde res geſſit: qrū āplitudine vbi īuidiā ſupatā putat: qui ſit fatet: q̄ue ſ
ſimulaſſet. Nec hoc illi dignitatē regni ademit: ſʒ admiratiōnē auxit: q̄
mulier nō fœminas mō virtute: ſʒ etiā viros āteiret. Hęc babiloniā pdi-
dit: murūq̄ꝫ vrbis cocto latere circūdedit: harena: pice: bitumīe iterſtra-
to: q̄ materia ī illis locꝫ paſſim e terra exęſtuat. Multa alia pclara huiꝰ re
ginę fuere. Siqdē nō cōtēta acqſitos a viro regni terminos tueri: æthio-
piā quoq̄ꝫ regno ſuo adiecit: ſʒ & īdię bellū intulit: quo pter illā & alexā
drū magnū nemo ītrauit. Ad poſtremū cū cōcubitū filii petiiſſet ab eo
dē iterfecta ē. ſʒ ad ordinē redeo ) Inachꝰ rex argiuoꝝ rexit puo tpe poſt
.ſ. iperiū aſſyrioꝝ: gētē argiuā: & iuppiter captꝰ cū iſide iachia. i. iachi fi
lia q̄ io prius dicebat. & ī ęgypto cū oſiri regnauit. Atlas rex mauritanię
tulit tūc. i. p ea tpa cœlū. i. tūc mōti cuiꝰ vertex cœlū ſuſtētare videt no-
men ſuū īpoſuit. Prometheꝰ vir ille ꝓuidꝰ ( q ignē iouis ferula ſurripuiſ
ſe fingit vt alibi late diximꝰ ) formās corpꝰ hūanū ī puluere madido. i. ī
luto: ptigit ſup. ipʒ igne: quē. ſ. furatꝰ erat: & ībuit. i. de nouo īpleuit: ve
nas. ſ. corpis a ſe ficti: aurꝫ. i. ſpiritibꝰ vitalibꝰ. Roma nōdū. i. nō adhuc
nō cognouerat adhuc tyberim ſuū. i. q nūc p mediū eiꝰ fluit ( qa vt iā di
ximus abrahā fuit mille ducētis ānis anteq̄ roma cōderet. nec troia ma-
gna parēs romę futurę. i. poſt a ꝓfugis troianis cōdēdę cognouerat ad
huc vndas Xanthi illius fluuii qui per mediū eius fluebat dum ſtabat.

At cum dura fames agros & mœſta teneret
Regna paleſtinę: mutata ſede petiuit
Niligenas fœlixq̄ꝫ ſolum quod pinguibus undis
Horrea centeno latiſſima fœnore complet.
Tunc rudis ęgyptus campos & dura colebat
Iugera: nec cauſas rerum ſpeculata latentes
Nouerat. ęterno currentia ſidera motu
Lanigeros curare greges: caua cymbia dulci
Lacte coronare & mites nutrire iuuencos:

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Tunc cõmunis erat labor: hoc ęgyptia pubes
Exercebat opus glebaſq́ domabat aratro.
Traxit ab his curis animos habramus: & altam
Suſpiciens arcem mundi Cognoſcite dixit
Aethereos ignes & non mortalia magni
Templa patris: ſanctiq́ operis ſanctiſſima ſigna:
Artificemq́ deum qui ſidera calcat & ipſam
Grandibus infuſam membris cognoſcite mentem:
Neu ſinite ęternos animos aſſueſcere terræ
Lętariq́ luto & rebus gaudere caducis.
Terra perit pereunt undę mutabilis aer.
Intereunt ignes ſemper durabile cœlum
Permanet: & noſtris animis habitacula ſeruat.
Ob ſcelera & culpas hominũ rituſq́ nefandos
Impia diffuſo perierunt ſęcula ponto
Ob ſcelera & culpas hominũ rituſq́ nefandos
In cineres ibit tellus tenuemq́ fauillam.
Ad ſuperos eſtote pii: ſatis ampla feretis
Sacra deo templiſq́ ſuos reddetis honores
Quom ſine ſorde preces & labe carentia uota
Offeret intactum maculis & crimine pectus.
Iuſticiam moreſq́ pios offerte: litari
Hic ſibi uult pater: infractus licet irruat orbis

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Virtutes animiq; manent: benefacta ſuperſunt
Semper: & arbitrio deus omnia iudicat æquo.
Viuite uirtutum memores: uirtutibus ęther
Scanditur: & ſummos quos cernitis itur ad orbes
Hęc populis pręcepta ferens habramus olympi
Explicuit curſus omnis: biſſenaq; ſigna
Quę uariant nitidum ſtellati limitis orbem
Innixaſq; fretis terras pontumq; teneri
Aere ſublimes ferri circum aera flammas
Aſtra ignes circum ſuper ardua culmina mundi
Aeternum regnare patrem ſceptrumq; tenere.
His ſuperaddebat prolem poſt longa futuram
Tempora quę renouet meliori ſęcula lege
Rura petens iterum proli promiſſa futurę
In primos quos ante fame regnante penates
Fugerat: argenti locuples remeauit & auri:
Et cum rege loci percuſſo fœdere greſſum
Cum conſorte thori ſeruorumq; agmine magno
Fixit: & aſſyrios impleuit ouibus agros.

¶At cũ dura fames &c. Proſeqtur reliquas q̃ ad abrahæ hiſtoriá ꝑtinẽt ꝑtes: & primo quõ vrgẽte fame cũ vxore ſarai profect⁹ eſt in ęgiptũ q̃ habet geneñ. xii. Ordo eſt. At.i.ſed: cuꝫ.i.qñ fames dura teneret agros & regna paleſtinę.i.iudeę: mœſta.ſ.ꝓpter penuriá victus: ipſe abrahá.ſ.petiuit mutata ſede.i.habitatione ſua niligenas.i.ægiptios ad nilũ genitos: & ſolũ fœlix qđ cõplet latiſſima horrea fœnore cent[illegible].i.a[illegible]res cẽtuplo pl⁹ q̃ accepit: vndis pinguib⁹.i.p[illegible]dationenili. Aeg[illegible]

(c) 2006 Ministerio de Cultura

.i. populi ęgiptius: rudis .i. nondũ adhuc eruditus: colebat campos: & iugera dura: nec ipſa ſpeculata nouerat cauſas rerũ latentes .i. occultas & paucis notas. nec nouerat ſidera currẽtia ęterno motu. Cõmunis labor .ſ. ægiptiorũ erat tũc curare greges lanigeros .i. oues & coronare .i. ad ſũmum uſq; implere: cymbia caua .i. vaſa cõcaua & ĩcurua ad modũ cymbarũ .i. nauicularũ: lacte dulci: & nutrire iuuẽcos mites .i. cicures ac domeſticos pubes ęgiptia exercebat hoc op⁹: & domabat glebas .i. terras pingues aratro. Abraham⁹ pater traxit aĩos .ſ. ægiptiorũ ab his .i. huiuſmodi curis: & ipſe ſuſpiciẽs .i. ſurſũ aſpiciẽs arcẽ mundi .i. cęlũ. dixit: cognoſcite ignes ętherios .i. cęleſtes. hoc ẽ ſtellas & ſidera: & cognoſcite tẽpla magni patris .ſ. dei: nõ mortalia .i. nõ corruptibilia: & cognoſcite ſãctiſſima ſigna ſancti operis .i. aſtra & ſigna cęleſtia: & cognoſcite deũ artificẽ q calcat .i. ſub pedib⁹ tenet ſidera: & cognoſcite ipſã mẽtẽ .ſ. aĩam toti⁹ vniuerſi: hoc ẽ deũ oĩa cõſeruãtẽ: ĩfuſam grãdib⁹ mẽbris .ſ. toti⁹ vniuerſi: vñ georg. 4. dixere deũ nãq; ire p oẽs Terraſq; tractuſq; maris cęlũq; profundũ. & ęnei. 6. Pricipio cęlũ ac terras cãpoſq; liquẽtes Spiritus int⁹ alit: & magno ſe corpe miſcet. & Lucre. Iuppiter eſt quodcũq; vides quocũq; moueris. vñ virg. in. buco. Iouis oĩa plena: credebãt enĩ aĩam toti⁹ vniuerſi: hoc eſt oĩa mouẽtẽ ac cõſeruãtẽ eſſe deũ. Neu .i. neue. hoc eſt vel nõ ſinite .i. nõ pmittite aĩos ęternos .i. ſemp victuros & ad æterna bona deſtinatos: aſſueſcere .i. aſſuetos fieri: terrę .i. reb⁹ terrenis: & lętari luto .i. reb⁹ terrenis luto cõpandis: ĩmo fere diuitię ex luto terræ ſunt vt aurũ & argẽtũ cęteraq; metalla. & ſup. nõ ſinite aĩos ęternos gaudere .i. fœlicitatẽ ſuã cõſtituere ĩ reb⁹ caducis. Terra perit .i. trãſmutat̃: vndæ .i. aquę pereũt: aer ſup. ẽ mutabilis: ignes ĩtereũt: cęlũ pmanet ſemp durabile. (Auguſtin⁹ tñ ad illud. opa manuũ tuarũ ſũt cæli Ipſi pibũt: docet cęlũ quodãmodo piturũ) & ſeruat habitacula nr̃is .i. hũanis aĩs. Sęcula ĩpia .i. ſcelerata: pierũt ob ſcelera & culpas: & nephãdos rit⁹ hoĩm: põto .i. mari diffuſo .i. diſperſo p vniuerſas terras ĩn diluuio videlicet: & tell⁹ .i. terra & oĩa in ea extructa ibit .i. reſoluet̃ in cineres & tenuẽ fauillã .i. flãmulam: ob .i. ꝓpter ſcelera & culpas & nefandos ritus .ſ. ſacrificãdi: aut mores viuẽdi hoĩm. Eſtote pii .i. religioſi: in .i. erga ſupos .i. deũ & ſãctos angelos: vos feretis .i. offeretis deo: ſatis ãpla ſacra .i. ſacrificia: & vos reddetis tẽplis ſuos .i. ꝓprios & debitos honores: cũ .i. qñ pect⁹ ſup. veſtrũ ĩntactũ .i. ĩpollutũ maculis .ſ. leuiorib⁹: & crimine .i. ſcelere magno offeret preces ſine ſorde .i. mũdas: & vota carẽtia labe. Offerte ſup. deo iuſtitiã & pios aĩos: Pater .ſ. cęleſtis vult litari ſibi: his .i. huiuſmodi virtutib⁹ (Tract⁹ eſt hic loc⁹ ex pſio q dicit ſatyra. 2. Cõpoſitũ ius faſq; aĩ ſãctoſq; receſſus Mẽtis & ĩcoctũ generoſo pect⁹ honeſto: Hęc cedo vt admoueã

vv.i.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

templis & farre litabo. Sequēs aūt ex horatio ſumpt⁹ eſt) licet orbis ruat infract⁹. i. multū fract⁹: tñ ſup. virtutes & aī manēt & benefacta ſupſunt ſemp. i. nō moriunt̄: & de⁹ iudicat oīa arbitrio. i. ad arbitriū ſuū: ſʒ ęquo . i. iuſto. Viuite memores virtutū: ęther. i. cęlū ſcāditur. i. aſcēdit: virtutibus. i. p virtutes: & itur (impſonaliter loquit̄). i. qlibet ire poteſt ad ſummos orbes quos cernitis. i. ad cęlos ſupmos: virtutib⁹. i. p virtutes. Habebim⁹ ferēs populis. ſ. ęgiptiis: hec. i. huiuſmodi pcepta: explicuit. i. explicite declarauit oīs curſus olympi. i. cæli: & biſſena. i. duodeci ſigna. ſ. ʒodiaci: q̄ variāt nitidū orbē. i. ʒonā clarā: limitis ſtellati. i. ſtellis ornatę ʒonę. & explicuit. i. explicite docuit: terras inixas. i. īcluſas cū quodā annixu naturali: fretis. i. aquis: & pontū. i. marę ſeu aquā teneri. i. cōtineri aere: & flāmas ſublimes. i. ignē elemētarē ferri. i. agitari circū aera & aſtra . i. ſpheras ac orbes planetarū & firmamētū ferri circū ignes ſuper ardua culmina mundi. & patrē æternū. ſ. deū: regnare ęternū & tenere ſceptrū ęternū: & ipe abrahā ſupaddebat his. ſ. dictis philoſophicis: ꝓlē futurā . ſ. chriſtū: poſt lōga tēpora: q̄ renouet ſæcula meliori lege. ſ. gratiæ. Ipſe petens iterū rura ꝓmiſſa proli futurę. i. regionē quæ poſtea iudea dicta eſt: remeauit. i. rediuit exiſtēs locuples. i. diues argenti & auri (vnde geneſis xiii. dicitur de eo. Erat aūt diues valde in poſſeſſione auri & argēti reuerſuſq; eſt per iter quo venerat a meridie in bethel: vſq; ad locum vbi prius fixerat tabernaculum &c.) in primos penates. i. domos: quos fugerat ante. i. prius vrgēte ſcilicet fame. & fixit. i. firmauit greſſum: hoc eſt permāſit habitaturus cū cōſorte thori. i. coniuge ſua ſarai: & cū magno agmīe ſeniorū: & hoc fœdere. i. pacto cōcordię & amiciciæ pcuſſo. i. ſtabilito: cū rege loci. ſ. cū mābre amorreo fratre eſchol & aner hi eni (vt dicit gen. xiii.) pepigerūt fœdus cū abrā: & ipleuit agros aſſyrios: cōuallē videlicet mābre. ouib⁹. i. pecoribus in qbus tūc potiſſimę diuitiæ erāt.

Tum primum cęleſte genus ſub imagine uiſum
Creditur humana: quom forte ſub ilicis umbra
Frigora captaret uenientia numina uidit:
Vnum quod dulcem nati prędiceret ortum
Et duo quę flammis ruerent cęleſtibus urbes
Infames uiciis urbes & ſulphure dignas.
Et quoniam mater uentura ſenilibus annis

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Pignora ſubriſit: materni nomina riſus
Induit auſpiciis oriens fœlicibus infans:
Spes generis cæli Proles habitura fauorem
Et longos uiſura dies: magnamq; datura
Progeniem: uiſura deum: uiſura tonantis
Semina de ſeris exire nepotibus olim.
Pulcher & eximię diuino frontis honore
Pręditus undenos iam bis puer egerat annos
Quom deus habraamo dedit hęc mandata fideli.
I celer: ut noſtræ dulcem tua pignora riſum
Sacra feras aræ: ſummi pete culmina montis
Compoſitiſq; ſuper truncis altaria flammas
Subiice: & arrepto nati pete guttura cultro:
Accenſoſq; ſuper ramos effunde cruorem.
Impiger oſtenſum chara cum Prole cacumen
(Struxit ubi celſam templi rex tertius arcem)
Solus adit famulis umbroſa in ualle relictis.
Sępe patri dixit iuuenis: tibi culter & ignis
Victima nulla tamen: ſuſpiria longa paternum
Pectus agens noſtris inquit lectiſſima flammis
Victima mox aderit: lachrymæq; per ora cadebant
Et iam multiplici ſtabat rogus arbore grandis
[illegible]q; noue rutilabant ignibus aræ
pe[illegible]
& tñ nulla victima e[illegible]



(c) 2006 Ministerio de Cultura

Quom pater ętherei reſerans mandata parentis
Talia uix preſſis nato ſingultibus inquit.
Chare puer dulcis uitæ mihi dulcior annis
Quem mea clauſurum ſperabam lumina: cuius
Auxilio leuiter ſenii graue pondus inertis
Laturus fueram mea ſpes mea nate uoluptas
Ob decus ęgregium formæ teneramq́ iuuentam
Ingeniumq́ pium ſacriſq́ accomoda rebus
Corda uidebaris longo digniſſimus ęuo:
At ſecus eſt cœlo uiſum ſummoq́ tonanti:
Sicut mira tibi fuit & cœleſtis origo
Sic memoranda tuum renouat miracula funus:
Sanctaq́ fœlici mors non diſcordat ab ortu
Non morbo ſenioue cadis non occidis hoſte
Hoſtia cœlitibus fies: manibuſq́ paternis
Mite feres mortis genus hoc: inuita tremenſq́
Triſtibus officiis accedit dextra: pauetq́
Pectus: & immotis frigent pręcordia fibris:
Sed ſuperum mandata ſequi: & parere neceſſe eſt.
Nec te dura breuis moueat præſentia fati.
Quando tibi melior dabitur uitã ęthere in alto.

¶ Tũ primũ &c. Docet quõ facta ẽ abrahæ ꝓmiſſio: & quõ filiũ ꝓmiſſum ac datũ iuſſus ẽ imolare deo: & ſe ad ipm imolandũ accinxit. Dicit aũt ꝙ tũc primũ gen⁹ cœleſte hoc ẽ de⁹ aut ãgelus videbat̃ i [illegible] iuxta q̃ oporteret dicere deũ nõ viſum ẽẽ i form[illegible] [illegible] & ęu[illegible]

(c) 2006 Ministerio de Cultura

tunicis pelliceis īduit & ad eos locutus eſt. nec cū ad noe loqueret. & eū in arca icluderet: nec cherubī flāmeū gladiū habēs ad cuſtodiā paradiſi In qbus locis nō exprimit ī qua forma apparuerit ſʒ neqʒ an viſi ſint. Ordo eſt. Gen⁹ cęleſte. i. de⁹ & angel⁹ credit (bñ credit qa nō eſt oīno exploratū). i. exiſtimat viſū ſub imagine. i. effigie hūana: primū tū. i. tunc: nā cū. i. qñ abrā captaret forte ſub vmbra ilicis frigora. i. refrigerium: vidit numina venietia: vnū ſup. numē vidit quod pdiceret dulcē ortū nati. i. filii iſaac: & duo ſup. numina vidit. i. duos angelos: q̄ ruerēt. i. eruerēt & euerterēt cæleſtibus flāmis. i. ſulfure & igne de cęlo miſſo: vrbes. ſ. ſodomā & gomorrā cū trib⁹ aliis: īfames vitiis. ſ. turpitudis inominādę: quā a ſodoma ſodomiticā vocāt: vrbes dico īfames vitiis & dignas ſulfure. i. igne ſulfureo quo deleātur. Et quoniā mater. ſ. ſara: ſubriſit pignora ventura annis ſenilib⁹: infans. ſ. iſaac: oriens. i. naſcens: fœlicibus auſpiciis. i. fœlici puidētia dei: aut ſi vis fœlici hora: īduit noīa materni riſus: ab eo enim vocat⁹ eſt iſaac: qđ nomē interpretat riſus vel gaudiū: nā riſus fuit in ſara & gaudiū cū riſu ī abrahā: induit ergo noīa materni riſus exiſtens ſpes generis & ples habitura fauorē cæli & viſura lōgos dies: & datura magnā pgeniē aut multiplicē & copioſā ſicut habet geñ. xv. aut magnā progeniē videlicet chriſtū dñi quē abrahā vidit & gauiſus eſt: vñ ſubdit viſura deū. ſ. ī forma hūana & ī ſimilitudīe carnis peccati: & viſura ſemia tonātis. i. vnigenitū dei exire olim. i. naſci: de nepotib⁹ ſeris. i. ſero hoc ē multo poſt veturis p ſucceſſionē. Puer. ſ. iſaac exiſtēs pulcher & pditus. i. pter cęteros dat⁹ ac donat⁹ ſeu dotat⁹: diuino honore. i. formoſitate deo cōgrua: frōtis eximiæ. i. egregię & a grege exēptæ: egerat. i. traduxerat iā bis vndenos. i. vigīti duos ānos (Sūt tñ q xxv. annorꝫ dicāt fuiſſe) quū. i. qñ deus dedit habrahamo fideli hęc mādata: i. i. vade celer. i. feſtinus vt feras tua pignora. i. filiū tuū: appoſitorie: dulcē riſū: ſacra. i. ad ſacrificiū nrę arę: pete culmina ſūmi mōtis (q erat ſcđm multos is in quo chriſt⁹ pri oblat⁹ ac crucifixus eſt ſed ſcđm auctorē noſtrū vbi tēplū ſalomonis poſtea ędificatū ē.) & ſubiice. i. iniice a pte īferiore flāmas. i. ignē ſup altaria: a te. ſ. cōſtructa: & hoc trūcis. i. lignis ī trūcos āputatis cōpoſitis. i. in pirā cōſtructis: & pete ad incidēdū. ſ. guttura. i. iugulū nati. i. filii t[illegible] i: cultro arrepto. i. cito ad hoc accepto: & effunde cruorē ſup ramos [illegible]elos. Abrahā ſup. ipiger. i. ſtrenu⁹ & celer adit ſol⁹ cū chara ple. ſ. iſaac: & hoc famulis relict[illegible] ī valle vmbroſa. adit dico cacumē. i. verticē mōtis: [illegible] ſ. a deo: vbi. i. ī quo cacumine: terti⁹ rex: iudeorū ſup. videlicꝫ ſalom[illegible] ſtruxit. i. ędificauit: celſā. i. altā arcē tēpli. Iuuenis. ſ. iſaac dixit ſę pe[illegible] abrahę. ſ. o pater ſup. culter. i. gladi⁹ eſt tibi: & ignis eſt tibi: & t[illegible] nulla victima e[illegible] tibi. i. habes cultrū quo mactes: & ignem quo



(c) 2006 Ministerio de Cultura

incedas & holocauſtũ facias: ſ; deeſt victima. Pectus paternũ ages. i. ipſe pr ages pectore ſuo lõga ſuſpiria: ĩquit o fili: victima lectiſſima (legebantur eñi etiã ab ęthnicis oues: vñ eſt apud virgi. mactant lectas de more bidẽtes: Et vt donat⁹ auctor eſt: boues apti ſacrificiis dicebant ĩiacti: vñ eſt illud eiuſdẽ. Nũc grege de intacto ſeptẽ mactare iuuẽcos Præſtiterit. Sues aũt eximii) aderit mox. i. ſtatĩ nr̃is flãmis. i. de⁹ ꝓuidebit ſibi victimã holocauſti vt dicitur geñ. xxii. & ſup. cũ hoc diceret: lachrymę cadebãt ꝑ ora. ſ. abrahę. Et iã grãdis rog⁹. i. pira hoc eſt ſtrues lignorũ ad incendiũ apta: ſtabat. i. parat⁹ ſeu parata erat: multiplici arbore. i. de variiſ lignis: & arę nouę. i. iã tũc primũ extructę rutilabãt ignib⁹ ſubiectiſ: quũ. i. qñ pr̃. ſ. abrahã: reſerãs. i. reuelãs & mãifeſtãs: nato. i. filio ſuo: mãdata parẽtiſ ętherei. i. cęleſtiſ inqt. i. dixit vix: aut dixit ſingultib⁹ ꝑſſis. i. ſuppſſis & reſtinctiſ: vix. i. cũ difficultate: talia ſup. verba. o chare puer exiſtẽs mihi dulcior annis dulcis vitę. i. q̃ vita mea etiã cũ dulcis erat: quẽ ego ſperabã clauſurũ. i. ꝙ clauſur⁹ eſſes mea lumĩa. i. oculos meos cũ eſſẽ defunct⁹. & ſup. cui⁹. ſ. filii ego fuerã laturus. i. paſſur⁹ aut tolleratur⁹: leuiter. i. modeſte (ſ; bonũ eſt antitheton: leuiter & graue (graue. i. moleſtũ põdus: ſenii. i. ſenectę ĩertis. i. nihil artis aut ĩduſtriæ habẽtis aut potius ignauę & ad laborẽ ĩutilis. o nate mea ſpes: & mea voluptas: tu videbariſ digniſſim⁹ lõgo æuo: ob. i. ꝓpter: egregiũ dec⁹ formę: & tenerã iuuẽtã & ĩgeniũ piũ: & corda accõmoda. i. apta & idonea reb⁹ ſacris. i. ſacrificiis diuinis: at. i. ſ; ſec⁹. i. aliter viſũ eſt cęlo. i. deo cęleſti: ꝙ pro. i. ſũmo tonãti. (Moris ẽ etiã ęthnicis poetis qa deũ ĩiuſte aliqd agere nephas ac ſacrilegũ cẽſent putare: quoties facti cauſã nõ agnoſcũt: dicere aliter deo ac hoĩ viſũ: qa nõ eadẽ ſũt dei & hoĩm iudicia. vñ æneĩ. 2. Occidit & peleus iuſtiſſim⁹ vn⁹ Qui fuit ĩ teucris & ſeruãtiſſim⁹ equi: Diis aliter viſũ &c. q̃ſi vero ſi mori iuſtus deo viſus fuiſſet nõ potuiſſet: qđ erroneũ ẽ: qa boni tpaliter affligunt q̃ ſępiſſime. Itẽ ĩ pricipio. 3. ęnei. Poſtq̃ res aſię priamiq; euertere gẽtẽ Immeritã viſũ ſupis &c. Hic aũt abrahã licet dicat ꝙ iſaac videbaĩ digniſſim⁹ lõgo æuo: nõ tñ ideo dicit deũ ĩiuſte iuſſiſſe vt occidaĩ: Quia deo ſcđm diuũ Auguſtinũ ĩ multis locis: credidit ipſe abrahã qa fili⁹ oblat⁹ eſſet reuictur⁹: ꝓpter ꝓmiſſionẽ expſſe de ipo factã: cui nõ oĩno quadrãt ea q̃ hic habẽtur. Plurima tñ cũ Ioſepho [illegible]ſonãt) Sicut origo fuit tibi mira. i. miraculoſa: & cęleſtis. i. cęlit⁹ data: [illegible]nus tuũ. i. mors tua: renouat miracula memorãda. i. digna memoria: & tua ſctã mors nõ diſcordat ab ortu fœlici. i. ſicut p dei volũtã ortus es ita morieris: tu nõ cadis (vſus eſt pſenti tẽpore ꝓpter pſentiã & [illegible]tã ĩſtãtiã mortis) . i. moreris morbo ve ꝑ vel ſenio & tu nõ oc[illegible] ab hoſte: ſ; ſup. tu fies hoſtia. i. ſacrificiũ: cęlitib⁹ [illegible] deo & tu feres h[illegible]

(c) 2006 Ministerio de Cultura

tegen⁹ mortis, manib⁹ paternis. dextra ſup. mea accedit. i. applicat̃ triſti- Accedere
bus officiis. Solet accedere cũ accuſatiuo cõſtrui qñ adire ſignificat: vt i. ęnei. Penituſq; ſonãtis Acceſtis ſcopulos: ſʒ ꝓ eo qđ eſt adiũgi aut addi datiuo: hic aũt forte nõ reſpueret actm̃) exiſtẽs iuita & tremẽs. Sic de dedalo volẽte icari caſũ effingere dicit̃. 6. ęnei. Bis patrię cecidere man⁹. bene aũt dicit qa man⁹ iuita erat: ip̃e enĩ nõ erat iuit⁹ & ſpũs ei⁹ ratiõi obtẽperãs & cẽſens deo icũctãter parẽdũ erat prõpt⁹: mẽbra aũt carnalia naturæ cõcedẽtia: iſirma) & pect⁹ pauet: & p̃cordia. i. ĩtima & ꝓxima cordi friget. i. tremore cõcutiunt̃: fibris ĩmotis. i. ſtupefactꝫ: ſed neceſſe ẽ ſeq mãdata ſupũ. i. dei cęleſtis: & neceſſe eſt parere ſup. ip̃is. Nec dura p̃ſẽtia. i. iſtãtia fati. i. mortis breuis: moueat. i. cõtriſtet te: qñ. i. qñdoq; dẽ melior vita dabit̃ tibi in alto ęthere: imo vt dixi credebat etiã hic eũ rurſus victurum: ſed id ei nõ dixit: ne illi⁹ patiẽtia & obediẽtia iacturã meriti faceret: nã omñes prædicant iſaac cõſenſum prębuiſſe diuino mandato exequendo: quod & ſequens eius atteſtatur hic oratio.

Hac pater illachrymans charaq; in imagine nati
Lumina defixus minuebat uoce dolorem.
Filius hęc contra. pater hęc ſuſpiria pone:
Pone pater fletum: ſi quicq̃ fata doloris:
Funera ſi quid habent poenę fugit ocius euro.
Ergo dei ſortem potuiſti credere nato
Difficilem: teneris ne fui ſic doctus ab annis:
Hos puero mores pater hæc pręcepta dediſti:
Intrepidus fati genus hoc reuerenter honeſtum
Suſcipio: nec flammæ nec uulnera terrent
Immo ego me fruſtra genitum: & uitalibus auris
Contra iura frui credam ſi iuſſa pigeret
Iſtã pa[...] mea membra deus melioribus auris
[...] interea donec noua uenerit ętas



(c) 2006 Ministerio de Cultura

Pace fruar placida patrum cum mitibus umbris
Te expectans: tua nanq; iterum pater ora uidebo:
His pater in fletum dictis prorupit: & ibant
Ora per & barbam lachrymę: cecidere trementi
Arma manu: cum ſic iterum puer ora reſoluit.
Quid patris & nati tantum te nomina terrent?
Quid te falſa ligat ſtultę pietatis imago?
Eſt pietas ſuprema deo parere: nec ullum
Gratius eſt ſacrum nec uictima ſanctior ulla.
An ne doles tua ꝙ ſuperis ſit & ęthere digna
Progenies? quid adhuc trepidas habraame quid heres?
Quid tam fœlici fraudas tua pignora ſorte?
Redde deo precor hanc animam terrena peroſam:
Eripe me tenebris: aditumq; ad ſidera pande.
Proſpicit ex alto deus hęc ſpectacula cœlo
Haſq; moras dudum & dextram miratur inertem.
Sic ait: & molli denudans guttura ueſte
Poſt patrem rutilos puer accedebat ad ignes.
Iam pater ardentes plorans aſcenderat aras:
Nudatoq; pium nati caput enſe petebat
Quom deus amborum motus pietate miniſtro
I dixit celer. & ueniens clamabat ab auris.
Pone pater cultros: mitem ne interfice natum

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Sat tua nota [illegible]des:pietas tua cognita cœlo
Iam ſatis eſt:ceſſa gratam nobiſcꝫ tibiqꝫ
Progeniem ſerua:& matri ſua pignora redde
Obiecitqꝫ caprum gladio qui cornibus altis
Vepribus hęrebat:tenuiqꝫ euanuit aura.

¶Hac pater illachrymans. Proſequit̃ vt dixi reſponſum Iſaac pii in deū
& in patrē filii ſe deo libenter deuouētis: additurus oīpotētis dei clemē
tiam q̄ & patri & filio pepcit: oſtenſo quē ſacrificet vt hic dicit̃ capro: &
vt Gen. xxii. ariete. vbi verba ſunt. Leuauit abrahā oculos ſuos: viditqꝫ
poſt tergū arietē inter vepres hęrentē cornib⁹. Poſſet fortaſſis excogita
ri conſonātię atqꝫ cōcordię ratio. Nā Caper duplicē habet deductionē: Caper
aut a carpēdo q̄ a vitē carpit: vn̄ ouidi⁹ ī faſtis: Rode caper vitē: tn̄ hic cū
ſtabis ad arā In tua quod ſpargi cornua poſſit erit. & ſic ē maſcul⁹ caprę
ſꝫ ꝓprie ſenior & emaſculat⁹: nā coleat⁹ hirc⁹ & iunior hedus dicit̃: aut
vt A. gelli⁹ ſentit a capiēdo: eo ꝙ captus ſit coleis: & ſic veruex quoqꝫ ca
per dici poſſet eo ꝙ & ipe capt⁹ ſit: hoc ē caſtrat⁹: vn̄ itali caſtratū vocāt
Aries aūt ē maſculus coleat⁹ ꝓuectior: nā cui īuerſi aut capti ſūt teſticu
li ſeu colei: veruex dicit̃: & iunior agnus: Si ergo caprū ꝓ caſtrato ac ca
pto hoc ē veruece ſumpſeris: poſſit vt cūqꝫ fieri ꝯcordia. ꝙ ſi iterptū alii
arietē alii caprū poſuerūt: ne diſputē de lana caprina verbū nō āpli⁹ ad
dā: pter ordinē q̄ talis eſt. Pater. ſ. abrahā: illachrymās. i. multū aut ītus
.i. ī corde lachrymās & defixus lumina. i. ocl'os: hoc ē hn̄s ocl'os defixos
ī chara imagine nati. i. filii: minuebat dolorē videlicet ſuū: hac voce. i. lo
cutione ꝑmiſſa. Fili⁹. ſ. iſaac: ſup. rettulit aut reſpōdit: hęc. ſ. ſequētia: cō
tra. i. e cōtrario aut ex oppoſito. O pater pone. i. depone: hęc ſuſpiria: o
pater pone fletuꝫ: ſi fata hn̄t. i. mors: habet: q̄cq̄. i. aliq̄d doloris: & ſi fu
[illegible]a hn̄t q̄d. i. aliq̄d pœnę (mors enī ē malū pœnę. i. ī punitionē primę
culpę īuētū) id ſup. doloris & pœnæ fugit ocyus. i. citi⁹: euro. i. vēto ra
pidiſſimo: Ergo (ęgre ferētis ē Sicut illud Aug. Ergo ne ſupmis potuit
vo[illegible] iproba verbis Tā dirū mādare nephas? Ergo ibit in ignes &c.) po
tui[illegible] credere o pater ſup. ſortē dei. i. quā de⁹ offert aut exigit: ſup. eē aut
fore difficilē. i. durā & grauē: nato. i. filio tuo? ne. i. an aut nūquid fui ſic
doctus. i. [illegible]⁹ aut ībutus ab ānis teneris: vt ſcꝫ recuſem obire mādata
dei? q. d. minime. O pater dediſti puero. ſ. mihi (de ſe enī loq̄t) hos mo
reſ [illegible]pta vt. ſ. euitē mori ꝓpter deū? q. d. minime. vnde ſubdit.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Ego ītrepidus.i.fortis & aīoſus ac aīo ꝑſtās: ſuſcipio r[illegible] [illegible].i.cū re[illegible]
rentia & honore: hoc gen⁹ fati.i.mortis: qđ.ſ.deo iubēte iſertur. nec flā
mę terrent: nec vulnera terrēt ſup.me: imo ego credā me genitū fruſtra:
& frui.i.veſci: auris vitalib⁹.i.reſpirare: cōtra iura.i.iuſtitiā diuinā: ſi pi
geret me patrꝰ iſta iuſſa.ſ.diuina q̄ mihi narraſti: deus ībuet.i.iſpirabit &
viuificabit mea [illegible]bra.ſ.corpis hui⁹: auris meliorib⁹.i.ęternæ vitę ſpū
iā corpus īcorruptibile aſſumēti. Ego fruar interea donec venerit noua
ętas: ī qua.ſ.corruptibile hoc īduet īcorruptionē: qđ fiet ī reſurrectione
generali ī nouiſſimo die: fruar dico: placida pace patrū.ſ.adę: abel.ſeth.
noe &c. expectās te cū vmbris mitib⁹.i.manib⁹ ſanctorū patrū ī limbo
nāq; o pater ego videbo iterū tua ora (.ſ.qn̄ abrahā ad patres apponet)
Pater.ſ.abrahā: prorupit his dictis.i.ꝓpter hęc dicta īdulgētiſſimi filii
ſui: ꝓrupit dico.i.ꝓfuſus ē in fletū: & lachrymæ ibāt.i.defluebāt ꝑ ora
& ꝑ barbā. Arma.i.culter aut gladius quo filiū īmolaret: cecidere.i.exci
derūt manu tremēti: cū.i.qn̄ puer.ſ.iſaac reſoluit iterū o[illegible].i.iterū locu
tus ē ſic.i.ī hūc modū. Quid.i.ad qd noīa patris & nati.i.qa tu pater es
& ego fili⁹: terrēt te tātū.i.ī tātū.ſ.vt differas exequi mādata dei? quid.i.
ad quid falſa.i.deceptoria imago ſtultę pietatis: qa ſtultū ē filio parcere
vetāte deo: ligat.i.aſtringit & arcet te ab executione? Pietas ſupma.i.ma
xima & ꝑſtantiſſima ē parere.i.obedire deo: nec vllū ſacrū.i.ſacrificiū ē
gratius.i.accepti⁹ deo & vtili⁹ hoī: nec vlla victima ē ſanctior: q̄ ſcȝ pare
re deo (qa vt poſtea: ſȝ ex eodē ſpū: dictū eſt: melior ē obediētia q̄ victi
ma) An ne.i.nūquid forte doles.i.cōtriſtaris & moleſte fers: ꝙ tua ꝓge
nies (loquit̄ de ſe ī tertia ꝑſona).i.fili⁹ tu⁹ aut generatio tua: ſit digna ſu
peris & ęthere.i.cœlo? O habraame (Adhuc ſunt verba filii: ſȝ prudēter
& graphice nomē patris ſubticuit: memor qa dixerat: qd patris & nati
tantū te noīa terrēt: ſicut benigniſſimus ſaluator noſter ad matrē dixit.
Mulier ecce fili⁹ tu⁹: ne.ſ.materni noīs mētio graui⁹ affligeret materna
viſcera) qd trepidas adhuc? qd hęres.i.dubitas & cūctaris adhuc? qd.i.
ad qd fraudas tua pignora.i.filiū tuū: tā fœlici ſorte: qualis ē ad hono
rem dei mori (ſicut & chriſtus mortu⁹ ē: fact⁹ obediēs patri vſq; ad mor
tem: mortē aūt crucis) Ego ꝓcor redde deo hanc aīam: poſam.i.ꝑfecto
odio ꝓſequētem: terrena.i.vitā terrenā & q̄ eā ſequūtur. Eripe me tene
bris.i.carcere hui⁹ mortis: & pāde.i.reſera & aperi mihi aditū ad ſi[illegible]era:
nō qa tūc ſtatim ad ſidera volaturus eēt: ſȝ qa certus fieret qa poſt ad[illegible]
tū ſaluatoris ad cœlū euolaret ſi tūc ꝓ eius honore mortē obiret. Certū
autē ē ſi iſaac typū chriſti geſſit: qa parat⁹ fuerat obedi[illegible] ꝓcep[illegible] diuino
ideoq; licet nō omīa in codice ſacro ſcripta ſunt q̄ hic habētur [illegible]ba: ve
riſimile tn̄ eſt aut ea aut ſimilia vltro citroq; elocutos.) D[illegible] [illegible]

(c) 2006 Ministerio de Cultura

porro de lōge inſpicit hęc ſpectacula.ſ.tua & mea: ex alto cœlo: & ipe mi
ratur dudū.i.a pluſculo tpe has moras.i.dilatiōes noſtras: & dextrā in-
ertem.i.nō valētē exequi qđ impauit: Iſaac ſup. ait ſic: & ipe puer denu-
dās guttura.i.iugulū: molli veſte accedebat poſt patrē ad ignes rutilos
.i.incēſos & cādētes vt.ſ.occiſus ī eos iniiciat. Pater.ſ.abrahā plorās aſcē
derat iā aras ardentes: & petebat.i.petere parabat: hoc eſt āputare cona-
batur: enſe nudato.i.ſtricto & euaginato: piū caput nati.i.filii ſui: cū.i.
quādo deus mot⁹ pietate amborum.ſ.patris & filii dixit miniſtro.i.āgelo
i celer: & ipe.ſ.miniſter.ſ.āgelus (quia vt dicit gene.xxii. Et ecce angelus
dñi de cœlo clamauit dicēs. Abrahā abrahā &c. vbi notādū qa āgeli ſę-
pe in pſona dei loquūtur: qa vt diu⁹ Aug. ānotauit: id de⁹ facit quod p
angelos fit) veniens.i.accedēs clamabat ab auris O pater: abrahā.ſ.po-
ne.i.depone cultros: tua pietas eſt iam ſatis cognita cœlo: ceſſa.i.deſine
imolare filiū: & ſerua progeniem gratā.i.acceptā nobis & tibi: & redde
matri ſua pignora.i.filiū. Nam tūc ſara adhuc viuebat. Et ſup. miniſter
.i.angelus aut deus per angelū: obiecit gladio.i. oſtendit mactandū &
immolandū: caprum.i. veruecem aut hedum captū teſticulis (vt dixi.
vbi: quia nihil ſatis imperitis dicitur: ſcies capi aliquādo eſſe orbari: vt
in Georgicis Aut oculis capti fodere cubilia talpę) qui.ſ. caper aut aries
hęrebat.i. inherebat vepribꝰ.i.dumis. altis cornibus.i. per alta cornua
& ſup. angelus euanuit tenui aura.i. in tenuem auraʒ reſoluto quod aſ-
ſumpſerat corpore.

## Auctoris peroratio carminiſq; concluſio.

CErnis ut indomitis hominū ceruicibus inſtet
Ira deum: duraſq; terat quo turbine frontes:
Aſpicis ut ſubiecta fouens & ſancta gubernans
Corda pius pater ęquali regat omnia lance:
Nos igitur quos tot ſurgunt immania contra
Signa tot hoſtiles uultus: truculentaq; toruis
Ora oculis: qui tot deuaſtatricia monſtra
Per agros paſſimq; ipſas errare per urbes
Cernimus & noſtris inſtare pericula rebus:

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Si grauibus moniti exemplis oracula diuum
Et reſponſa deum ſequimur: nec flumine ſacro
Pœnituit prima fuſos ab origine crines
Clara ſoporatas illuſtrent lumina mentes:
Luſtremuſq; animas: humiles in ſancta feramus
Templa preces: exempla patrum meliora ſequuti:
Purior interea depulſis nubibus aer
Induet antiquos uultu ridente colores.
Grana ferant ſulci: dulceſq; racemifer uuas
Palmes: & alma Ceres mitiſq; fauebit hiacchus:
Atq; ſalutiferis immiſſæ flatibus aurę
Innocuos cęli tractus ſynceraq; reddent
Atria: fatifero paſſim moriente ueneno:
Bellaq; compoſita ceſſabunt horrida pace.

FINIS.

Cernis vt indomitis &c. In hac vltima parte poeta quam rem maximopere intendebat more oratorio repetit: cohortās videlicet mortales reſipiſcere: & a vitiis reuerti: qđ ſi fecerit pollicet̄ calamitatū ſui temporis finē. Verū vt dixi non videtur opus omnino cōpleuiſſe: nā poſt narrationē clius vero ſimile eſt ꝯſtituiſſe & alia ſanctitatis exēpla ꝑ alias muſas recitare: quod tamen factū non cōperimꝰ: quocirca quaſi ex abrupto claudit opꝰ ſuū. Ordo ē. Tu cernis. i. glibet videre poteſt: vt. i. qualiter: ira deū. i. cęleſtiū: inſtet. i. infeſta ſit: c[illegible]ui cibꝰ hoīm idomitꝭ. i. ſuꝑbis & rebellibꝰ: & cernis quo turbie. i. tumultu ip̄a terat. i. cōterat duras frōtes hoīm: q. ſ. ſine verecūdia peccāt quaſi effrōtes: & tu aſpicis: vt. i. qualiter: piꝰ pater. ſ. deus fouēs corda [illegible]biecta. i. hūilia & obediētia: ſicut de noe & abrahā patuit q dn̄o audiēte[illegible] ſalui facti ſunt: & gubernās corda ſancta. i. īpolluta & mūda: regat oi[illegible] res æquali lance. i. iudicio & examine. quia ſi aliis parcit aliis infeſtus: id eſt

(c) 2006 Ministerio de Cultura

fere ꝓpter diuerſitatē meritorū (Verū vt Auguſtin⁹ docet: de⁹ q multis
gratis gratiā cōfert: nullū iiuſte punit: itaqꝫ cū aliis gratiā aliis iuſtitiam
ſuā oſtendat: nullis iiuriā facit.) Igitur nos cōtra quos tot īmania ſigna
.i. vexilla & vt dicūt arma: videlicet ſcelerū & īimicoꝝ ſalutis noſtrę ſur-
gunt .i. erigūtur: & contra quos ſurgūt tot hoſtiles vultus: & ora trucu-
lenta .i. īmania & ferocia: toruis oculis: & q cernim⁹ tot noſtra deuaſta
tricia .i. quicqd poſſunt deuaſtantia & deſtruentia: errare paſſim .i. īpu-
ne & ita fere per paſſus: ꝑ agros: & ꝑ ipas vrbes: & qui cernim⁹ pericula
inſtare noſtris reb⁹: ſi nos moniti grauib⁹ .i. auctēticis exēplis: videlicet
noe & abrahę: ſequimur oracula diuū .i. ꝓphetias ſanctorū ꝓphetarū
& reſponſa deū .i. mādata & traditiones dei & ſanctorū: nec pro & non
& ſi nō pœnituit .i. vilipendim⁹ crines fuſos .i. habere caput ꝑfuſum flu
mine ſacro ſcꝫ fontis baptiſmalis: ab origine prima .i. ab infantia noſtra
& ab ieunte ętate: hoc eſt ſi nō pœnitet nos iitiatos eſſe ſacris chriſtianis
hoc eſt baptizatos eſſe: lumina clara .ſ. gratię ſpūſſancti: illuſtrēt .i. clari-
ficent & illuminent: mētes ſup. noſtras: ſoporatas .i. ſomnolentia ſeu ſo
pore ac inertia obrutas: & nos luſtremus .i. purgem⁹ aīas: & nos feram⁹
humiles preces in ſancta templa: ſecuti .i. imitātes: meliora exempla pa-
trum: & aer purior .i. ſerenus induet interea: dum ſcꝫ reſipiſcimus colo-
res antiquos .i. priſtinę ſerenitatis & tranquillitatis: & hoc nubibus de-
pulſis: & vultu ſup. eius ridente. & ſulci .i. lirę ſeu terrę proſciſſę: ferant .i.
afferant grana ſcꝫ frumenti & hoc affatim. & palmes racemifer .i. ferens
racemos: ferat ſup. vuas dulces .i. maturas & ſuaue vinū continentes. &
ceres .i. dea frugum: alma: ab alēdo .ſ. dicta & iacchus .i. bacchus mitis .i.
beniuolus & humanus: fauebit ſup. nobis: atqꝫ aurę .i. tenues venti: īmiſ
ſę ſalutiferis flatibus: reddent tractus cœli īnocuos .i. regiones cœleſtes
nulli nocētes: & reddent atria ſup. noſtra ſyncera .i. ſolida & integra: aut
ſincera .i. ſine carie & corruptione: & hoc veneno peſtifero .i. peſtē affe-
rente: moriente paſſim: & bella horrida (quę ſcꝫ tunc tēporis regnabāt
[illegible]ia) ceſſabunt .i. terminabūtur: pace compoſita .i. per compoſitio-
nem pacis.

τελοσ.

Habes lector ſuauiſſime huius quoqꝫ operis finem: cū cōmentariis
noſtris ꝑq̄ familiaribus ac dilucidis nec ab re ſuccinctis. Cuius quidē
operis connexio indicis eſt binaria: qq. rr. ſſ. t t. ternaria: & reliquorum
quaternaria. Impreſſum autē eſſe ſolerti opera Tielmāni keruer: im-
penſis bibliopolarū quos id venale habere diximus: Anno .1499. Pri-
die Nonas ſeptembris.

Laus deo.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

FRANCISCI Cereti Parmenſis Iuris Pontificii Scholaris ad præſtantiſſimũ adoleſcentem Iacobum Mari[illegible] delino Ciuem Bononienſem: ac Dominũ Colendiſſimũ Carmẽ

LINE Decus fidei dentes cui Serra beatos
Alligat: & ueteris pignus amoris habet:
Non ſecus ęoo pręruptus in aere Magnes
Attrahit in uires ferrea uincla ſuas:
Ac tua ſancta fides nullo uiolabilis ęuo
Attrahit incultus pectora noſtra ſuos:
Quam nec liuor edax: nec longi temporis ętas
Abluet a noſtro pectore: crede mihi.
Propterea cum ſis uita mihi charior omni
Accipe diuini carmina uatis opus.
Quæ tibi pro meritis reſides impreſſimus: atq;
Diximus hęc domino ſint monumenta meo.
Diſce legens noſtræ mala tempeſtatis: & orbi
Immiſſas tetro de phlegetonte canes:
Lœtiferæ monſtris ſeptem comitantibus omni
Quæ mores abigunt prorſus ab orbe pios:
Quæ pariunt luxum. faſtus. iram. atq; ueternum:
Inuidiam. curas. crimen auaritiæ.
Horrida quę peſtes. & funera ſęua. faméq;
In latias ducunt dira uenena domos.
Cum nec ſanctus honor. pietas. nec conſcia recti
Mens. probitas. uirtus. nec ſit in orbe fides.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ſed dol[illegible] grati generis.diſcordia.liuor.

Crimen auaritiæ.luxurieq; ſcelus.

Ergo pio Vati meritos pręſtabis honores

Cui latię debet fama ſecunda lyræ.

Interea noſtri longum ſeruabis amorem

Diſſimulans fidei pignora ſancta tuæ.

Hæc & plura tibi plectro meliore canemus

Cum dabitur:reſides cogimur eſſe: Vale.

Finis.

❡ Bibacius Thiletanus Iodoco Badio Aſcenſio Suo Salutem.

Fama eſt Badium noſtrū cōmiſiſſe quidē facinus: ſed egregiū: ſed ppetua laude dignū. Cōmentaria videlicet in Baptiſtam Mantuanū excudiſſe ſane q̄utilia: quę ad bibliopolas noſtros prope diem affutura ſperamus. Sed inter ſcribendum cōcepi neſcio quid: & Epigrāma peperi: quod partum ſubito tibi ad quem lallat mitto: ne dicam papandū: ſed ſuo cibo enutriendum: & vterinis fecibus abluendum.

Q: tua doctiloqui per cōmentaria uatis

Parthenio uerſu quæ latuere patent:

Q:q; uaporata lector nunc ferueat aure

Quo prius erubuit cœtus adire rudis:

Multa Iodoce tibi debet carmelicus ordo:

[illegible]ara tamen numeris plebs minus apta bonis.

Proinde tibi meritos optamus neſtoris annos

Theſpia quem caſto turba liquore fouet.

Vale.

BIBLIOTECA PU[illegible] TARRAGO[illegible]

(c) 2006 Ministerio de Cultura

BIBLIOTECA PÚBLICA DE TARRAGONA




[redacted]

(c) 2006 Ministerio de Cultura

2006 Ministerio de Cultura

(c) 2006 Ministerio de Cultura

MANTUANI

OPERA